
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 E
23

THOMAE DE VIO

CAIETANI, CARDINALIS SANcti xysti; in librum iob commentarij.

EIVSDEM. XVI. LOCORVM A QVIbusdam parisiensibus attractorum declaratio.

EIVSDEM RVRSVS AD SERENissimum angliæ regem/de coniugio cum relicta fratris sententia.

HIS ADIECTA ET IPSIVS VIta: authore ioanne baptista flauio aquilano.

Cartusiæ  Romanæ


PAVLO TERTIO PONTIFICI MAXIMO:

Ioannes danielis pœnitentiarius minor perpetuam fœlicitatem.

NIHIL beatissime pater a decessu dñi mei cardinalis sancti xysti/fuit mihi antiquius
q̃ vt meo in eum officio pro viribus satisfacerem. ille moriens reliquit mihi oẽs lucu
brationes suas nõdum typis excusas: ego q̃primum licuit/vt diligenter æderentur ela
boraui. Quod quum per curá angustiáq; reifamiliaris cõficere nõ liceret: illustrissimus
ac reuerendissimus dñs/donnus martinus a portugallia/alter (ingenue dixerim) hac tẽ
pestate mecœnas, liberaliter me domi excipiens ac omnes curas adimens domesticas/
ociũq; & quietẽ necessariá faciens, vt est & doctissimus & religiosissimus/ratus facinus
indignum tam vtiles studiosis vigilias supprimi/vltro adhortatus est vt q̃ primũ cura
rem iobem æditũ. Qui merito ab ecclesia reliquis libris quos vocant doctrinales præ
fertur: quum ob vetustatem & certam authoritatem/vtpote authore mose vt creditur
gaudens. tum ob summam vtilitatem immo necessitatẽ: quippe in quo luculentissime
agatur de primariis omnino ecclesiæ dogmatibus: nimirum de iustissima et si incõpræ
hẽsibili prouidẽtia dei/de messia/de vniuersali resurrectione ac iudicio/de dæmone/& supremo mortaliũ bono: quod
in iobe quidem explicatur consistere in timore dei & recessu a malo; a dauide autem & salomone in timore dei & ob
seruatione mandatorum eius. Enimuero cum perspexisset caietanus iobem iuxta vulgatam æditionem (quæ in mul
tis/veritatis hebraicæ sensum non assequitur) a diuo tho. aquinate expositum, visus est sibi operæprecium facturus si
eundem iuxta natiuum & hebræum textũ ad literá enarraret. Quod opus ea ratione dictitabat sibi susceptum, vt cæ
teri errata corrigerent & cœpta perficerent: quum simus omnes vnum corpus in christo/singuli autẽ alii aliorũ mem
bra. Asseuerabatq; diuo thomæ gratias deberi singulares ꝙ primus iobem historice exposuisset: eo ꝙ nisi ipse hoc
egisset/nullus posteriorum id aggredi ausus esset, quemadmodum ante illum nemo existimauit fieri posse. Familiari
deniq; colloquio sæpius mecum questus est de incredibili iobis difficultate: asserens se in nullo vnq̃ argumento de deo
natura vel moribus æque sudasse atq; in iobe, & hoc a capite libri vsq; ad calcem. Vtinam simili studio reliquisset no
bis prophetas expositos. vereri siquidem licet intra centum annos neminem exoriturum qui tam fœliciter hoc eccle
siæ præstare possit q̃ illi erat in manu: quum nec ex iis qui ante ipsum in eo stadio vires suas periclitati sunt/vix vnus
aut alter appareat qui iure queat cum ipso comparari, si de eruendo germano sensu (præsertim obstruso) agatur:
vt posterior melius agnoscet ætas. Quod si alicubi forte (vt erat homo) lapsus est, hoc tamen videtur contigisse so
lummodo in minimis/& minime ad fidem seu mores faciẽtibus/& talibus vt nullo negocio a quouis linguarũ vtcũq;
perito corrigi possint. Quãuis enim in nonnullis quæ ad fidem & mores pertinere videntur/non potuerit omnĩũ pror
sus euadere censuram: licet tamen videre hoc factum non tam propter errorem qui scriptis eius certo crederetur ines
se/q̃ vt consuleretur his turbulentissimis pariter ac periculosissimis temporibus, aut quia fortasse aliqua fuerunt in ali
um sensum q̃ scripserat accæpta: quod de bona parte locorũ attactorũ (si huius loci ratio pateretur) facile ostẽdi pos
set, aperiendo eorum cum scriptura & ecclesiæ documentis (si propius & interius inspiciantur) exactam consonantiá.
Quod etenim matth. 19. scripsit videri per dominum licere dimissa ob adulterium vxore ducere aliam: in hoc & se
cutus est diuum ambrosium/& suppliciter submisit sententiam suam iudicio ecclesiæ. Vt in præsentia sileam/& ibi
manifeste agi de dimissione quam vocant totalem, vt patet ex deute. 24. & expositionem hanc foueri authoritate pri
mi conciliũ arelatensis/in hæc verba statuentis. de iis qui coniuges suas in adulterio depræhendunt/& iidem sunt ado
lescentes fideles & prohibentur nubere, placuit vt inquantum potest consilium eis detur ne viuentibus vxoribus suis
licet adulteris/alias accipiant. Vbi in casu proposito non accipere aliam nihil aliud q̃ consulitur &c. Et nihilomi
nus quid in hoc possit esse piaculi: quũ satis ex scriptura constet multa a domino permissa seu non euidenter vetita/
esse postea ex cã ab ecclesia sancte prohibita. hoc.n. congruebat pullulascenti adhuc fidei: quæ vt est omnibus proposi
ta, ita debuit (ceu iugum suaue & verbum prope nos) omnibus attemperari: iuxta illud nemo immittit assumentum
panni rudis in vestem veterem neq; ponunt vinum nouum in vtribus veteribus. Scripsit quoq; non haberi, ioan. 20.
præcæptum confessionis sacramentalis: sed non negauit haberi alibi. Tradidit non videri paulum authorem episto
læ ad hebræos: verum citra pertinaciam & asseueratiõe/& in hoc nisus est authoritate hieronymi. Intellexit extru
ctionem æuæ ex costa adæ non iuxta sonum literæ corporaliter sed secundum similitudinem, & geñ. 3. nomine serpen
tis diabolum: sed salua ecclesiæ censura/& tot ac talibus rationibus inuitatus (ne dicam attractus) vt parum vel nihil
prorsus periculi sit futurum ne hic exponendi modus trahatur passim in cõsequentiá. Quibus accedit tum ꝙ expresse
apoc. 20. hic serpens antiquus exponitur diabolus & satanas: quod collatum cum superius scriptis cap. 12. videtur
rectius de serpente secundum similitudinem q̃ corporali intelligi. tum ꝙ iob. 40. & 41. reliqui etiá doctores, catho
lici contra cõmunem iudæorum expositionem intelligũt sub similitudine behemoth & liu'iathan describi a deo dæ
monem. ¶ Visum est autem congruentissimum vt hi in iobem commentarii sanctitati tuæ dicarentur. quum vt vel
in hoc agerem partes authoris: quem certo scio si viueret hoc reuerenter & religiose facturum fuisse. tum vt apostola
tus tui iudicio comprobati/commendatiores & fœlicioribus auspiciis prodeat in lucem. tum quia a qualicunq; fami
liari tuo studiose reuisi & æditi: decet enim vt quicquid a tuis potissimũ proficiscitur/tuo sanctissimo nomini cõ
secretur. Vnde & primo quoq; tempore/christo bene fauente curabo vt eiusdem caietani cõmentarii in pro
uerbia salomonis & ecclesiasten ac in partem metaphysices & libros de cœlo & mundo/tui nominis
fulgore splendentes euulgentur. Hos igitur interim futurorũ specimen, qua fulget humanitate
excipere dignetur beatitudo tua: quam in plurimos annos incolumem & florentem seruet
ecclesiæ suæ illustrandæ propagandæq; ac rebus christianorum tandem subleuan
dis/omnium seruator christus op. max. Romæ. 2. iunii. 1535.

THOMAE DE VIO

caietani Cardinalis sancti Xysti, in librum Iob commentarii.



QVEMADMODVM quinq; moysi libros/ & reliquos ueteris testaméti historiales libros (a iosue usq; ad ester) secundum sensum lrálem iuxta hebraicam ueritaté exposuimus, ita librũ iob declarare intédimus. ¶ Et quoniã doctrinalis est/nec certo gaudet authore, prælibanda sunt duo. Alterũ q̃ materia libri est diuina ꝓuidétia præcipue circa actiones humanas, & qualitas eius, nã disputatio inter iob & amicos eius/circa qualitaté diuinæ ꝓuidétiæ uersatur: an vz sit talis q̃ etiam iustis mala pñtis uitæ dispenset. Principium autem libri de diuina prouidentia erga humanas actiones tractat: finis uero etiã circa alia diuinã manifestat prouidentiam. ¶ Alterum q̃ rationabiliter creditur moyses author libri huius. Nam cũ liber iste nõ tractet de rebus gestis ab israelitis seu inter israelitas/nec tradat doctrinã alicuius prophetæ israelitæ, quicũq; alius dicatur author libri/emergit quæstio quis canonizauit hunc librũ in populo israel: perspicuũ est enim hunc librũ inter canonicos apud hebræos libros supputari. at si moyses huius libri author creditur, nulla supest quæstio qũo inter canonicos hebræorũ libros insertus fuerit, ex eo enim q̃ moyses scripsit illũ, canonicus fuit: queadmodũ quicquid scripserunt apl'i, canonicũ apud christianos est. Nec obstat q̃ sine titulo moysi/liber iste habet': quoniã nec in genesi inscribit' moyses author, sed queadmodũ ab hebræis habemus moysem scripsisse pentateuchũ ita & librum iob.

CAPVT PRIMVM.



Vir erat in terra hus nomine iob. Vltia litera deberet esse z: scribendum enim esset huz. Nomé regni esse huz patet iere. 25. ubi clare dicitur & omnibus regibus terræ huz. Sita auté dicit' in arabia petrea in confinio idumææ. & hoc quadrat uerbis iere. threnorũ. 4. gaude & lætare filia edom quæ habitas in terra huz: hoc est quæ extendis habitationé tuam cõpræhendendo etiã terrã uz. iere. enim. 25. seorsum nominant' reges terre huz & edom. Et quãuis multos huz in scriptura legamus (vz unum ex genere choræorũ qui habitauerunt in mõte sehir ante hesau geñ. 36. alium filiũ nachor fratris abrahæ geñ. 22. & ante utrũq; geñ. 10. huz filium aram filij sem filij noe) a primo tamen huz filio aram rationabile est noíatam fuisse terram huz. Fuit itaq; iob arabs/ex arabia (ut dictum est) petrea, ad differentiã tã arabiæ desertæ q̃ arabiæ fœlicis. ¶ Nec est uertendũ in dubiũ an iob fuerit homo uerus an homo fictus, ut in comœdijs fingũtur hoíes a poetis. nã ezech. 14. manifeste supputatur inter uiros naturales, dicendo & si fuerint tres uiri isti

A ij

in medio eius noe daniel & iob &c.pariter enim appellatur a deo iob uir & daniel & noe.& ppterea sicut nō dubitatur de noe & daniele,ita nō est dubitandū de iob an,ue re fuerit in rerum natura existens. Accedit ad hoc authoritas epistolæ iacobi.5. Et cō firmatur:q̄a si moyses finxisset hominem speculū patiētiæ, non pinxisset illum cū deli cto aliquo:iob autem clare fatetur in calce capituli.39. se bis male loquutum fuisse in collatione habita cum socijs. Et iterum confirmatur : quia si non res gesta sed comœ dia esset hæc,ualde superflue author libri introduxisset elihu loquentem a.32.capitulo usq; ad .37. inclusiue/ absq; aliquo respondente ei. Ex qua autem gente paternum genus duxerit/incertū est,non solum ea ratione quia alij ex genere hesau alij ex genere nachor fratris abrahæ illū gignunt/sed potissime quia nulla cōiecturæ ratio ad genus iob habendū suffragatur ex scriptura sacra. **et erat vir ille simplex.** Iuxta he bræum habet̄. **perfectus.** Hebraico more prius describit̄ in uniuerso,& deinde per partes. Prius narratur q; erat uir perfectus:& in hoc cōpræhenditur uniuersa bonitas moralis,deinde distinguendo per partes/subdit̄. **z rectus z timens deum.** No men est elohim. **et recedens a malo.** Iuxta hebræū habet̄. **z recedet a malo.** Ad insinuandū perseuerātiam declinādi a malo culpæ/utitur uerbo futuri temporis. Vtraq; aūt parte iustitiæ(v3 facere bonū & declinare a malo)præditus describit̄ iob. nam rectus scribitur quo ad bene facere:recedēs aūt a malo/quo ad alterā iustitiæ par tem. Medius uero interponitur timor elohim:hoc est iudicis/non istorū uel illorum sed simpliciter & absolute:utpote iudicis omniū.medius inquam scribitur/ad insinuandū tam facere bonum q̄ declinare a malo placuisse iob ex timore elohim.& in hoc uirtu tes iob præferuntur uirtutibus ethnicorū qui absq; relatione ad deū iudicē elegerūt bo nos mores & declinarunt a malis/nihil credendo diuini iudicij erga bonos uel malos homines. ¶ Sed nō caret quæstione/cur iob describitur timens elohim & non diligēs elohim:cum minus quadret perfectioni timor q̄ amor dei/& iob describatur pfectus. minus quoq; quadret timorem dei esse rationē uirtutū:hoc enim propriū est amori ip sius dei:ut paulus apostolus diffuse docet.1.ad cor.13. Solutio est q; nō est hic sermo de timore dei excludente amorē dei,sed de timore filiali/ex amore dei procedēte simul cum uniuersis uirtutibus moralibus. fit aūt in litera timoris potius q̄ amoris mētio: quia de diuina prouidentia tractando/timor dei directe fidem diuinæ prouidentiæ te statur:amor autē dei,etiā a non credentibus diuina iudicia/exhibendus deo cōmenda tur:aiunt.n.q; non ualemus reddere dijs æquiualens. Ex hoc igitur q; de diuina proui dentia erga singulos homines tractat̄/oportuit iob cōmēdare de timore elohim:utpo te proprio teste fidei iob de diuinis iudicijs erga singulos homines.

¶ **Natiq3 sunt ei septem filij z tres filie.** ¶ **Et fuit possessio eius se ptem millia ouium z tria millia camelorū/quinquaginta quoq3 iu ga boum z quingente asine/ac familia multa nimis.** Iuxta hebræum ha betur. **valde.** Sicut etiam quod legitur iuga/hebraice habetur paria. Sed hæc minutula sunt,ex tot tamen paribus boum innuitur amplitudo magna agri arandi. ideo enim boues per paria describuntur/ut aratorij boues intelligantur. In cuius si gnum subiunguntur boues arantes cū capti fuerunt. **eratq3 vir ille magnus in ter omnes orientales.** Iuxta hebræum habet̄. **magnus pre omnibus fi**

lijs orientis. Magnitudo potentiæ & opum/relatiue ad alios diuites ac potentes in regionibus orientis/manifestatur. Et ex hoc innuitur q iob erat princeps seu rex terræ huz. ex eo.n.q præfertur magnitudine omnibus filiis orientis, cum multi essent principes seu reges in oriente(ut patet ex historia genesis tempore abrahæ) consequẽs est q iob maior cunctis principibus orientis insinuetur princeps regni huzi.

¶ Et ibãt filii eius & faciebãt conuiuia. Iuxta hebræũ hr. ¶ Et ibũt filij eius & faciẽt cõuiuiũ. Futuri tpis uerba scribunt. & refert futurũ nõ ad tps scribẽtis, sed ad tps præteritũ significatũ dicẽdo & fuit uir ille magnus præ oĩbus filiis orientis. habet enim hebraica phrasis hunc scribendi stylum/ut relatiue ad præmissum tempus utatur sæpissime futuro tempore. Ad insinuandum itaq q iob fuit prius maior omnibus orientalibus & postea filii eius celebrarunt conuiuia/ d. scribitur magnitudo in præterito & conuiuium in futuro. Potest nihilominus significari per hæc uerba futuri temporis perseuerantia conuiuiorũ. nam & hoc quoq habet hebraica phrasis/ut futuro utatur tempore ad significandum perseuerantiam actionum: ut hinc intelligamus cõuiuia ista filiorum iob fuisse frequentia. per domos unusquisq in die suo. Rectius legeret. domus uniuscuiusq die suo. Distributio locorũ/ personarum & temporum simul significatur. personarum quidem q unusquisq filius: locorum uero in domo propria cuiusq: unde inferius subditur mors filiorum in domo primogeniti. temporum autem q in die suo: hoc est sibi deputato iuxta ordinem filiorum. Nec narratur quantum temporis intercedebat inter conuiuium & conuiuium: nescimus. n. an menstrua fuerint an magis crebra uel rara. rationi procul dubio cõsentaneum est q moderatum temporis spatium conuiuium a conuiuio separabat: alioquin nõ fuissent delectabilia: quotidiana. n. conuiuia abominationem pariunt. Et ex diuersitate domorũ insinuatur q filii iob iam uxorati erant: utpote habentes singuli domos proprias. et mittentes uocabant. Iuxta hebræum habet. et mittent & uocabunt tres sorores suas/ut comederent & biberẽt cum eis. Futuri temporis sunt uerba rationibus supradictis. & ex ipsa missione ad inuitandum sorores ad conuiuia/insinuatur q filiæ iob erant iam nuptæ non habitantes cũ fratribus suis sed cum uiris propriis. Et in hoc maior fœlicitas describitur iob: utpote qui filiis uxores & domos proprias/& filiabus maritos iam dederat.

¶ Cunq in orbem trãsissent dies cõuiuij/mittebat ad eos iob & sanctificabat illos. Sacrificaturus iob pro peccatis filiorum/præmittit nũcios ad monendum eos ut discutiant internas cogitationes atq affectiones quas habuerũt in conuiuiis/& interna pœnitudine redeãt ad seipsos. sciebat. n. q holocausta nõ delerent peccata impœnitentiũ. Sanctificare itaq seu pparare(utrunq. n. hebraica dictio sonat)filios per nuncium/ nihil aliud erat q monere eos ad resipiscendum a peccato si quod commisissent in cõuiuiis. surgensq diluculo/offerebat holocausta per singulos. Iuxta hebræum habetur. & surget diluculo/& offeret holocausta numero omnium ipsorum. Futurum tam surget q offeret/ refertur ad præteritum & misit iob & sanctificauit seu præparauit eos. ad placandum siquidem deum/ pœnitentibus filiis offerebat holocausta tot quot erant filii. Et hinc patet q iob non solũ erat princeps sed etiam sacerdos: non legalis(hoc est secundum legem mosaicam)sed

iuxta morem antiquum primogenitus erat sacerdos. Dicebat. n. ne forte pec- cauerint filij mei & benedixerint deo in cordibus suis. Iuxta hebraū habet. forte peccauerunt filij mei & benedixerunt elohim in cordibus suis. Si benedicere poneretur hic pro maledicere/sequeretur hoc absurdissimum q̄ iob dubitasset q̄ filij sui essent non solum peccatores sed pessimi. tum quoniam blasphemare deum ore q̄uis graue crimen sit, grauissimum tamen est blasphemare deum etiam corde, multitudinem magnam uidemus blasphemā, sed ex abusu maledicentiæ uel ex ira/ sed non ex corde, aiunt. n. ipsimet/q̄ non intendunt deum blasphemare. Tum quoniā rarissimum est blasphemare deum non lingua sed corde. quapropter filij iob scelestissimi habiti fuissent apud patris suspitionem si dubitasset iob q̄ nō lingua sed corde maledixissent deo. Esse autem hoc absurdum/ex eo patet q̄ non fuisset iob perfectus, nisi educasset filios in timore dei & bonis moribus. Sumitur itaq̄ benedicere proprie pro gratiarum actione/pro laude dei. & est sensus q̄ iob dubitabat filios in conuiuiis peccasse/& postea eosdem agnouisse quidem diuina beneficia & non cogitasse super peccatis commissis/& sic pertransisse impœnitētes. Hic est sensus literalis/quadrans & filijs bene instructis & patris dubitationi & proprietati uerborum & contextui. propter ea. n. temporis præteriti est forte peccauerunt filij mei/& in futuro subiungitur & benedicent elohim, ut ipsa diuersitas temporum insinuet tum q̄ benedicere elohim diuersum est a peccare/tum q̄ benedicere elohim postremum erat. Et ex hoc q̄ istæ duæ filiorum actiones duntaxat uersabantur in cogitatione iob, insinuatur exclusio tertiæ actionis: uidelicet resipiscentiæ a peccato. Quadrat & hic sensus frequenti usui. nā consueuerunt uiri timentes deum/in fine conuiuij benedicere deum(saltem dicendo laudetū deus qui contulit nobis tot bona)& hilares ac iucundi soluere conuiuium. Quod autē dicitur in cordibus suis/ad utrunq̄ refertur: peccatum uidelicet & benedictionem. dubitauit enī/forte peccauerunt filij mei in cordibus suis/hoc est peccatis nō solū loquacitatis & ioci sed etiam penetrantibus usq̄ ad cor: & similiter q̄ postea applicauerint cor ad gratias agendum deo duntaxat/& sic impœnitentes pertransierint. Sic faciebat. Iuxta hebræum habetur. Sic faciet iob. perseuerantia enim sic faciendi uerbo futuri temporis significatur. Cunctis diebus, non simpliciter & absolute/sed post completa conuiuia filiorum.

¶ Quadam autem die cum uenissent filii dei ut assisterent corā domino. Iuxta hebræum habetur. Et fuit dies/& uenerunt filii elohim ad manendum coram iehouach: & uenit etiam satan inter eos. Tam filij elohim(hoc est angeli sancti/appellati filij elohim eo q̄ filialiter ministrant deo iudici ac gubernatori omnium)q̄ satan uenisse scribuntur: quia reuera non semper coram deo sunt quatenus consulentes deum/sed crebro ex proprijs officijs erga nos eunt ad deū: hoc est ad officium petendi a deo, angeli quidem ad petendum pro nobis & ad consulendum quid deus uelit agi ab ipsis erga nos/citando nostra opera merita occasiones impedimenta & huiusmodi: satan uero ad petendum potestatem faciendi quod cupit. Venire igitur angelorum & satan ad deum/est ex officiis erga nos gestis ad officium petendi a deo applicare intellectus & uoluntates suas. Nomen autem satan hebraicū est/latine aduersarius, dæmon siquidem etsi durante in hac uita humano genere/aduer-

sarij officio semper fungatur contra nos, aptissime tamen nominatur hic satan: quia ad aduersandum uenerat & ab aduersando. Describitur quoq; nō uenisse absolute/sed uenisse inter sanctos angelos: tum propter similem naturam ipsius & angelorū: tum præcipue propter improbitatem ipsius ad inferendum se comitem angelorum. Iniquitas siquidem eius insinuatur per hanc concomitantiam q; non est de integritate uniuersi/non spectat ad integritatem naturæ eius: sed adiectitia est & uelut improbus comes inferens se inter bonos. Nec caret ueritate literali q; fuit dies quo isti uenerunt: quoniam etsi angeli custodes nostri quotidie (ut par est credere) deum consulant circa agenda/hodie isti cras illi, satan tamen non semper permittitur uenire ad petendum a deo potestatem faciendi quod cupit/sed quandoq;: & propterea certo die uenit, & quādocunq; uenit/uenit inter sanctos angelos qui quotidie ueniunt ad intercedendum pro nobis. Describuntur autem uenientes ad manendum coram iehouah: quia sancti angeli recurrunt ad firmiter perseuerandum interpellando pro nobis donec diuinam agnoscāt definitionem. dictio. n. hebraica sonat stare non qualitercunq; sed firmiter: & ideo interpretatur manere. Mutatur autem diuinum nomen dicendo coram iehouah (quod est nomen propriissimum dei: est enim illud quod uocant tetragrammaton/sonans fontē essendi omnibus rebus) ad insinuandum q; unus atq; idem est deus qui dat esse rebus omnibus & qui iudex est & examinator actionum omnium tam spiritualium creaturarum q̄ hominum.

¶ Cui dixit dominus. Iuxta hebræum habet. Et dixit iehouah ad satan. Diuinum dicere ad angelos seu homines est facere. loquitur enim deus quandoq; sermone sensibili/faciendo uoces sensibiles in aere: ut in baptismo & in transfiguratione christi patet, quandoq; sermone imaginario/faciendo in imaginatiōe hominis uel nouas species uel compositionem nouam specierum inuentarum in imaginatione hominis: ut in utroq; somnio salomonis patet. quandoq; sermone intelligibili/faciendo nouas species in intellectu: uel quod communiter uidetur uerificari/ordinando & componendo inuentas in intellectu species ad manifestandum quod intendit manifestare. & hoc modo locutus est deus ad satan: mouit enim species in intellectu satan ad manifestandum ei diuinam interrogationem. ¶ Vbi aduerte q; inter homines & spirituales creaturas disparitas est in hoc/q; homines non semper pcipiunt a quo imaginatio propria seu intellectus proprius mouetur, quia pendet notitia humana ex sensibus: spirituales uero creaturæ simul percipiunt species nouiter compositas & a quo sunt nouiter compositæ: & propterea percipiunt simul locutionem & loquentem. habent enim intellectus naturaliter solutos ab impedimentis cognoscendi mouentem intellectus eorum: & propterea satan simul percepit interrogationem & interrogantem. ¶ Nominatur autem hic deus iehouah (hoc est fons essendi) ut ipsa prima causa intelligatur curā gerere eorum quæ fiunt etiam a dæmonibus aduersarijs nostris. Vnde uenis? Iuxta hebræum habetur. Vnde uenies? in tempore futuro. Non est simplex interrogatio: sed est interrogatio cum increpatione perseuerantis in male ueniendo. consueuimus enim assuetos a malis officijs uenire machinando ad aliud maleficium/increpando interrogare unde uenies: significantes per hoc frequentiam male uenièdi. perspicuum est enim q; satan semper a malis officijs machinando ad aliud maleficium/uenit ad peten

dum a deo quod cupit: & propterea cum increpatione interrogatur unde uenies? Interrogat̃ autẽ a deo/nõ ut ignotum deo manifestet, sed ut inuitus profiteat̃ malum officiũ a quo excitatus est ad ueniendũ petiturus a deo. est.n. interrogatio nõ pura/sed iudicialiter coactiua ad cõfitẽdũ malũ patratũ. ꝛ rñdit satã ad iehouah ꝛ dixit. Facile est intelligere modũ quo satã loquit̃ deo. nã quẽadmodũ nos eleuata mẽte intellectualiter offerimus deo desideria nr̃a & cõfitemur pc̃tã nr̃a, ita dæmones & angeli intelligibili sermone alloquuntur deũ. Coactus autẽ diuini examinis ui, rñdisse scribit̃ satã ipi primæ causæ ꝑpter rationẽ iã dictã. circuiui terrã ꝛ ꝑambulaui eã. Iuxta hebræũ hr̃. ab extendẽdo in terra ꝛ abeũdo in ea. Dictio tñ interp̃tata extẽdere/posset quoq; deriuari a uisione qua in momẽto simul cũcta uident̃: sed qa diuino intuitui appropriari uidet̃ apud hebræos/ideo ab extẽsione deducta est. Hebraico autẽ more præposterus est ordo: nã minus est ire p terrã q̃ extendere se per eã. fatet̃.n. iuisse sic ut extẽderit se p terrã totam/ꝑculdubio aduersandi causa toti humano gñi sparso sup terrã. hoc est eñ malũ officiũ a quo excitatus est ut cõpareret petiturus corã deo. Modus autem quo satan mouet̃ de loco ad locum super terram/magno eget tractatu qui in secundo sententiarum diffuse a theologis discutitur.

¶ Et dixit iehouah ad satã. Expone hæc ut supra. nũqd cõsiderasti seruũ meũ. Hebraice hr̃. nũqd posuisti cor tuũ sup huũ meũ iiob. Ponet̃ cor/diligẽtius cõsiderare significat. q̃ nõ sit ei silis i terra/hõ simplex ꝛ rect⁹ ꝛ timẽs deũ ꝛ recedẽs a malo? Iuxta hebræũ hr̃. q̃ nõ sicut ipse i terra, vir ꝑfect⁹ ꝛ rect⁹/timẽs elohi ꝛ recedet a malo? Intellige hæc repetita de iob ut supra exposita sũt. cõmẽdatio uero ei⁹ noua/relatiue ad reliquos hoies q tũc erãt in terra, uerificat̃ ad lr̃am: qa tũc nullus erat in terra uir tã potẽs tã diues tantãq; fœlicitatẽ humanã habẽs, q esset ita ꝑfectus/rectus/timẽs elohim & recedẽs a malo, dato q̃ aliquis uir esset tunc in terra maioris charitatis q̃ iob: ex hoc.n. nõ sequtur q̃ fuisset sicut iob. Et ad magnã iob laudem spectat q̃ cum tã cõposita fœlicitate/præditus esset perfectione uirtutum ac timoris dei, scribitur.n. eccli. 3. beatus diues qui inuentus est sine macula/ qui post aurũ nõ abiit nec sꝑauit in pecuniæ thesauris: quis est hic & laudabimus eũ? merito igit̃ de iob dr̃ q̃ nõ sicut ipse in terra. ¶ Et rñdit satã ad iehouah ꝛ dixit. Intellige ut supra. nũqd frustra iiob timet deũ? Iuxta hebræũ hr̃. num gratis iiob timẽs elohim? Gratis dicit/ hoc est sine precio. & est sensus q̃ iob timet deum quasi accepto precio timendi deũ. cũ.n. nõ potuerit negare sanctitatẽ iob / calumniatur ratione timẽdi deũ: q̃ uez nõ est magnũ q̃d q̃ hõ tot tantisq; bñficiis affectus a deo timeat deũ: tempore habens tã multa quæ amitteret ex ira dei: & ꝑpterea nominat ipsũ elohim. ¶ Nõne tu vallasti eũ ac domũ eius/ vniuersamq; substantiã eius ꝑ circuitum? opib⁹ manuũ eius bñdixisti. Dictio interpretata uallasti/ & a multis interpretata sæpisti, hebraice sonat operuisti: & legẽdũ esset. nõne tu operuisti ꝓ eo ꝛ ꝓ domo ei⁹/ꝛ ꝓ omni quod ei circũcirca? Appellat̃ tegere ꝓ eo & ijs quæ illius sunt/impedire nocitura: quẽadmodũ bñdicere opi manuũ eius/est ꝓsperum facere opus potestatis eius. erat.n. princeps/& fœlicem successum habebant opa eius. ꝛ possessio ei⁹ creuit in terra. Dictio interpretata creuit/significat crescere non qualitercunq; sed ualde. ¶ Sed extẽde paululũ manũ tuã/ꝛ tange

cūcta que possidet. Iuxta hebræū hr. Profecto mitte nūc manū tuam & tāge oē quod ei. Sententia eadē est cū uulgata æditione: & petitio satan narrat̃ sub metaphora manus/instrumenta quibus deus utitur ad affligendū hoies significās. nisi in faciē bñdixerit tibi. hoc est maledixerit. scriptura. n. sacra horrens blasphemiæ nomen/bñdicere quandoq; utitur p antiphrasim pro maledicere: ut clare patet. 3. reg. 21. bñdixit naboth deo & regi. ☞ Et dixit iehouah ad satan. Intellige ut supra. ecce vniuersa que hʒ in manu tua sunt/tantū in eū ne extēdas manū tuā. Obtinuit satan potestatē aduersus iob limitatā: ve; non contra personam ipsius sed cōtra oia quæ ipsius erāt. Et hinc clare discimus naturalem potentiā dæmonū circa hoies & ea quæ hominū sunt esse ligatam/sic q; nihil possint efficere nisi deo soluente uincula potestatis dæmonis. Vniuersa eñ quæ fecit cōtra iob/poterat ipse dæmon naturali sua potestate efficere si potentiam solutam (hoc est non impeditam) habuisset. ad hoc enim significandū scripta prius est petitio dæmonis/mitte manū tuā & tāge omne quod habet: & subiuncta est responsio/ecce uniuersa quæ habet in manu tua sunt. Respondendo. n. ecce in manu tua sunt/manifestat q; nunc nouiter manus (hoc est potestas) dæmonis soluitur aduersus ea quæ habet iob. & propterea opera ipsius dæmōis/ab ipsomet dæmone attribuitur summo deo petendo mitte manum tuam & tange. uere siquidem deus imperatiue soluendo potestatem dæmōis afflixit iob: dæmon autem ipse executiue. egressusq; est satan a facie domini. Nomē est iehouah. Egressio aūt est tum applicatio intellectus & uoluntatis ad ea quæ spectabant ad afflictionem iob in ijs quæ habebat: tum applicatio intellectus & uoluntatis ad utendum malignitate sua. quod alienum est a facie dei/sicut & quodlibet peccatum, pro quāto deus nullius peccati author est. ☞ Quadam aūt die. Tempus conuiuij & tempus nunciandi tot mala iob/describitur unus atq; idem dies. filii & filie eius comedebant & bibebant vinum in domo fratris sui primogeniti. Hinc clarificat̃ qđ supra diximus/filios iob habuisse ppria domos. Et significanter electum fuisse a dæmone diē cōuentus filiorꝝ in domo primogeniti cū potu uini scribit̃, ut ex uino lætitia cōuiuij/& ex domo primogeniti maior celebritas cōuiuij significata/maioris esset causa tristitiæ superuenientis ex eorū ibidē ruina. ☞ Et nuncius venit ad iob & dixit: boues arabāt & asine pascebantur iuxta eos. Parui refert q; hebraice habetur. iuxta loca eorum. in idem. n. redit sensus. ☞ Et irruerunt sabei & tulerunt eos/& pueros percusserunt gladio. Dictio hebraica interpretata sabæi illamet est quæ scribitur. 3. reg. 10. regina saba: regnum enim saba utrobiq; scribitur. de quo dominus matth. 12. ait/regina austri uenit a finibus terræ: & propterea mirum uidetur q; sabæi qui sunt in arabia fœlici uenerint ad prædandum boues & asinas iob in syria seu in parte arabiæ petreæ contermina syriæ. Sed si strabonem legeris, cessabit admiratio: narrat enim q; nabathæi & sabæi anteq; subditi essent romanis/excurrebant sæpe syriam. & euasi ego solus. Iuxta hebræum habetur. & euasi ego solus ego ad nunciandum tibi. Et simili modo scriptum est de reliquis subiunctis nuncijs. dæmonis siquidem arte fiebat ut unus euaderet nuncius certus/ad inferendum tristitiam ipsi iob, & q; quilibet nuncius cum emphasi diceret/euasi ego solus ego, causam euasionis reddendo ad nunciandum tibi tan-

tam ruinam tuã. ¶ Cumq; adhuc ille loqueretur venit alius. Et hoc quoq; arte dæmonis fiebat/ne iob tempus resipiscendi haberet sed opprimeretur accumulatione mœrorum. & dixit/ignis dei. Nomen est elohim. Naturali uirtute sua potest dæmon applicando actiua passiuis generare ignem in aere: sed ignis sic genitus creatura dei nõ dæmonis est/sicut quælibet res naturalis quouis modo genita. Et ad cumulum contristandi iob pcurauit dæmon ut nuncius diceret ignis elohim: ut etiam ex uerbis istis audiret iob q non solum hoies sed etiam deus iudex aduersat ipsi iob. ad hoc enim significandum adiungit. cecidit e celo. hoc est de aere: quæ. n. a supnis ueniũt/attribuere solemus deo. & tactas oues puerosq; cõsumpsit. Iuxta hebraũ habetur. & cõbussit pecudes & pueros & comedit eos. Instar uorantis describit ignis comburens. & euasi ego solus vt nũciarẽ tibi. ¶ Adhuc illo loquẽte venit alius & dixit: chaldei fecerũt tres turmas & inuaserũt camelos. Iuxta hebræum habetur. chaldei posuerunt tria capita/& extenderunt sup camelos & tulerunt eos/puerosq; percusserunt in ore gladij. Quamuis chaldæa in babylonia sita/multum distet a syria (iuxta uerbum ezechiæ. 4. reg. 10. de terra longinqua uenerunt ad me/de babylone) quemadmodum tamen sabæi excursiones faciebant in syriam ita & chaldæi. qui prudenter in tres turmas sub tribus ducibus se distribuerunt/ut integram camelorũ prædã haberẽt. & euasi ego solus vt nũciarẽ tibi. ¶ Adhuc illo loquẽte ali9 venit & dixit: filiis tuis & filiabus vescẽtibus & bibẽtibus vinũ in domo fratris sui primogeniti. Et hoc quoq; diabolica arte factũ est/ut prius minora dãna nunciarent iob & postremo maximũ (vez filiorum & filiarũ repentinus interitus) ut magis augeret tristitia ipsius iob. nam si primum audisset interitum filiorum/minus tristatus fuisset audiens damna rerum: amissis. n. maioribus/paruipendimus amissionem minorum. ¶ Repente ventus vehemens irruit a regione deserti. Iuxta hebræum habetur. Et ecce ventus magnus venit a trans desertum & concussit quattuor angulos domus/ceciditq; super pueros & mortui sunt: & euasi tantum ego solus ego ad nunciandũ tibi. Diabolica opera & genitus est uẽtus ille & concussit domum illam/sic ut simul caderet super omnes cum euasione unius duntaxat.

¶ Tunc surrexit iob. Hactenus/immotus audierat tot malos nuncios: sed audito interitu filiorum/de loco ubi sedebat surrexit, tanq̃ hoc postremũ tetigerit cor eius. & scidit vestimenta sua & totundit caput suum. Internæ tristitiæ conformia signa illo tempore solita monstrauit, scindendo uestem & tõdendo caput. Intelligo autem tonsum caput nõ solum quo ad capillos sed etiam quo ad barbam. corruensq; in terram adorauit. Non sat fuit genuflectere/sed maximum honoris signum prostratione totius corporis deo exhibuit. Et in hoc relucet magna iob pfectio/q in tanta calamitate primum motus est animus eius in deum, ad agnoscendum illius prouidentia hæc obtigisse sibi laudandumq; diuinum nomen. Et dixit: nudus egressus sum de vtero matris mee. Ad literam agnoscit quæcunq; amiserat non fuisse bona sibi congenita sed aduentitia. nascitur enim quilibet nudus: hoc est absq; opibus & filijs. & nudus reuertar illuc. Non demonstrat locale aduerbium uterum matris/sed locum sepulchri. utitur autem reuersionis uocabulo, quia homo

de terra formatus est / & quando moritur in terram reuerti dicitur. Et per hoc ad literam significat ꝙ bona quæ amiserat erant aduentitia/sic ꝙ ea secum moriens ferre non posset. externa igitur & caduca bona hominis/fatetur esse opes quascunq; & filios. **Dominus dedit/dominus abstulit.** Iuxta hebræum habet᷑. **iehouah dedit & iehouah abstulit.** Non sat fuit iob consolari seipsum ex qualitate bonorum amissorum (uidelicet quia erant sibi externa & caduca) uerum etiam consolabatur seipsum agnoscendo ꝙ prima causa quæ dat esse omnibus rebus/ liberaliter dederat & eadem abstulit. Nec dixit dominus dedit & diabolus abstulit: sed utrunq; in deū retulit/agnoscendo & profitendo diuinam prouidentiā extendi ad hæc singularia quæ geruntur apud nos. non parua siquidem consolatio est nosse ꝙ ille aufert a nobis bona temporalia qui non potest errare/qui curam nostri habet/qui largitor est omnium bonorum/qui nihil odit eorum quæ fecit. profitetur. n. per hoc ꝙ deus qui dedit / cum abstulit usus est iure suo: utpote qui non tenetur conseruare alicui res illi datas. **Sicut domino placuit ita factum est.** Superflua est hæc clausula: quia in hebræo textu nō hr̄. **sit nomē dn̄i benedictū.** Iuxta hebræū hr̄. **erit nomē iehouah benedictum.** Est gratiarum actio: ut ex illata calamitate a deo/nulla irroget᷑ iniuria diuino nomini: puta nominando deum iniustum aut curam non habentem horum singulariū. sed bn̄dicendum diuinū nomen fatet᷑: puta ꝙ oium & singulorū curam gerit/ꝙ actor est bonorū oium & ois mali nō culpæ sed penæ/ꝙ iustus est & sanctissime oia facit &c. ¶ **In oibus his nō peccauit iob labijs suis.** Supfluunt duæ ultimæ dictiones/labijs suis. absolute siqdē dr̄ ꝙ in uniuerso hoc nō peccauit iob/ ad excludendum quodcunq; pctm̄ cogitationis locutionis & opis. **neq; stultū qd cōtra deū locutus est.** Iuxta hebræū hr̄. **& nō tribuit defectū elohim.** in casu datiuo. Dictio interpretata defectū/interpretat᷑ a multis insulsum: nec errat᷑/q̄uis rectius interpretet᷑ defectus. Hebræo more præposterus est ordo lr̄æ: nā prius cōmendat᷑ ꝙ nō tribuit defectū seu insulsum elohim/& deinde ꝙ nec aliqualiter peccauit. Attribuere aūt defectū elohim/blasphemū fuisset: utpote imputare uniuersoꝝ iudici defectū/siue in cognoscēdo siue in dispensando bona & mala &c. & sir̄ blasphemum fuisset tribuere omnium gubernatori insulsum: fuisset. n. imputare illi ꝙ desiperet: insulsa. n. minus sapiunt.

CAPVT .II.

Fuit aūt dies & venerūt filii dei. Nomē est elohim. **ut starēt coram dn̄o.** Corrige ut in primo capitulo. **ad manendū coram iehouah: & uenit etiam satan inter eos ad manendum coram iehouah.** & expone cuncta ut in primo capitulo. Sed aduerte ꝙ in primo capitulo de solis filiis elohim scriptum est ꝙ uenerunt ad manendum coram iehouah/ & de satana ꝙ uenit inter eos: hic autem iuxta hebraicum scribitur de satana ꝙ uenit inter eos ad manendum coram iehouah. significatur enim per hoc ꝙ hac secunda uice uenit ad p̄sistendū firmiter ut obtineret quod cupiebat & obtinuit. Videns. n. se cōfusum post tot illatas iob calamitates/deliberauit p̄sistere petēdo maiorē a deo potestatē aduersus iob. ¶ **Dixitq; dn̄s ad satā.** In toto hoc colloqo noiat᷑ deus iehouah: & ne oporteat repetere corrige introductiōes colloquentiū ut in primo cap. **Vn̄ uenis?** Iuxta hebræum habetur. **quo ab hinc uenies?** Et est sermo mutilus. est. n. sensus/

ab hinc quo digressus uenies? Et sunt ut in primo capitulo expositum est/uerba interrogantis increpando: quia.n.egressus fuerat satan a facie dei/& iuerat ad mala multa faciendum (ut patet in præcedēti capitulo) ideo interrogatur nō absolute unde uenis/ sed unde uenis ex quo recessisti hinc: hoc est a consistorio coram me. unus.n.atq; idem locus est quo iuit & unde uenit: quoniam a loco ad quem iuit uenit. Cōmemorat̃ itaq; in hac increpatione examinatoria egressus a consistorio coram deo/ad exaggerādum malignitatem satanæ abutentis consistorij diuini gratia. Et respondit satan dño ꝛ dixit/circūiui terram ꝛ perambulaui eam. Iuxta hebræum habetur. a deambulando in terra ꝛ ab eundo in illa. Præpostero ordine scribuntur particulæ. prius.n.dictum est ab eundo per terram/& deinde a deambulando in ea: nam prius exprimendum est ire q̄ꝫ modus eundi significatus per deambulationē. Et ex hoc ꝙ dæmon fatetur se per terram ire deambulando, manifestat per hanc metaphoram ꝙ quiete considerat cuncta quæ fiunt a nobis / obseruando singula non transcurrendo sed deambulantis more obseruando. ¶ Et dixit dñs ad satan: nūquid considerasti seruum meum iiob ꝙ nō sit ei similis in terra, vir simplex ꝛ rectus ac timens deum ꝛ recedens a malo/ꝛ adhuc retinens innocentiam? Lege ut in primo cap. num posuisti cor tuū ad seruū meū iiob ꝙ nō sicut ipse in terra, vir ꝑfectus ꝛ rectus/timēs elohim ꝛ recedet a malo, ꝛ adhuc ipse retinēs ꝑfectionem suā? In perfectione cōpræhendit oēs uirtutes eius. tu aūt cōmouisti me aduersus eū ut affligerē eum frustra. Iuxta hebræū habet̃. ꝛ incitasti me cōtra eū gratis ad destruendū eum gratis. Humano more instar incitati ab alio dicit se deus/quemadmodū dicit quandoq; se iratū secundū similitudinem effectus. deus.n.non incitat̃ ab alio/sed facit effectū similē effectui incitati. dedit.n.satanæ petenti potestatē aduersus ea quæ erāt iob / tanq̄ꝫ incitatus ab eo: quū tamē ab æterno disposuerit se daturum hmōi potestatem satanæ. Et addit gratis/hoc est sine causa meritoria ex parte ipsius iob. Quod aūt subditur ad destruendum eum gratis/manifestat ꝙ non solum incitatio satanæ fuerit absq; citata culpa ipsius iob, sed ꝙ etiā ipsa afflictio destruens oīa quæ erant iob/fuerit facta ab ipso deo sine culpa ipsius iob. ¶ Respōditq; satā dño ꝛ dixit: pellē pro pelle ꝛ cūcta q̄ habet hō dabit pro aīa sua. hoc est pro uita propria. Familiaris est hebræis ordo præposterus. maiora.n.præponūt minoribus: quū ecōuerso ořo deberet crescere, & dicendū fuisset omne quod hoi & pellem ꝓ pelle dabit ꝓ aīa sua/ad significandū ꝙ non solū opes sed etiā filios parentes & uxorem dabit homo pro uita ꝓpria. dixit.n.hæc satan quia iob amiserat q̄dem opes oēs & filios & filias/sed intactus fuerat quo ad ea quæ erāt ꝓpriæ uitæ: & ꝓpterea nō esse mirū si adhuc retinet iob suā perfectionem. ¶ Alioqn. Hebraice habet̃. Profecto. affirmantis aduerbium. mitte nunc manum tuam. hoc est extende nunc potestatem tuam/soluendo naturalem meam potentiam quam olim dederas. ꝛ tange os eius ꝛ carnem. Non sat fuit satanæ petere percussionem carnis iob/sed adiunxit percussionem usq; ad ossa: ut non leuis sed grauis significaret̃ percussio penetrās intima. ꝛ tunc videbis ꝙ in faciē bn̄dicat tibi. Iuxta hebræū habet̃. ut in primo capitulo. si nō in facie tua bn̄dicet tibi. hoc est maledicet tibi coram te. ¶ Et dixit dominus ad satan:

ecce in manu tua est. Concedit deus potestatem satanæ aduersus personam iob dicendo ecce ipse in manu(hoc est in potestate)tua/subaudi datur. & intellige ut in primo capitulo exposita est similis cõcessio. tantum animam eius serua. Limitatur potestas satanæ aduersus personam iob citra ægritudines mortales:hoc est.n.dictũ tãtum animam(hoc est uitam)eius serua.si.n.ægritudo mortifera illata fuisset/non fuisset seruata uita eius.

¶ Egressusq; est satan a facie dñi/ & percussit iob vlcere pessimo. Hebraice habet. vlcere malo/a plãta pedis eius vsq; ad verticem eius. carent.n.superlatiuo. Ecce ægritudo ualde molesta/non tamen mortifera. ¶ Qui testa saniem radebat. Iuxta hebræũ habet. Et accepit sibi testam ad scalpendum se ea. Pruritus tantus describitur surgens ex ulceribus,ut non sufficerent manuum ungues/sed testa opus esset ad scalpendũ. sedens in sterquilinio. Iuxta hebræum habetur. & ipse sedens inter cinerem. Nihil dicitur de sterquilinio:sed q; elegerit sedere in medio cineris/ad cumulum deiectionis suæ. ¶ Dixit autem illi vxor ipsius. Quanuis satan habuerit prima uice potestatem in omne quod erat iob(sub quo compræhendebatur etiam uxor iob:uxor.n.est aliquid uiri)astute tamen noluit interficere illam ut uteretur illa ad incitandum iob ad malum:ut hæc testatur litera. adhuc permanes in simplicitate tua? Iuxta hebræum habetur. adhuc tu retinens perfectionem tuam? Verba sunt improperantis perseuerantiam in perfectione uirtutum/tantam calamitatẽ passo. benedic elohim & morere. Non oportet sumere hic benedicere pro maledicere,tum quia nec uxori tam perfecti uiri cõgruit hortari aperte ad blasphemiam dei:fuerat.n.bene instructa (ut par est credere) in timore dei,tum quia minus quadrat pponere ut eligat mori. Sed benedicere sumitur proprie, & commemorauit uxor prouerbium antiquum & in hodiernũ usq; diem crebro in ore hominum sonans:uidelicet cole deum & expecta malum.hanc.n.sententiam significauit obiiciendo perseuerantiam in bono/tanq; uirtutes ipsius iob fuerint prouocãtes tantam calamitatem. Hic sensus literalis censendus est:utpote quadrans præcedentibus uerbis adhuc tu retinens perfectionem tuam? recole q; antiquũ est prouerbium benedic elohim & morere:hoc est uaca laudibus diuinis & incurres mala etiã mortis. hoc.n.directe erat retractiuum a perseuerantia in uirtutum perfectione: hoc congruit muliebri opprobrationi: hoc quadrat astutiæ dæmonis: hoc tanq; utile atq; probatum consilium amplectendum proposuit uxor: hoc consonat responsioni iob. ¶ Et dixit ad eam:quasi vna de stultis. Vide modestiam mariti: non dicit stulta es/sed q; sermo eius est sicut sermo stultarum.nouerat.n uxorẽ nõ esse stultam, sed passione animi uictam protulisse hoc prouerbium qđ stulti sonare soliti sunt. locuta es. Hebraice habet loqueris in futuro,arguit siquidem uxorem monendo ne de inceps imitetur sermonem stultarum. si bona suscepimus de manu dñi/mala quare non suscipiamus? Iuxta hebræum habetur. etiam bonum suscipiemus ab elohim,& malum non suscipiemus? hoc est æqua debet esse mens nostra ad suscipiendum a iudice & gubernatore omnium bona & mala:ipse siquidem est a quo suscipimus & bona & mala. Et in hoc directe cõfutat prouerbium illud,supponens q; bona & mala non dentur nobis a deo/quia quanto aliquis magis seruit deo

patitur peius: quod non accideret si deus daret bona & mala, quia colentibus eum daret bona/& mala daret iniquis. iob autem e cōuerso asserit ꝙ etiam nos uirtutibus & timori dei uacantes æquā debemus habere mentē ad suscipiendum a deo bona & mala. **In omnibus his non peccauit iob labijs suis.**

Igitur audientes tres amici iob. Parui refert ꝙ hebraice habeť. **Et audierunt tres sociorum iob omne malum hoc quod uenit super eū, & uenerunt unusquisq; de loco suo/eliphaz themanites & bildad suhites & zophar nahamathites: & congregati sunt simul ut uenirent.** Confœderati principes uidentur significari sociorum nomine. & quoniam non omnes uenerunt ad iob sed tres ex illis duntaxat, ideo dicitur ꝙ tres sociorum ipsius iob conuenerunt ad simul ueniendum. **Ut uisitarent eum & consolarentur.** Iuxta hebræum habeť. **ad mouendum eum & ad consolandum eum.** Duo officia executuri uenerunt: uidelicet mouere & consolari. mouere autem mētem iob a tristitia/distrahendo animum eius ad colloquia de rebus aliis. ¶ **Eleuauerunt q; oculos suos a longinquo.** Distātiam moderatam intellige unde discerni facile potuisset. **& non cognouerunt eum.** hoc est sensu uisus nō repræsentabatur qualitas solita eius: utpote tonso capite & facie ulceribus plena. perceperunt tamē interna cognitione ipsum esse iob: & propterea subiunguntur exclamantes plorasse. **Et leuauerunt uocem suam & fleuerunt: sciderunt q; unusquisq; palliū suū/& sparserunt puluerem super capita sua in celum.** Quattuor istis signis condolere se monstrarunt: uidelicet clamore dolentium/fletu/scissione palliorum & sparsione pulueris in cœlum in aere existente super caput cuiusq;. & hoc ad reddendum etiā ipsum aerem eos continentem tristem tanq̃ cōdolentem: aer. n. pulueruletus tanq̃ tristis est. ¶ **Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus.** Intellige non continue sed certis horis. **& nemo loquebatur ei uerbum.** Officium. n. condolendi exercebant: & propterea quemadmodū ipse iob tacebat, ita & ipsi conformabant se illi silendo. **Uidebant enim dolorem esse uehementem.** Parui refert ꝙ hebraice habeť. **Uiderunt. n. ꝙ granduit dolor ualde.** Ratio silentii redditur uisa magnitudo doloris in iob. erant. n. maximæ tristitiæ causæ, simul cū causa ingentis doloris sensibilis in proprio corpore. Nec ab re dicitur ꝙ granduit: sed ad insinuandum augmentum doloris sensibilis in corpore iob ex dira plaga. nam nec talis dolor nec illius incrementum subditur rationi/ sed consequitur necessario læsionem corporis. Et prudentiæ fuit diuturnum silentium amicorum: molestus est. n. sermo/uehementer afflictis.

CAPUT .III.

Post hec autem. Sæpe diximus interpretem solitum mutare aduerbiū in pronomen: nam hebraice habetur. **Post sic.** modus. n. hactenus in tāta calamitate seruatus/significatur. **aperuit iob os suū.** Nō scribitur hoc ad excludendum locutionem clauso ore: sed ad manifestandum ꝙ nō ex passione tristitiæ & doloris sed ex deliberatione mentis incœpit loqui. **& maledixit diei suo.** Libera hinc tollitur facultas interpretandi subiūcta uerba iob, ex hoc ꝙ author scripturæ spiritus sanctus testať ꝙ per subiūcta uerba iob maledixit diei suo:

hoc est

hoc est tempori uitæ suæ. Genuinus itaq; sensus huius capituli manifestatur maledictio temporis uitæ ipsius iob. Et quoniam iob non peccauit in huiusmodi maledictione, oportet intelligere subiuncta uerba & sine peccato iobis & cum maledictione temporis uitæ suæ. Quod enim iob in hac maledictione non peccauerit, etiam naturalis ratio exigit. nam qui tam patienter gratias egerat deo amissis opibus & filijs / quiq; percussus in propria persona arguerat uxorem suadentem recessum a perseuerantia in uirtutum perfectione / & de quo subiunctum postea est in omnibus his non peccauit iob, quonam pacto post diuturnum silentium abduci potuit ad blasphemandum nemine incitante ipsum ad hoc? alienum siquidem a ratione naturali penitus est ut sic lapsus fuerit. Accedit ad hoc q; diabolus fuisset uoti compos si iob blasphemasset. & nequaq; patientia iobis afferretur in exemplum in epistola iacobi: nec inter eximios iustos apud ezechielem commemoraretur. Nec diuina sententia in ultimo huius libri capitulo uera esset / non estis locuti rectum sicut seruus meus iob: quia iob fuisset locutus obliquum plusq; quilibet amicorum: nullus enim blasphemauit sicut iob / si sermo subiunctus interpretatur blasphemia. ¶ Hereticorum itaq; calumniantium iobem posthabita temeritate, cum uniuersa christi ecclesia sentiendo iobem exemplum fuisse patientiæ non ad horam sed iugiter / studeamus ad intelligendum subiuncta maledictionis uerba absq; peccato ipsius iob. Non est autem difficile seruare utrunq; simul / apud intelligentes q; possum absq; peccato ex rationis deliberatione detestari uitam meam quatenus malam. Et est sermo de malo pœnæ. malum enim pœnæ quum sit malum / suapte natura detestabile est: ac per hoc uendicat sibiipsi detestationem. & consequenter quum ego deliberate detestor illud, actus detestandi bonus est moraliter secundum suum genus: utpote habens pro obiecto consonam materiam. Nullum itaq; peccatum est maledicere tempori uitæ propriæ quatenus malum est / immo est actus moraliter bonus: utpote dans tempori malo quod ei debetur. Et hoc modo iob sanctus maledixit tempori uitæ propriæ quatenus malo / deliberate quidem non autem immoderate. Fuisset autem immoderata maledictio si usqueadeo detestatus fuisset tempus malum ut maluisset carere illo malo q; esse bonum annexum diuinæ prouidentiæ. quod se malle professus est iob / dicendo etiam bona suscepiemus ab elohim & mala non suscipiemus? ¶ Et aduerte prudens lector q; iob considerauit & locutus est de uita sua tam misera utroq; modo: hoc est & quatenus mala & quatenus talis effecta per diuinam prouidentiam. Nec prius locutus est de uita sua misera quatenus mala: sed pri

mum locutus est de illa quatenus sic disposita per diuinam fuit proui-dentiam, dicendo dominus dedit dominus abstulit/erit nomen domini benedictum. & rursus/bona suscipiemus de manu elohim & mala non su-scipiemus? postea uero locutus est de uita sua misera quatenus mala/& maledixit diei suo. Vtrunq; enim scriptura narrauit/ut ex primo intelli-geremus secundum. primus enim sermo fuit simpliciter & absolute conside-ratis omnibus: hic autem sermo est secundum quid/hoc est considerata uita sua secundum q; est mala duntaxat.

¶ **Et locutus est.** Iuxta hebræum habetur. **Et proposuit iob & dixit.** Nota uerbum proposuit: quoniam clauis est aperiens sen-sum uerborum iob in hoc capitulo. hinc enim habetur q; maledictio-nem uitæ suæ miseræ ex intentione proponit ut materiam disputatio-nis futuræ inter amicos & se: & propterea ut litera ipsa testatur/ma-ledictio uitæ suæ nec asseritur absolute nec innititur rationibus assertis, sed interrogando seu inquirendo propositis/ut discutiatur uera causa calamitatis eius. ¶ **Pereat dies in qua natus sum.** Non est præ-tereundum q; hieronymus dicit ab hoc loco metrice scriptum esse iobem apud hebræos usq; ad ultimi capituli partem/ubi dicitur idcirco re-præhendo me. quoniam & sermo mutilus metro tribuendus quandoq; est: & modus loquendi multiplicando loca ad idem/familiaris poetice scribentibus est/qui in hoc principio ualde apparet: dum detestatur iob uitam suam multiplicando loca a temporibus concæptionis & natiui-tatis/ab uberibus matris &c. Et hebraice habetur. **Peribit dies natus ero in illo.** habent enim hebræi futurum duntaxat indica-tiui, & illo utuntur pro quocunq; futuro: & propterea scribitur peri-bit pro pereat. Quod autem dicitur natus ero/phrasi tribuendum est hebraicæ, describenti id quod consequens est per tempus futurum. ad significandum enim natiuitatem suam post inchoatam claritatem diei/dicit natus ero relatiue ad præcedentem ortum solis. ¶ Et scito q; iob proponit uitam suam malam dupliciter. Primo ut materiam tristi-tiæ: secundo ut occasionem timoris/ibi quare misero data est lux &c.

¶ Sed occurrit quæstio/quo pacto potuit cupere iob impossibile: dies enim natiuitatis eius iam transierat/& impossibile erat tempore huius sermo-nis ut periret. & tantam ingerit difficultatem hæc quæstio/ut deducat ad dicendum q; cupido hæc fuerit uel desipientis uel desperati. So-lutio est q; ut in tertio dicitur æthicorum/habemus in nobis quen-dam uoluntatis actum qui ab aristotele appellatur uoluntas qui est impossibilium. Et per hoc differt ab electione. electio enim non est

nisi

nisi possibilium:uoluntas aũt ẽ impossibiliũ. Et nos talem uoluntatis actũ consueuimus appellare uelleitatem:quia tendit ad id quod potius uellemus q̃ uolumus. non.n.uoluntate deliberata sed uelleitate quadam uellemus nunq̃ mori/quod est impossibile. hoc itaq; uoluntatis actu(quem uelleitatem uocamus) usus est iob dicendo pereat dies natiuitatis meæ. Vsus ẽ autem hac uelleitate sciens & prudens absq; peccato/quemadmodum utimur actu oculi ad uidendum album quando sicut & ubi decet, seruatis siquidẽ omnibus circũstantiis rectæ rationis usus ẽ uelleitate respectu sui obiecti impossibilis, ad manifestandum internam tristitiam de miseria suæ uitæ/esse humano animo naturalem ac rationabilem. Vnde patet q̃ nec desipuisse nec desperasse iobẽ/hæc uerba ꝑprie intellecta insinuãt. Et tu prudens lector applica hæc quæ diximus ad sequentia concupita impossibilia: quoniam una & eadem ratione hæc omnia uolita sunt/non uoluntate deliberata sed uelleitate. & ut prius dictum est quatenus mala:hoc est quatenus initia mali quo affecta est uita ipsius iob. **et nox in qua dictum est cõceptus est homo.** Iuxta hebræum habetur. **et nox dixit/grauidauit vir.** Locutio attribuitur nocti/non q̃ nox loquatur:sed poetico more ad significandum noctem quasi testem concubitus quo uir grauidat uxorẽ. Et dictio interpretata uir/non sonat uirum qualemcunq; sed uirum uirilem, consonat.n. actioni grauidandi ad producẽdum masculum fortitudo naturalis uiri:debile.n. semen parit fœminam. Et est sermo mutilus & nox dixit:hoc est & nox quæ dixit.

¶ **Dies illa uertatur in tenebras.** Iuxta hebræum habetur. **Dies ille erit obscuritas.** Sufficiat iam dixisse q̃ futurum indicatiui in uniuersa hac uelleitate ponitur pro futuro optatiui. imprecatur.n.q̃ dies ille sit obscurus quemadmodum nox est obscura. **non requirat eum deus desuper.** Dictio interpretata deus/est eloha:quo nomine nunq̃ dicit̃ usus moyses nisi in cãtico deute. 32. significat autem iudicem in numero singulari. Et quia in hoc libro pluries utitur hoc nomine, coniectura habet̃ q̃ causa metri huius nominis usus introductus est. Et est imprecationis huius sensus q̃ dies ille sit indignus requisitione diuina qua deus iudex singulos discutit dies/tanq̃ inquirens quid in eis gestum sit. **et non illustretur lumine.** Iuxta hebræum habetur. **et non lucebit super eum lux.** Nõ sat fuit imprecari q̃ dies ille sit obscurus similis nocti:sed addidit q̃ nec lux aliqua luceat super eum/ut quandoq; apparet etiam in obscura nocte aliqua stella. ¶ **Obscurent eum tenebre & vmbra mortis.** Iuxta hebræũ habetur. **Polluent eum obscuritas & vmbra mortis.** Et statim subiungit̃. **habitabit super eum nubes.** Loco cuius in uulgata æditiõe habetur occupet eum caligo. oportuit.n. hæc simul iungere/ut sensus literæ sit planior. imprecatur enim q̃ apponatur obscuritas quæ causatur ex nubibus/ita ut sordescat dies ille ex uehementia obscuritatis et ũbra mortis:hoc est fulminibus præ se ferentibus mortẽ sicut umbra corpus. **et inuoluatur amaritudine.** Iuxta hebræũ habetur. **terrebunt eum sicut estus diei.** Et est sermo de uehemẽtibus æstibus. Imprecat̃ demũ ut dies ille tanto abũdet æstu diurno ut terreat̃/timẽs exuri.

¶ Noctẽ illã tenebrosus turbo possideat. Iuxta hebræum habet᷑. Nox
illa/tollet eam caligo. Proposuerat maledictionem diei natiuitatis & noctis
cõceptionis suæ,& prosecutus prius est spectantia ad diem:& consequenter pro
sequitur spectantia ad noctem,resumendo lugẽtium more nox illa/ oratione im-
perfecta:tanq̃ significans quid dicam de nocte illa?Et subiungit/tollet eam cali-
go:tanta vꝫ sit caligo ut tollat eam quo ad usum. non computetur in die-
bus anni. Iuxta hebreum hꝫ. non segregabitur in diebus anni. hoc est
quũ cõmemorant᷑ dies anni/& gesta per singulas noctes segregant᷑ a gestis per sin
gulos dies,non segregetur nox illa/indigna sit huiusmodi segregatione in memoria
hominum. nec numeretur in mensibus. Iuxta hebraũ habetur. in nume
rum mensium lune non veniet. Quia luna maxime apparet in nocte / &
noctes præcipue conferunt ad supputandum dies mensis lunaris,imprecatur no-
cti illi ut non supputetur inter noctes testes mensis lunaris,ad differentiam autem
mensium fixorũ (quibus modo utimur) dicitur mensium lunæ:menses.n.lunares
non sunt fixi/sed incipiunt cum noua luna. ¶ Sit nox illa solitaria. Iuxta
hebræum habetur. Ecce nox illa/erit solitaria. Duæ orationes sunt. altera
ecce nox illa:altera erit sola,languentis sunt uerba/demonstrãtis meritum noctis
illius,et imprecat᷑ illi solitudinem:ut vꝫ destituta sit ab omni conuentu conuiua
rum & huiusmodi, nec laude digna. Iuxta hebræum habet᷑. nõ veniet cã-
tilena in ea. Nocturno.n.tempore soliti sunt iuuenes & in cõuiuiis & per uicos
ciuitatis cantare. ¶ Maledicant ei qui maledicunt diei. Imprecat᷑ nocti
illi/ut etiam ab horrentibus diem artificialem (ac per hoc cupientibus ꝙ nox nũ-
q̃ finiretur) maledicat᷑. qui parati sunt suscitare liu'iathã. Iuxta hebraũ
habetur. quia sunt parati suscitare luctum suum. Ratio redditur quare
maledicunt diei:quia vꝫ parati sunt ad suscitandum luctum proprium adueniẽ
te die. nocte enim quiescentes a luctu/renouant luctum illucescente die:& propter
ea maledicunt diei/horrentes diem propter luctum. Consuetudo (ut reor) tangit᷑
antiqua lugentium mortuos multis diebus/qui nocte quiescebant. ¶ Obtene
brentur stelle caligine eius. Iuxta hebræum habetur. Obscurẽtur stel-
le crepusculi eius. Sentẽtia est clara. expectet lucem ⁊ non videat. Iux
ta hebræum habetur. sperabit lucem ⁊ non. subauditur erit. Priuatiõem stel-
larum crepusculi tam uespertini q̃ matutini prius imprecatus est:modo autẽ pri-
uationem omnis lucis. nec ortum surgentis aurore. Iuxta hebræum habe-
tur. et non videbit palpebras aurore. Metaphorice prima initia auroræ
appellant᷑ palpebræ auroræ/tanq̃ partim tegentia & partim mõstrantia aurorã.
ut.n.penitus nox illa priuata sit lumine/imprecatur ut nec uideat palpebras tegẽ
tes auroram. ¶ Quia non conclusit ostia ventris qui portauit me.
Sentẽtia recte redditur:quanuis hebraice breuius scribat᷑. ventris mei. Quod
autem subditur. nec abstulit mala ab oculis meis. iuxta hebræum habe-
tur. et abscondit laborem ab oculis meis. Duas præmissæ maledi-
ctionis causas assignat, alteram quia non conclusit ostia uentris mei. Et di-

cit mei/ad differentiam eiusdemmet materni uentris uehentis fratrem aut sororem suam. non enim imprecatur conclusionem uentris grauidi alia prole/sed seipso dum taxat:& propterea dicit uentris mei,quia non conclusit prohibendo meam natiuitatẽ/ quia non abstulit mihi uitam in utero manenti uel ex utero egredienti. Alterã quia abs scõdit laborẽ ab oculis meis.cõditiõis hũanæ ẽ q ego nõ præuideã futura mihi mala/ sed futur⁹ labor ĩ piculis occursuris latet me:& ppterea dicit & abscõdit laborẽ ab o culis meis. Siste parũ prudẽs lector/& recole quod diximus:ve3 q iob detestabilem proponit uitã suã primũ ut materiam tristitiæ/& deinde ut materiam timoris:propter ea .n. assignat modo duas istas causas maledictionis præmissæ. prima siquidem spe ctat ad uitam suam ut tristem:secunda uero ad uitam suam ut terribilem. Et utranq diffuse ptosequitur separatim:ut patebit exponendo literam. Et per has causas mani festat iob q non maledicebat tempora illa absolute/sed quatenus mala:hoc est tristitiæ & timoris initia. Nec obliuiscaris uelleitate simili imprecari sibiipsi mortem in mater no utero:ita q præfert mortem in utero suam uitæ quam expertus est.

Quare non in vulua mortuus sum? Iuxta hebræum habet. Quare nõ de vulua moriar? Futurum moriar dicitur relatiue ad conceptum præteritum in uulua:hoc est in matrice.& est sensus quare postq̃ cõceptus fui/non est secuta mors? Aduerte hic diligentissime prudẽs lector,q ab hoc loco incipit iob manifestare quo sensu proponat uitam suam abominabilem/quaue intentione præferat mortem in ute ro propriam uitæ suæ præsenti.manifestat siquidem uelleitatem suam non prodire ex asserta ratione/sed proponere illam ex ratione inquisitiua.ideo enim mortem olim su am quam per modum asserentis uidebatur præposuisse uitæ quum dixit quia nõ con clusit ostia uentris mei,modo prosequendo illam particulam/resumit inquirendo qua re non ex uulua moriar?ut intelligeremus q nec ex parte uoluntatis nec ex parte intel lectus/deliberate præfert mortem in utero uitæ suæ,sed ex parte rationis/ admirãdo & inquirendo discurrit:ac per hoc ex parte uoluntatis uelleitas quædam impossibilium proposita intelligitur.& propterea uniuersus sequens pgressus inquisitiuus est:ut ipsæ propositiones interrogatoriæ testantur. quare egressus ex vtero non statim perij? Sententia recte redditur: breuius tamen hebraice scribitur. ex vtero exiui & desinam. Et est sensus quare non ex utero exiui & secuta est mors?futurum.n.desinã/ dicitur relatiue ad præteritum exiui. Et aduerte q quia maledixerat tum noctẽ con cæptiõis tum diem natiuitatis suæ,ideo prosequendo dixit quare non ex uulua mori ar/& hoc quo ad noctem cõcæptionis:& adiunxit ex utero exiui & desinã/& hoc quo ad diem natiuitatis. Quare exceptus genibus? Sententia recte redditur:quã uis hebraice habeat. Quare preuenerunt me genua? Mulierum sustentãtium infantem in finibus suis/naturalis quodammodo lectus infantis coxæ sunt mulieris: quæ quia ad genua terminantur/a genibus nominantur. Et dicit præuenerunt/quia ue re præueniunt infantis uires ad sustentandum seipsum. cur lactatus vberi bus? Iuxta hebræum habetur. et que vbera q lactabor? Et subauditur repeti uerbum præuenerunt. est enim sensus/& quare præuenerunt me ubera ad lactandum me?futurum enim lactabor/ponitur relatiue ad præteritum præuenerunt. Et iun

gitur relatiuum quæ dicêdo & quæ ubera q lactabor : ad differentiam uberum modi- ci lactis insufficientium ad lactandum infantem.

¶ Nūc.n.dormiês silerē: & somno meo requiescerē. Cū regib9 & cōsulibus terre: qui edificant sibi solitudines. Iuxta hebraū hr. Quia nūc iacui & quiescam: dormiui/ tunc requies erit mihi. Cum regibus & consulibus terre: edificantibus solitudines sibi. Futurum quiescam/ refertur ad præteritum iacui: & similiter futurum requies erit/ refertur ad præteritum dormiui. assimilat enim se si prius mortuus fuisset/ iacenti sic q quiescit: ad differentiam iacētium in- quiete. et similiter assimilat se olim mortuum dormienti cum quiete/ ad differētiam dormientium cum molestia. Et hæc est ratio præferendi mortem olim suam uitæ suæ miseræ: quia uel nunc (hoc est tēpore istius calamitatis) fuissem in loco quietis. hæc est ratio inquirendi quare nō præferenda sit mors mea in utero/ huic uitæ miseræ. Et ad augmentum rationis adiungit societatem cum qua quiesceret / dicendo cum regibus & cōsulibus terre. erat enim ipse iob ex genere regio: & propterea pares cū paribus sociādo, dicit cum regibus & consulibus terræ/ proculdubio defunctis. Quod autem subdit ædificantibus solitudines sibi/ de qualibus regibus & consulibus loquitur demonstrat: uel de regibus & consulibus terræ talibus q ędificantes solitudines sibi/ mortui sunt: hoc est deitiis abundantes/ hinc migrauerunt. ædificare enim solitudines est fabricare domos pro solatio uenationum in locis desertis. Et describuntur defuncti ædificantes in præsenti tempore (cuum debuisset dici ædificauerunt) ad insinuandum perseuerantiam in delitiis in tota uita eorum. Dicit itaq iob q si mortuus olim fuisset / quieuisset adiunctus regibus & consulibus qui hanc uitam olim in delitiis duxerunt: quod apparet longe melius q̄ subiectū esse tantæ calamitati. ¶ Aut cum principibus qui possident aurum: & implent domos suas argento. hoc est uasis argenteis. Disiunctiue societatem cum defunctis suam significat: uel cum regibus qui delitiis uacauerunt uel cum principibus qui diuitias accumularunt. Et simili ratione non dicitur impleuerunt seu possederunt/ sed possident & implent: ad insinuandum q perseuerantes in diuitiis migrarunt hinc. ¶ Aut sicut abortiuū absconditum nō subsisterem. Concordat hebraicæ literæ: nisi q scribitur in futuro non ero/ quod in uulgata æditiōe dicitur non subsisterem. Et futurum non ero/ refertur ad præteritum absconditum. Tertia ac ultima est hæc pars disiunctiuæ: q socius siquidem nunc esset uel regum uel principum uel abortiuorum dicit. Et quia abortiui sunt quasi non fuerint in hac uita, ideo dicit non ero. Et ad declarandum de quibus abortiuis loquitur/ subiungit absq nota disiunctionis iuxta hebraicum textum. sicut infantes non uiderūt lucem. Appositiua manifeste est constructio literæ: excludens tam fœtum inanimatum (dicendo sicut infantes) q̄ abortiuum quod ortum aliquandiu uixit/ dicēdo non uiderunt lucem. subauditur enim relatiuum qui. ¶ Aduerte primo q iob in uerbis istis præsupponit immortalitatem animarum humanarum. nisi enim immortales animas præsupponeret, nequaq̄ dixisset de seipso olim mortuo quia modo iacuissem & quiescerem/ dormissem & esset mihi requies. & rursus nisi animas regum & principū īmortales præsuppōeret, nequaq̄ assereret q in societate illoꝝ iā esset si olim mortuus

fuisset.cum illis enim qui non sunt nullus quiescit/nullus fit socius. ¶ Aduerte secundo q̄ disiunctiua trimembris(vez cum regibus/uel cum principibus/uel sicut abortiuum abscōditum)insinuat diuersos ordines animarum defunctorum tanq̄ diuersas societates seu collegia.nisi enim huiusmodi diuersitatem iob præsupponeret, nequaq̄ scriberet se si mortuus olim fuisset/sociari uel delicatis uel diuitibus uł abortiuis. ¶ Aduerte tertio q̄ quia iob imprecatus fuerat sibiipsi mortem uel in utero uel egresso ex utero antequā lactaretur,ideo relatiue ad mortem in utero dicit uel sicut abortiuum absconditū: relatiue autem ad mortem post egressum ex utero/dicit uel cum regibus delicatis uel cum principibus diuitibus.sub dubio enim relinquit an cum regibus delicatis an cum principibus diuitibus quietem sortitus esset:natus siquidem erat regius infans delicat⁹ & princeps diues. ¶ Sed occurrit non dissimulanda quæstio:quonam pacto uerificātur hæc uerba iob q̄ reges & principes post hanc uitā quiescunt quemadmodū animæ in fantum qui nullum actuale peccatum commiserunt.clare enim dicit q̄ si infans mortuus fuisset/quiesceret et modo cum regibus qui in delitijs uixerunt uel cum principibus qui impleuerunt domos suas argento.iob siquidem fidelis erat/& nouerat pœnas animarum in alia uita.Solutio est q̄ iob loquitur de animabus defunctorum secundū statum naturæ.nec mentitur:quemadmodum enim in præsenti uita dupliciter loquimur de anima hominis(uel secundum id quod est naturæ uel secundum id quod est gratiæ diuinæ)ita de animabus defunctorum duplex potest esse sermo:uel secundum earum duntaxat naturalia / uel secundum adiunctam diuinæ prouidentiæ dispositionem ad pœnam uel præmium. Nec mentitus est iob dicens quiescere animas regum & principum spectando ad id quod est naturæ duntaxat:hoc est seclusa consideratione diuini ordinis secundum pœnas uel præmia animarum:quemadmodum non mentitur mathematicus dicens circulum non esse calidum uel frigidum lucidum aut obscurum, quanuis nullus inueniatur circulus absq̄ aliqua harum qualitatum.abstrahentes.n.non mentiuntur:ut scribitur in.2.physi.iob itaq̄ uerba ista uerificantur/abstrahendo ab ordine pœnarum superaddito naturæ a prouidentia diuina.

¶ Ibi impii cessauerunt a tumultu. Iuxta hebræum habet. Ibi impii prohibuerūt iram. Dixerat q̄ nunc quiesceret cum regibus uel principibus:& propterea manifestat quietem animarum in alia uita communem esse omnibus.& inchoat ab impiis/dicendo q̄ ibi non inuenitur ira impiorum. Et p hoc manifestatur quies/ tum ipsorum impiorum ab inferendo alijs iniuriam,tum aliorum a patiendo iram impiorū. et ibi requieuerunt fessi robore. Iuxta hebræum habetur. & ibi requiescēt laboriosi robore. Labor corporeus significatur per adiunctum robur : & requies a laboribus corporeis ibi(hoc est in alia uita) describitur. ¶ Et quondam vincti pariter sine molestia:non audierunt vocem exactoris. Iuxta hebræum habetur. Pariter captiui qescent:non audierūt vocē oppressoris. Siue captiuos siue carcere detentos intelligas / sensus in idem redit. requies enim eorum in alia uita describitur/tum a passione uinculorum & carceris/tum a uoce oppressoris uexantis eos in hac uita. ¶ Paruus & magnus ibi sunt:& seruus liber a domino suo. hoc est paruus & magnus ibi sunt absq̄ disparitate magnitudinis & paruitatis quæ in hac uita inter eos fuerat.quod manifestat per hoc q̄ seruus est ibi liber a

dominis suis/omnibus quos in hac uita habuerat. Et p hæc omnia manifestat iob quie
tem esse communem animabus omnium defunctorum:& propterea merito dixisse q
si olim mortuus fuisset/nūc quiesceret cum animabus defunctorum. Et hic terminatur
tractatus detestandi uitam propriam quatenus materiam tristitiæ.

¶ Quare misero data ē lux: & vita iis qui in amaritudine anime sūt?
Iuxta hebræum habet. Quare dabit laborioso lucem: & vitas amaris ani
mo? Dixerat superius de tempore cōceptionis & natiuitatis suæ/quia abscondit labo
rem ab oculis meis: prosequitur modo illam rationem/proponendo uitam suam dete-
stabilem ratione annexi timoris. Et quia timor iob cōsurgebat ex duabus simul iunctis
causis (vz ex solicitudine incerta/& ex experta animi amaritudine tam magna) ideo
coniunctim proponit duo:& laborem solicitudinis internæ/& amaritudinē animi ue-
hementem. ex uehemēti siquidem interna animi amaritudine quam in se senserat ex re-
pentinis afflictionibus & doloribus/solicito laborabat timore ne repentinum aliquod
aliud superueniret sibi grande malum,& passio tam magna interna insurgeret ut per-
turbaret rationem & a recto deflecteret ad impatientiam & desperationem. Hic solici-
tus timor appellatur labor: quia uere est labor/non corporis sed mentis, conferentis pro
priam animi fragilitatem dispositionemq; suam præsentem cum periculo quod pos-
set superuenire. Et propterea inquirendo proponit. quare tempus conceptionis ac na-
tiuitatis dabit/hoc est perseuerabit dando, laborioso/secundum mentem (solicite timen
do ne obuoluatur ratio) lucem/præsentis uitæ qua non uidet nisi præsentia & uitā præ
sentem, amaris animo/quibus uita exosa est? ¶ Et aduerte q loquitur de seipso in ter-
tia persona/& mutando singulare in plurale: ad insinuandum q loquitur de seipso labo
rante tali timore ex amaritudine animi/& sibi similibus: huiusmodi enim timor sæpe
communis est uiris iustis in amaritudine constitutis.

¶ Qui expectant mortem & nō venit. Sensus recte redditur. quamuis hebrai-
ce postrema uerba sint. & non ipsa. subauditur est. Proposuerat duo cōiunctim: vz
laboriosum & amaros animo. declarareq; intendens utrunq;/incipit a posteriore: mani
festando q non loquitur de amaris animo qualitercunq;/sed tam uehemēter q cupiūt
mori & non moriunt. quasi effodientes thesaurum. Iuxta hebræum habetur. &
cauabunt eam plusq̃ abscondita. Assimilat prædictos fodientibus ter-
ram ad inueniendum thesauros absconditos. comparat autem non similitudine æqua-
li sed excessiua/ dicendo q cauabunt mortem auidius q̃ cauantes absconditos thesau
ros. ¶ Gaudentq; vehementer cum inuenerint sepulchrum. Iuxta he-
bræum habetur. Gaudētes gaudio, gaudebunt q inuenient sepulchrū.
Describit cauantes thesaurū de quibus loquitur: illos vz qui magno exultant gaudio
inter cauandum q uident iam signa sepulchri quæsiti/eo q tunc inuenient sepulchrum
in quo est thesaurus. aiunt enim antiquos principes sepultos fuisse cum thesauris. Et
hæc omnia dixit ad manifestandum q loquit de amaris animo magis affectis ad mor
tem q̃ illi ad thesaurum. ¶ Viro cuius abscondita est via. Iuxta hebræum ha
betur. Viro cui via sua abscondita fuit. Declaratis amaris animo quos pro-
posuerat, declarat consequenter laboriosum quem simul proposuerat. Et quia in datiz
uo casu proposuerat dicendo quare dabit laborioso lucem, ideo ut clarus quoq; esset

ordo literæ prosequit in casu datiuo dicendo uiro cui uia sua fuit abscondita, acsi apertius dixisset/loquor de laborioso uiro cui uia sua fuit abscondita. causam siquidem tangit laboris solicite timentis/dicens cui uia sua fuit abscondita. quemadmodum enim uiatores nescientes qualiter disposita est uia/timent occursus periculorum, ita uir iustus repentinas amaritudines expertus/quia nescit quid in uia uitæ suæ superuenturum sibi est/solicito laborat timore ne multiplicetur mala. **& circundedit eum dominus tenebris.** Iuxta hebræum habetur. **& texit eloha per eum.** De quali abscõsione uiæ uitæ præsentis loquitur manifestat/dicendo & texit eloha per illum. ac si apertius dixisset non dico uiam absconditam propter aliqua tegmina adiecta extrinsecus, sed ideo absconditam quia deus iudex & gubernator omnium operuit uiã per ipsummet hominem. Quod uerificatur ad literam ratione naturæ: quia homo suapte natura inscius est uiæ suæ/futurorumq; sibi euentuum.

¶ **Antequã comedam suspiro: & quasi inundantes aque sic rugitus meus.** Iuxta hebræũ habet. **Quia ante panem meum/suspirium veniet: & aduenerunt sicut aque clamores mei.** Rationem reddit quare proposuerit ut detestabilem prorogationem uitæ laboriosi & amarorum animo, utens coniunctione quia/dicendo quia ante panem meum, acsi apertius dixisset/ideo hæc proposui quia pertinent ad me. Et quoniam duo proposuerat (uez amaritudinem animi & laborẽ timoris) ideo ambo sibiipsi applicat/inchoando ab amaritudine animi tam magna quod etiam sumpturus cibum præueniebatur multitudine suspiriorum & clamorum quemadmodum aduenientium aquarum quæ sese impellunt. Frequentia. n. clamorum tanquam carens quiete media describitur ex metaphora aduenientium aquarum quum præcipites ruunt ex altioribus locis. ¶ **Quia timor quem timebã euenit mihi: & quod verebar accidit.** Iuxta hebræũ habet. **Quia timore timui & venit mihi: & qđ timui veniet mihi.** Applicat sibiipsi alterũ quod proposuerat: uez laborẽ solliciti timoris/dicẽdo quia timore timui & uenit mihi: hoc est antequam calamitatẽ hanc incurrerem/timore timui & superuenit mihi calamitas. Et citat pristinũ suũ timorẽ propter duo, tum ad mõstrãdũ rationabile esse quod imputet calamitatẽ suam naturalibus initijs uitæ suæ: & hoc ad excludendum quod uita sua scelesta fuerit causa tanti sui mali, tum præcipue ad manifestandum rationi cõsentaneum esse timorem suum post ruinam ne multiplicentur mala urgentia ad impatientiam & desperationem. ex eo. n. quod in prosperitate olim constitutus uixit non securus sed timens casum & euenit casus, consequens fuit ut ad calamitatẽ deductus timeret ne peiora sequerentur. Et propterea subdit & quod timui ueniet mihi: hoc est & etiam quod post ruinam timui (uidelicet occursum causarum ducentium me ad impatientiam) ueniet mihi. Non assertiue sed argumento consentaneo illis quæ præcesserunt/infert & quod timui ueniet mihi: significans per hoc rationabilem esse hunc suũ timorẽ, more siquidem ualde timentiũ præsagit fore qđ timet.

¶ **Nonne dissimulaui/nonne silui/nonne quieui: & venit super me indignatio?** Iuxta hebræum longe aliter habetur. **Non pacificaui & non quieui & non requieui: & venit ira.** Manifestat rationabilitatẽ præsentis timoris ex qualitate timoris in semetipso tãequam pateretur hæc mala. dixerat enim quia timore timui & euenit mihi: declarat modo tum qualis fuerit timor suus pristinus, dicendo non pacifi-

caui animum meum semper solicitus:nec solum priuaui animum meum tranquillitate
pacis sed etiam quiete & requie præ magnitudine timoris.& priuatio quidem pacis re
fertur ad internam solicitudinem/quietis uero ad opera:& est sensus q non quicuit ab
operibus bonis auertentibus iram dei. priuatio uero requiei indefessam prosecutioné
bonorum operum insinuat. Tum quid uenit,dicendo & uenit ira/ pculdubio dei. Ita q
proponit q non obstantibus prædictis/deus tanq iratus afflixit eum.

CAPVT .IIII.

RÆspondit autem eliphaz themanites. Hactenus proposuit iob materiam disputabilem:& propterea amici eius qui nõ ausi fuerant prius loqui/prouocati ab ipso iob proponente uitam suam detestabilé post tantum timorem refertum operibus bonis indefesse,respondere dicuntur/procuIdubio ad pposita a iob. & dixit. Si ceperimus loqui tibi/forsitan moleste accipies. Iuxta hebreum habet. Num tentauit verbum te/ lassesces?
Et est sensus nunquid tentatus tu uerbo/in lassitudinem incurres?& dixit hoc/quia tentare intendebat ipsum examinando dicta eius. Et quanuis interrogatiue loquat/affirmationem tamen intendit:vz q uerbo tentatus lassescet:hoc est more lassescentis suscipiet sermonem exosum. sed conceptum sermonem tenere quis poterit?
Iuxta hebræum habetur. & retinere in verbis quis poterit? hoc est & in uerbis a te propositis quis poterit continere se a locutione? Intendit itaq q quanuis exosum iobi futurum sermonem cognoscat,nõ potest tamen tacere/quia proposita a iobe non permittunt silentium.

¶ Ecce docuisti multos. Iuxta hebræum habet. Ecce castigasti multos.
Post procemium incipit eliphaz examinãdo uerba iob arguere ipsum:& quia iob proposuerat se non quicuisse ab operibus bonis, ideo primum argumentũ aduersus iobé assumit ex operibus bonis ipsius iob ad exaggerandum lassitudinem & pauorem eiusdem. multo enim indecentius est uirum magnorum operum ruere in tedium huius uitæ & timiditatem animi q hominem gregariũ incurrere has animi ptur batiões. ¶ Vbi & aduerte q eliphaz duo simul officia facit commemorando bona opera iob.s.unam & affirmat iobem multa bona opera fecisse/& utitur illis ad exaggerandũ culpam nouã.
¶ Quattuor autem bonorum operum genera sed omnia erga alios cõmemorat fecisse iobem. Quorum primum est ecce castigasti multos. Dictio interpretata castigasti,est illamet quæ habetur prouer.3.interpretata corripit quum dicit quem diligit deus corripit/& ab alijs interpretata increpat. Castigatio ergo uel uerbo uel uerbere significat:
pater enim & princeps iob utroq modo castigauerat multos/ put opus fuerat. & manus laxas roborasti. Hebraice scribitur in futuro roborabis. ¶ Vacillantes confirmauerunt sermones tui. Iuxta hebræum habetur. Cespitantem erigent sermones tui. Et immediate subiungitur. & genua incuruata roborabis. Significantur autem hæc tria opera uerbis futuri temporis/relatiue ad primum significatum in præterito ecce castigasti multos. Acsi apertius dictum fuisset. a tempore quo gubernasti castigando multos,perseuerasti roborando manus laxas(hoc est remissas)& erigendo cespitantes & roborando genua incuruata. Et istis tribus metaphoris comprahendunt tria genera indigentium opitulante.per manus enim remissas signi

ficantur operantes tepide seu debiliter:per cespitantes autem bene operantes, sed oc/cursu aliquo extrinseco quasi cadentes impingendo:per incuruata demum genua/insi nuatur illi quorũ fortitudo succumbit magnitudini oneris uel laboris. Commemoratur ergo ꝙ iob omnibus opem tulerit uerbis uel factis. ¶ Nunc autẽ venit super te plaga & defecisti: tetigit te & conturbatus es. Iuxta hebræum habetur. Quia nunc veniet ad te & lassatus es: tanget vsqȝ te & territus es. Duas passiones animi incurrisse iobẽ/ex propriis ipsius uerbis perpẽdit eliphaz. alte/ram lassitudinis respectu uitæ propriæ:hoc est ꝙ erat tam fatigatus proprio uiuere ut tanꝗ lassus non posset sustinere uitam suam. Et hanc animi lassitudinem hauserat ex uerbis iobis detestantibus propriam uitam usqꝫadeo ut præferrent mortem uitæ. Et quia hæc lassitudo animi repræhensibilis proculdubio est (est enim uitium quod philo sophi appellant mollicies animi) ideo eliphaz putans iobem incurrisse hanc animi las/situdinem quam uerba prima fronte sonabant/repræhendit iobem ꝙ alios conforta/uerit & ipse mollis sit, dicendo & nunc ueniet ad te & lassatus es. Futurum ueniet/relatiue ad præcedentia opera bona scribitur. Tacẽtur autẽ quod euenit & quo lassa/tus est/ tanꝗ manifestissima quæ subintelligi solent. ¶ Alterã timoris, quam ipsa quo/qꝫ uerba iobis manifestauerant. Verum utranqꝫ perturbationem animi interpretatus ẽ eliphaz in deteriorem partem. nam uelleitatem qua iob prætulit mortem uitæ/ iterpre tatus est lassitudinem animi:& timorem futuri euentus non explicati adhuc ab ipso io be/interpretatus est uitiũ timiditatis. Et futurum tanget/refertur similiter ad præteri/ta bona opera. Et dicit tanget usqꝫ te/acsi apertius dixisset. mala quæ aliis hominibus eueniunt, quia modo uenerunt usqꝫ ad te tangendo etiam personam tuam. ¶ Ubi ẽ timor tuus/fortitudo tua/ patientia tua & perfectio viarum tuarũ? Iuxta hebræum habetur. Nonne timor tuus fiducia tua: spes tua & perfe ctio viarum tuarum? Argumentum secũdum aduersus iobem assumit quoqꝫ ex uirtutibus iobis, interpretando uirtutes iobis fuisse non ueras uirtutes sed ad bonum utile ordinatas. Et quia iob dixerat se habuisse semper timorem & indefessa bona ope/ra, ideo eliphaz & timorem interpretatur in malam partem/dicendo nonne timor tu/us fiducia tua? subaudi fuit: hoc est timor dei apud te nõ fuit timor dei propter deum sed propter confidentiam: ut uez alij crederent te timere deum, & sic timor dei esset ti/bi fiducia uiuendi cum bona fama apud alios. ¶ Similiter quoqꝫ inuertit bona opera/subiungendo spes tua & perfectio uiarum tuarum? Metri enim causa transpositæ sunt particulæ: est enim ordo literæ & perfectio uiarum tuarum spes tua? Et est sensus non/ne & perfectio uiarum tuarum fuit non propter amorem honesti, sed quia in illis pone bas spem tuam/ad assequendum fauorem populi &c. Bona itaqꝫ opera iobis quæ eli phaz negare non poterat quæue affirmauerat, interpretatur in malam partem ꝙ non amore boni honesti sed boni utilis officia uirtutum exercuerit.

¶ Recordare obsecro te quis vnqȝ innocens periit. Dictio interpretata innocens, ab aliis interpretatur mundus. Probat falsas fuisse uirtutes iobis, ex hoc ꝙ si fuissent ueræ uirtutes nõ passus fuisset iob tantã calamitatẽ/qa nullus mũdus a scelere unꝗ periit. Et si obiiciatur de habel iusto qui occisus fuit a fratre. responderet eliphaz ꝙ ipse loquitur de plagis quas dat deus, & nõ de inflictis ab hominibus, iob enim per/

cussus a deo fuerat:testāte igne cœlesti/& uento qui concusserat domum filiorum / & plenitudine ulcerum in propria persona. **et ubi recti destructi fuerunt.** Argumentum a iustis seruatis in diluuio & similiter a iustis seruatis in subuersione sodomæ/ sumere potuit eliphaz. **Quin potius uidi eos qui operantur iniquitatē & seminant dolores & metunt eos.flāte deo perisse, & spiritu ire eius esse consumptos.** Iuxta hebræum habetur. **Sicut uidi aratores torti & seminatores iniqui:metent illud.a flatu eloha peribunt:& a spiritu nasi eius destruentur.** Manifestat eliphaz q de plagis diuinis loquitur/assignādo dissimilitudinem inter rectos & iniquos penes bona & mala huius mūdi. propterea enim subiungit sicut uidi aratores torti.sub metaphora siquidem seminantium arantium & metentium nominat iniquos:studium eorum significans per arare/& opera per seminare/& fructum per metere. Et subauditur præpositio ante.ita q sensus est anteq̄ metant illud/a flatu eloha peribunt. Hūc enim sensum præ se fert metaphora pereundi a flatu dei iudicis:quadrat enim ut iniqui assimilati arantibus & seminantibus iniquitatē/ac per hoc tanq̄ agros plenos culmis & spicis habētes, describantur ante messem a flatu dei tanq̄ a uento perire. Idem autem significatur flatu dei & spiritu nasi eius: nisi q differunt tanq̄ res & ratio rei. spiritus siquidem nasi dei iram dei significat / quæ est ratio flatus exurentis segetes:more.n.humano iram ex naso describit. Et per hæc manifeste asserit eliphaz aduersitates præsentis tēporis non dari a deo nisi peccatoribus: ac per hoc uirtutes iob nō fuisse ueras/sed iob propter peccata sua fuisse punitū. **Rugitus leonis & uox leene: & dentes catulorum leonum contriti sunt.** Iuxta hebræum habetur. **Rugitus leonis & uox leunculi: & dentes leunculorum euulsi fuerunt.** Aiunt hebræi multis nominibus nominari hic leōes:sed prima duntaxat uice significari leonem maiorem/ reliquis autem nominibus significari leones iuniores:diuersarum forte ætatum/& propterea secunda uice non leūculus paruulus sed iuuenis intelligi potest. Sed aduerte q sine uerbo aliquo remanent rugitus & uox/nisi euulsio ad hæc extendatur. **Tigris periit eo q non haberet predam: & catuli leonis dissipati sunt.** Iuxta hebræum habetur. **Leo perit a nō rapina: & filii leonis separabunt se.** Dictio interpretata rapina/non plene exprimitur per rapinam aut prædam: quoniam significat lupino more rapere. Et est sensus q leo perit quia deficit ei lupinum rapere. & propterea apte subiungitur q filii leōis separabunt se: utpote non prouisi a patre de esca. Has autem metaphoras de leonib9 iunioribus diuersarum ætatū & leone maiore / ꝓpter iob & filios eius attulit eliphaz: imputās eis leoninam rapacitatem/itaq; sub istis metaphoris dicit eos fuisse rapaces. Ubi prudens lector nota progressum. nam eliphaz primum affirmauit bona opera iobis erga alios/ad exaggerandum culpam nouam: deinde uirtutes iobis non fuisse ueras uirtutes interpretatus est:& demum manifesta uitia imputat ei & filiis eius, quia ēt filii perierant flante deo/ ex spiritu iræ eius concutiente domum in qua erant.

Porro ad me dictum est uerbum absconditum: & quasi furtiue suscepit auris mea uenas susurrii ei9. Iuxta hebræum habet. **Et mihi uerbum erit furtiuum: & suscepit auris mea modicum ex eo.** Postq̄ eliphaz arguit iobem tum de noua culpa lassitudinis & timiditatis/tum de falsis olim uirtuti-

bus/ tum de uitio rapacitatis,progreditur ad altiora argumenta ut cōuincat iobem ad agnoscēdum punitionem diuinam propter peccata ipsius. Et siue uere siue ficte (hoc est sub metaphora) narret reuelatiōem diuinam sibi factam,hebræo more prius discribitur res gesta q̄ modus quo res illa facta est. hoc enim (vez q uerbum furtiuum fuit ad eum/& q parum ex illo uerbo suscæpit auris eius) postremū fuit. uerbum.n.furto raptum ab ipso/insinuat & occultū mysterium & proprium studium ad quasi furandum huiusmodi secretum:parum autem ex ipso pcæpisse /fructum cōsecutum significat. ☞ In horrore visionis nocturne. Iuxta hebræum habetur. In cogitationibus ex visionibus noctis. Occupatio propria narratur:in quo vez occupabatur quādo furtiuum uerbum ad ipsum fuit.ait enim q occupabatur in cogitationibus non undecunq; procedentibus/sed ex uisionibus noctis:siue per uisiones noctis intelligat apparitiones in somnis/siue speculationes intelligibiles quibus homines nocturno studio uacant. quando solet sopor occupare homines. Tempus describiť quo habuit istam uisionem:vez nocte ea hora qua solent homines inchoare somnum. ☞ Pauor tenuit me & tremor: & multitudinem ossium meorum pauere fecit. Dispositio animi & corporis qua affectus est in hac reuelatione describitur:vez timoris in animo & tremoris in corpore/tam uehementis ut ad multitudinem ossium eius pauor pertingeret. ☞ Et cum spiritus me præsente transiret: inhorruerunt pili carnis mee. Iuxta hebræum habeť. Et spiritus super faciem meam trāsibit:horripilare faciet pilos carnis mee. Alius effectus huius uisionis in pilis describitur:q vez etiam pili eius inhorruerunt. Causa autem timoris tremitus & horripilationis/narratur spiritus transiens super faciem eius. apparuit siquidem ei spiritualis substātia in specie tamen corporea:alioquin non describeretur prius transiens & postea stans. Corporea autem non corporis crassi sed instar specierum apparentium in speculo, & ppterea nominatur spiritus:quoniam etiam ipsa similitudo corporea apparebat spiritualis & transiens coram eo,in situ tamen superiore relatiue ad faciem eius. Describitur autem transitus per tempus futurum/relatiue ad cogitationes in quibus dixit se occupari. ☞ Stetit quidam cuius non cognoscebā vultum. Iuxta hebræum habetur. Stabit & non agnoscam aspectū eius. Descripserat q spiritu transeunte timor tremor & horripilatio affecerūt eum :describit modo q stante spiritu non agnouit aspectum eius. Et describitur in futuro tam stare q̄ non agnoscere. stare quidem relatiue ad transitum:non agnoscere uero relatiue ad ipsum stare. imago corā oculis meis. Parui refert q hebraice habetur. imago e regione oculorum meorum. Duo declarat. alterum q spiritus apparuit in imagine:hoc est similitudine corporea/quemadmodum ut dictum est sunt imagines quæ resultant in speculo. erat.n.uisibilis corporeis oculis:alioquin nō diceretur e regione oculorum meorum. Alterum q ubi prius transierat imago hæc super faciem ipsius eliphaz/stetit postea e regione oculorum eius. et vocem quasi aure lenis audiui. Iuxta hebræum habetur.

submissam & vocem audiam. Metri cã transposita est coniunctio, nam ordo literæ est/& uocem submissam audiam. Et futurum audiam refertur ad stare similitudinem coram oculis eius, postq̃.n. stetit similitudo, allocuta est cũ uoce submissa/& ipse audiuit illam uocem.

¶ Nunquid homo dei comparatione iustificabitur: aut factore suo purior erit vir: Iuxta hebræum habetur. Num homo plus eloha iustificabit: num plus factore suo mundabit se vir: Ecce quid audiuit ex uoce illa submissa: uc3 q homo nõ est iustior deo gubernatore & iudice mũdi/nec est mundior deo qui fecit illum. Et intendit per hoc conuincere iobem qui dicebat se afflictũ a deo absq culpa sua, ex hoc enim sequeretur q homo esset iustior deo. Et patet sequela ex eo q homo iustus abstinet se ab afflictione inocentis: deus autem non abstineret se ab affligendo innocentem: & sic homo plus deo iustificaret/hoc est iustitiam faceret. Et hoc est primum quod scribitur / num homo plus eloha iustificabit: quod est impossibile: uc3 q homo plus faciat iustitiam q̃ eloha/hoc est iudex uniuersorum. Similem sententiã habes ex ore abrahã gen. 18. absit a te qui es omniũ iudex ut perdas iustum. ¶ Alterum autẽ manifestius impossibile subiungitur: uc3 q uir possit reddere se mundiorem deo qui est effector hominum, nam & hoc quoq ex eadem pullularet radice: quia si uir reddit se mundum a culpa affligendi innocentem/& deus affligit innocentem, sequeretur q homo redderet se mundiorem deo factore suo. Ex hac ergo sẽtẽtia sibi reuelata intendit eliphaz confutare iobem diuina authoritate ¶ Et scito q licet uerum dicat negando hominem esse iustiorem aut mundiorem deo: falso tamen subintelligit q si deus affligeret innocentem/ homo esset iustior deo. Et ratio est: quia deus nulli creaturæ est debitor/sed conseruat gratis quodlibet esse cuiuscũq hominis: ac per hoc potest sine cuiuscunq iniuria tollere ab homine innocẽte incolumi / patre filiorum ac diuite, esse diuitem/esse patrẽ/esse sanum: imo & tollere totum esse penitus / annihilando ipsum. & propterea argumentum eliphaz nihil ualet.

¶ Ecce q seruiunt ei, non sunt stabiles: & in ãgelis suis repperit prauitatem. Iuxta hebræum hr. Ecce in seruis suis non faciet firmitatem: & in angelis suis ponet stultitiam. Aduerte prudẽs lector q hæc cum uniuersis subiunctis in hoc capitulo, intelligo a spiritu illo stante dicta/ uocẽ submissa ad eliphaz. Ita q eliphaz narrat se audisse a uoce illa non solum prædicta uerba comparatiua hominis ad deum/sed etiam uerba hæc cum subiunctis in quibus fit comparatio hominum ad angelos: ut monstretur homo peccator non solum relatiue ad deum sed etiam relatiue ad ãgelos/quorum quoq natura est nobis occulta. ¶ Aduerte prudens lector q tam hæc de angelis q̃ subiuncta de hominibus/dicuntur de angelis & hominibus secundum eorum naturalia. ita q manifestatur primum natura angelorum/& deinde natura hominum. Duæ autem conditiones naturales angelorum manifestantur, prima est q deus non fecit eos firmos/quo ad uolũtatem: altera est q deus posuit in eis stultitiam/quo ad itellectũ. Et utraq uere asseritur: quĩ substantiæ spirituales omnes creatæ sunt a deo secun

dum

dum intellectum stultæ non actu sed potentia:hoc est q̄ deus non fecit in eis actualem imprudentiam/sed dedit eis intellectum qui posset deficere a prudentia agendi recte.& similiter non dedit deus illis uoluntatem firmam in bono/sed liberā ad bonū & malū. Et describunt̄ hæc uerbis futuri temporis relatiue ad deum/ad insinuandū q̄ deus creauit spirituales substantias nō ab æterno. Eædem autē spirituales substantiæ appellant̄ serui dei & angeli eius:qm̄ & uere sunt serui/& uere etiam sunt nuncij. ¶ Quāto magis ii qui habitant domos luteas. Iuxta hebræū hr̄. Etiam habitantes domos luteas. Et est sensus q̄ etiā habitantes domos luteas/habent ambas conditiones:vcȝ instabilitatem uoluntatis & imprudentiā intellectus. Appellat autem homines ratione animarum/habitantes corpora tanq̄ domos luteas,eo q̄ corpora nr̄a humana ex cōmixta terra cōstant. qui terrenum habent fundamentum. Iuxta hebræum hr̄. quorum in puluere fundamentum eorum. Si ad homines ratione corporum hoc refertur/uerum dicitur:quoniam etiam gen̄. 1. scriptū iuxta hebraicā ueritatem est q̄ fecit deus hominem de puluere terræ:& propterea corporis fundamentum appellatur puluis. Sed ut subiuncta testantur/eliphaz dicit hoc de homine absolute (hoc est & secundum animam & secundum corpus) q̄ fundamentum eius puluis est, docet enim q̄ etiam anima hominis in mixtione elementorum sustentatur, quēadmodum tenent omnes opinantes animam rationalem esse corruptibilem, & propterea significāter utit̄ noīe fundamēti sustentātis totū ædificiū:ad insinuandū q̄ totū qd' est hōis/fundatū ē sup puluere:hoc ē tenuissima terra ex qua fact⁹ ē hō. cōsumētur uelut a tinea. Iuxta hebræū hr̄. cōterēt eos in facie tineæ. Vt iā dix m⁹/naturales cōditiōes hōis intendit eliphaz manifestare:& incœpit ab animab⁹ eoꝝ habitantib⁹ domos luteas/hn̄tibus puluerē p̄ fundamēto:hæc.n. duo spectāt ad principia hōis. Et ꝑpterea ꝓsequr manifestādo ꝓgressum uitæ hōis scd'm intrinseca:& dicit q̄ elementa ex q̄bus cōstant hōies/cōterent ipos in facie (hoc ē in siītudine) tineæ. tinea siqdem ab intrinseco uestis genita cōsumit uestē:& siīter hō ab elemētis ex quib⁹ cōstat/paulatim cōterit̄. talis.n.ē ꝓgressus humanæ uitæ. Et quēadmodū ṗncipia hōis attulit ad declarandū animas hoīum esse inferiores āgelis,ita ꝓgressum uitæ hōis ab intrinseco pariētis sibiipi cōsumptionē/attulit ad insinuandū q̄ multaꝝ ægritudinū hōis cā nō ē pctm̄ hōis sed cōditio naturæ,in cui⁹ testimoniū subiūxit breuitatē uitæ hōis, quā ꝑspicuū est esse naturalē. Et dixit hoc ne q̄s intelligeret q̄ ipe eliphaz diceret ōe malū ēt ægritudines hominis/dari a deo propter peccatum hominis. intendit enim excipere mala naturalia/ægritudines/breuitatem uitæ & mortē.

¶ De mane vsq; ad vesperā succidētur. Iuxta hebræum hr̄. A māe usq; ad vesperā cōtūdent̄. breuissimū tēpus uitæ hōis significat̄ p̄ spatiū unius diei a mane ad uesperā. et qa nullus intelligit/in eternū peribūt. Hāc literā nullus mihi notus interpres hactenus reddidit iuxta hebraicam ueritatem:in qua habetur. a non ponere/ad semper peribunt. Sic iacet in hebræo/cum commate interiecto inter uerbum ponere & ad semper:ut manifeste intelligamus q̄ semper determinat uerbum peribunt. & manifestatis principiis progressu ac breuitate uitæ hominis/manifestat consequenter finem hominis. ¶ Vt autem percipiatur clare sensus huius clausulæ/considera q̄ quemadmodum ponere fert secum rem aliquam (quia nullus potest ponere nihilum) ita non ponere simpliciter & absolute dictum/æquipollet ad nihil po

C

nere.& ppterea sensus literæ est q hoies peribũt ad semp a nihil ponẽdo quũ moriũt. Si anima hominis reputata fuisset ab eliphaz immortalis,nequaq; dixisset homines a non ponere mori in æternum:qm̃ credidisset q homines moriendo ponunt animam / rem remanentem:sed ipse quia existimabat animam rationalem desinere simul cum homine,ideo dixit q homines moriendo nil ponunt.Et dixit hoc directe contra uerba iob quibus dixerat iob q si olim mortuus fuissem mõ requiescerem cum regibus & consulibus terre/ubi paruus & magnus &c.Et apte dicit q peribunt ad semper:contra sententiam iobis qui dixerat q mortuus fuisset ad requiem habendam cum regibus & consulibus &c. ¶ Qui autem reliqui fuerint/auferentur ex eis: morientur & non in sapientia. Iuxta hebræum habetur. Nonne motum fuit ligamen eorum in eis:morientur & non in scientia: Dictio interpretata ligamen / potest quoq; interpretari præstantia.Et appellatur aia rationalis quæ est in hoie/ ligamen uel præstantia.ligamen quidem quia continet partes corporis ad uitã:in cuius signũ quũ non est anima in corpore/partes corporis dissoluuntur.& propterea dr̃ ligamen eorũ quod est in eis / ad differentiam ligaminis extrinseci.præstantia uero/quia est id quo præstat homo cæteris animalibus.De anima itaq; rationali dicit q quia ipsa utpote ligamen corporis existens in eo seu præstantia in eo/fuit mota tempore mortis,inde seq tur q homines moriẽtur & non in scientia erunt:hoc est non remanebit pars illa qua sciunt.Dixerat prius q quia hoies nihil habent quod ponant moriendo/ideo peribunt ad semper:manifestat mõ hoc idem ex eo q hoies moriuntur & nõ in scientia erũt : hoc est non in perfectione naturali partis intellectiuæ remanebunt/quia anima eorum mota fuit mutatione substantiali,qualis est corruptio quæ fit in morte.Et hic terminantur uerba quæ eliphaz dicit se audisse a spiritu apparente sibi. ¶ Vbi prudẽs lector siste/& confer uerba hæc a principio usq; ad finem cum eo quod intendit eliphaz aduersus iobem : & inuenies eliphaz finxisse hanc apparitionem quasi metaphorã,ad insinuandũ q hæc quæ multo studio didicerat/erãt tam profunda mysteria ut a supernis spiritib9 manifestata uideantur hominibus/dignaq; esse ut cum timore & tremore audiantur. Dico autem hoc:quia prima sententia etsi sit uera in se/falso tamen applicatur , ut declarauimus:quod non est attribuendum reuelationi diuinæ. rursus hæc quæ dicuntur de morte animæ rationalis/perspicuum est non esse diuinitus reuelata.

CAPVT .V.

Voca ergo si est qui tibi respondeat:& ad aliquem sanctorũ conuertere. Iuxta hebræum habetur. Voca nũc si est respondẽs tibi:& ad quem ex sanctis te uertes: Recitatis uerbis spiritus apparentis sibi,eliphaz a postremis inchoans/insultando ac irridendo dicit ad iob uoca nunc aliquem defunctum si est respondens tibi. & dato latissimo campo subdit & ad quem (hoc est ad quemcunq;) ex sanctis te uertes/uocãdo :quia nullus defunctus quantũcunq; habitus ab hominibus pro sancto / est respondens tibi : utpote quorum animæ simul cum corporibus interierunt.

¶ Virum stultum interficit iracundia : & paruulum occidit inuidia. Iuxta hebræum habetur. Quia stultum occidet ira : & simplicem interficiet inuidia. Dictio interpretata simplicem / non proprie exprimitur: significat enim hominem modici iudicij / quem uulgari italico appellamus

ſimplicem. Non digreditur eliphaz: ſed retrogrado ordine tractat audita a ſpiritu. inchoauit.n.a poſtremis:& modo tractat prima uerba audita de homine relato ad angelos. Audierat.n.ꝙ ēt hoies facti ſunt a deo ſtulti:& propterea de hoium ſtultitia tractat. Et ꝓponendo duo ſtultoꝝ genera quaſi extrema/intendit compræhendere hoies oēs medios ex extremis: & declarare ꝙ oēs hoies incurrūt aliquod peccatū ꝑturbationū animi quas paſſiones uocamus.& ꝓpterea nominat duo extrema uitia (irā & inuidiā) penes duas extremas paſſiones/iram & triſtitiā:illā ex colera iſtam ex melancholia/illam ex igne hanc ex terra/illā ut ſupremā inter aggreſſiuas iſtam ut ſupremam inter retractiuas aī perturbatiōes:ut ex iſtis reliquas paſſiones intelligamus. Intēdit ergo manifeſtare ꝙ ex hoc ꝙ deus fecit hoiem ſtultū (hoc eſt declinatiuū a prudentia) oēs hoies incurrunt aliquod pctm̄, iræ uel inuidiæ/timoris uel audaciæ/uel aliaꝝ paſſionū īpellentiū uel retrahentiū. uniuerſæ.n.aī paſſiōes uniuerſaq; aī uitia/aut impellētis animū aut retrahentis modū habent. huc.n.tendūt uerba literæ cum coniunctiōe cauſali/ qa ſtultum occidet ira & ſimplicē interficiet inuidia. Et eſt ſermo non de interfectione corporis ſed aī: hoc eſt de morte pcti. nam coniunctio qa/relatiue ad ſubiuncta ſcribit᷑. Et eſt ſenſus. quia ſtultum occidet quantū ad animū iræ uitiū/& ſimplicem interficiet uitiū inuidiæ, ideo ego uidi ſtultū radicantē & maledixi &c. Intendit.n. ꝙ ꝓpter pctm̄ ſtultus q̄uis firmatus in diuitiis/tandem affligetur. hæc eſt.n. pricipalis eius intētio ad uerſus iobē ꝙ propter pctm̄ dūtaxat ueniūt aduerſa. ¶ **Ego vidi ſtultū firma radice: ꝛ maledixi pulchritudini eius ſtatim.** Iuxta hebræum hr̄ habitaculo eius. Stulti nomine (ut dictū eſt) imprudēs intelligit᷑/ea imprudētia de qua ſcriptū eſt prouer. 14. errant oēs q operantur malū, & apud philoſophos oīs malus eſt ignorans. qa inquā oīs ſtultus peccat aliqua perturbatione animi, ideo ego uidi quidem ſtultum firmatū tanq̄ arborem bn̄ radicatā, & ſtatim abſq; hæſitatione aliqua maledixi habitaculo eius: hoc eſt uniuerſis quæ illius ſunt. ponitur.n. cōtinens ꝓ cōtēto. ¶ Nec prætereas ꝙ aduerbium ſtatim in calce metri ſcriptum, cōſtrueret᷑ rectius cum ſequenti ſententia/ſtatim lōge fient filij eius a ſalute. hoc.n. magis quadrat opinioni eliphaz/putantis ꝙ non differtur in aliam uitam pœna iniquoꝝ. ¶ **Longe fient filij ei⁹ a ſalute.** Numerat per partes habitaculum eius/inchoādo a filiis. **et cōterentur in porta.** hoc eſt in loco iudicii ſeu in loco ualde publico. porta.n. ciuitatis apud antiquos erat illuſtrior ciuitatis locus: erat & in quo ſedebant ſenes & iudices. **et non erit qui eruat.** ¶ **Cuius meſſem famelic⁹ comedet/ꝛ ipſum rapiet armatus.** Iuxta hebræum hr̄. **et ad ſpinas tollet eum.** hoc eſt & uſq; ad ſpinas tollet famelicus ea quæ in agris ſunt. **et bibent ſitientes diuitias eius.** Iuxta hebræum habetur. **et glutiet predo opes eoꝝ.** Sententia eſt clara.

¶ **Nihil in terra ſine cauſa fit.** Neſcio ūde irrepſerit interpretatio hæc: nā iuxta hebraicam ueritatem ſcribitur. **Quia non egredietur e puluere iniquū.** Poſtq̄ eliphaz ex parte paſſionum animi declarauit uerificari audita de hominis ſtultitia/ & teſtificatus eſt punitionem in hac uita, intendit modo probare ꝙ omnes homines peccant ex natura ipſius hominis audita a ſpiritu qui apparuit ſibi: ſcilicet habitantes domos luteas quorum in puluere fundamentum eorum. & ideo inchoat hanc rationem a negatiua/dicendo quia non egredietur e puluere iniquum: nullus enim unq̄

puluis producit malum culpæ. Et subiungit. **et de humo nō egredietur dolor.** Iuxta hebræum habet. **et e terra non germinabit iniquitas.** hoc ē nec terra ꝓducit iniquitatem. Terram & puluerem nominat/ut intelligamus q̄ terrā refert ad domos luteas & puluerem ad puluerē fundamentū hoīem. Et intendit per has negatiuas q̄ iniquitas hoīs nō pullulat in hoīe ex parte corporis formati ex puluere terræ/sed ex parte animæ:hoc est ex coniunctione aiæ rationalis cū corpore,quæ cōiunctio in natiuitate hoīs fit quū homo nascit̄ in matris utero. Et propterea subiungit. **Homo nascitur ad laborem: & auis ad volatum.** Iuxta hebraū hī. **Quia homo ad iniquitatem natus est: & filii scintille eleuabunt volatum.** Negatiuis adiungit affirmatiuā intentā:vez q̄ homo natus est ad iniqtatē faciendā:hoc est q̄ homo ex suis naturalibus sortitus aīam rationalem/habet q̄ peccet. Et ratio huius redditur a philosophis/ex hoc q̄ homo est compositus ex duabus naturis tendentibus ad contraria bona:ex natura vez sensitiua & natura rationali, quarum altera tendit ad bonū secundum sensum/altera ad bonū secundum rationem. Vnde & apostolus dicit q̄ caro cōcupiscit aduersus spiritū & spiritus aduersus carnem. hinc.n.fit ut qui ab initio natiuitatis nr̄æ assueti fuimus ad sectādum bona sensibilia/& sensibilia nos magis mouēt ac delectant/eorumq̄ contraria cōtristant nos ualde, ut cōmuniter sequamur bona secundū sensum/parumq̄ sequamur bonum secundum rationem:& ꝓpterea omnes peccemus. Non dixit ergo falsum eliphaz/q̄ homo natus est ad iniquitatem. Et dixit hoc ad cōuincendum iobē ut fateret̄ se quoq̄ peccasse:& consequenter punitū fuisse a deo iuste ꝓpter ipsius iob peccata. Et scito q̄ dictio interpretata iniquitatem/āceps est ad iniquitatem uel laborem:sed materia ipsa cum contextu insinuat q̄ hoc in loco interpꝛetanda est iniquitatem, nam sic directe seruit proposito eliphaz. ¶ Quod aūt adiungit̄ & filij scintillæ eleuabunt uolatum/metaphora est significans uiros heroicos. hebraico siquidem more quēadmodum appellātur filij belial/filij nuptiarum/filij lucis & id genus reliqui, ita appellātur filij scintillæ abūdātes spiritibus claris ac lucidis. tales.n.usq̄ adeo emergūt ut eleuare uideant̄ uolatū/attollendo seipsos rarissimis uirtutibus in tantā cælsitudinē supra hoīes cōmuniter ut uolare uideant̄ ad loca cælsiora locis hoīum. Acsi apertius dixisset, cū hoc q̄ cōmune ē hoībus oībus nasci ad iniqtatē/stat q̄ aliqui filij scintillæ (hoc ē abundātes spiritibus claris & lucidis/similibus scintillis) emergāt in uiros heroicos. Et apte adiūxit hoc eliphaz/ne naturā hoīs nimis depssisse uideret̄. ¶ **Quāobrē ego deprecabor dominū.** Iuxta hebræum hī. **Profecto ego queram el.** Coniūctio causalis præposita supradictæ sñtiæ refert̄ ad hāc lr̄am. Et est sensus q̄a homo natus ē ad iniqtatē, ꝓfecto ego querā el. tāq̄.n. agnoscēs se peccatorē, infert se quæsituꝝ el/hoc ē deū forte. Acsi apertius dixisset, tu iob esto cū præsumptiōe innocentiæ tuæ, ego uero agnoscēs me sicut & oēs hoīes sub pctō/recurrā ad deū forte. Ita q̄ intendit simul & inferre ex peccato necessitatē recurrendi ad deū in aduersis / & arguer̄ timiditatē iob nudā a spe in deo. & timoris qdem iobis meminerat eliphaz sed mō ꝓsequit̄: nuditatem aūt eiusdem a spe interꝑtatus est eliphaz/ex eo q̄ iob ꝓponendo nunq̄ meminit suæ spei sed dūtaxat tristitiæ & tioris. Quæ igit̄ hic dicunt̄, directe tēdūt ad hoc q̄ iob in hac calamitate debuit spē ī deo poner̄/& nō tāto timor̄ oppmi. **et ad deum ponā eloqū meū.** Iuxta hebraū hī. **& ad elohim ponā eloquiū**

meũ. Nominat deũ prius el a fortitudine/& deinde elohim a iudicio, ad insinuãdũ unũ atq; eũdem esse deum qui est antonomasice & fortis & iudex / qui fortitudinem habet ad faciendũ quæcunq; iudicat ad retribuẽdum unicuiq; secundũ merita eius. ¶ Qui facit magna & inscrutabilia: & mirabilia absq; numero. Iuxta duo nomina dei (el & elohim) psequitur duo gñ̃a actionum diuinarũ, & primũ spectantia ad deum quatenus el: uꝫ facere magna excedentia omnẽ perscrutationem/& facere mirabilia excedentia omnem numerum. Et excessus quidem perscrutationis uerus est simpliciter: excessus aũt numeri uerus est quo ad nos. ¶ Qui dat pluuiam super faciẽ terre. Ad insinuandum ꝙ unus atq; idẽ est author rerum naturalium & iudex humanarũ actionũ/inserit hæc de pluuia & de flũinibus subiungẽdo. et irrigat aqs uniuersa. Iuxta hebræũ hr̃. et mittit aquas super facies platearũ. e montibus siquidẽ fontes prodeunt sup planiciẽ. ¶ Qui ponit humiles in sublime. Iuxta hebræum habetur. ad ponendum humiles in excelso. Hactenus de actiõibus dei quatenus el: mõ de actiõibus dei quatenus elohim loquit̃. Et transpositæ scribunt̃ particulæ/ut contingit in metris, hoc. n. quod dr̃ ad ponendũ/ finis ẽ subiũctarũ postea actionum: uꝫ qui dissipat cogitationes malignorũ &c. ad ponendũ hũiles in excelso. et merentes erigit sospitate. Iuxta hebræũ hr̃. et obscurati apprehendẽt salutem. Lugentes ob oppressiones quas patiuntur ab hoĩbus/dicit ꝙ appræhẽdent salutem operante deo subiũcta. ¶ Qui dissipat cogitatiões malignorũ: ne possint implere manus eorũ quod ceperãt. Iuxta hebræũ hr̃. Dissipans cogitationes callidorũ: & non facient man⁹ eorũ statuta. Ad hoc ut ponat humiles in excelso & lugentes in salute/dissipat elohim cogitatiões callidorũ ita ut nõ exequantur quæ decreuerunt facere. ¶ Qui apprehendit sapiẽtes in astutia eorũ. faciendo euenire eis quod timent/dirigendo opera eorum ad contrariũ ei⁹ quod intendunt. Exẽplũ habes in uenditione ioseph/& in persecutione dauidis a saule. et consilium prauorum dissipat. Iuxta hebræum habetur. et cõsilium peruersorum festinatum est. Festinatio contrariat̃ consilio: utpote reddens consiliũ præceps, et propterea deus cõsilio peruersorũ festinantiam immittit, ut præcipiti consilio ruant ut merent̃. ¶ Per diem incurrent tenebras: & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Metaphorico sermõe describit̃ excæcatio callidorũ sapientum huius mũdi ꝙ in die obuiabunt obscuritati (hoc est in rebus claris occurret eis obscuritas ut nõ uideant) & in meridie palpabunt, ãbulantes extendendo manus ãte se ne impingãt/quẽadmodũ solemus in nocte ãbulare carentes lũine: hoc ẽ ꝙ in negociis manifestissimis negociabunt̃ palpando/timentes ne impingant. Et uidemus sæpe huiusmodi cæcitate percuti sapientes huius mundi.

¶ Porro saluũ faciet egenũ a gladio oris eorum: & de manu uiolẽti pauperẽ. Iuxta hebræũ hr̃. Et seruauit a gladio ab ore eorũ: & de manu forti misellũ. Ad discernẽdũ actiões elohĩ quas exercet gubernãdo hoĩes, præmisit qualr̃ gubernat callidos & peruersos/ adiungẽdo nũc qualr̃ gubernat misellos & pauperes qui iactant cogitatus suos in deum. Ambiguum est autem an dicatur appositiue a gladio ab ore eorum (ita ꝙ exponatur gladius sermo eorum) an significetur gladius uere impatus sermõe callidorũ seu puersorũ. quouis aũt mõ itelligas, uerũ ẽ ꝙ deus libe-

rat sua ꝓuidētia deuotos sibi destitutos hūano auxilio/& ab ore & a gladio & a manu forti. ¶ Et erit egeno spes. Sententia clara est. Iniquitas aūt cōtrahet os suū. Ponit iniqtas ꝓ iniquo. effectus diuinæ ꝓuidentiæ describit penes hoc/ꝙ quantū cunq; destitutus hūano auxilio obtinebit speratū: iniquus aūt cōtrahet os suū/cōfusus.

Beatus homo. Iuxta hebræū habetur. Ecce beatitudines hominis. Postq̄ eliphaz increpauit iob de timiditate absq; recursu ad deum/ modo increpat ipsum de lassitudine animi ex hoc ꝙ castigationes diuinæ sunt ꝓ fœlicitate hominis: & propterea non debent esse exosæ hōi, sed suscipiēdæ ut medicinæ/ut paternæ castigationes. Hebraicæ autem linguæ more significat' beatitudo in plurali numero. Qui corripitur a domino: increpationem ergo domini ne reprobes. Iuxta hebræum habetur. castigabit eum eloha: & castigationem saddai nō odio habebis. Ex duabus partibus integrari beatitudinem hominis quā proposuerat manifestat: vez ex ipsa castigatione diuina/& complexu eius ab homine qui castigatur. Et in hoc manifeste percutit iobē/ q detestatus est uitam suam ob diuina flagella quæ passus est. Nominat autem deum castigantem eloha/eo ꝙ nonnulla iudicii species est castigatio. deum uero quatenus complectenda est eius castigatio/nominat saddai: hoc ē uictorem seu omnipotētem. Sed prima interpretatio magis consonat deriuationi nominis. uerūtamen sensus in idem redit: quia uincere omnia est esse omnipotentem. qui .n. uincit oēs causas/oēs nexus ordinesq; rerū, omnipotēs ē. Et apte cōplectēda castigatio eius dicit' cui nulla fieri pōt resistentia/qui oia uincit/cui oportet oia parere. ¶ Quia ipse uulnerat & medetur: ꝑcutit. Parui refert ꝙ hebraice habet'. Quia ipse dolere faciet & fasciabit: percutiet/& manus eius sanabunt. hoc ē q̄a ipse officio iudicis fungetur immittendo dolores & percutiendo/officio autem medici fungetur tanq̄ fasciando & sanando propriis manibus. Et intendit per hoc ad literam ꝙ deus hoīem cōplectētē diuinā castigationē nō deserit i illa, sed liberat ab illa i hac uita.

¶ In sex tribulationibꝰ liberabit te: & in septima non tanget te malū. Proposuit ecce beatitudines hominis: manifestat mō quæ qualis & quando est illa fœlicitas. Et tempus quidem fœlicitatis dicit fore post sex tribulatiōes patiēter perpessas. discernit siquidem duo tempora: alterum angustiarum sex/alterum uexatiōis septimæ. Et differentiam inter illa ponit: penes hoc ꝙ uir sperans in deo/tempore sex tribulationum tangitur quidem tribulationibus sed liberatur, tempore uero septimæ non tangit' penitus tribulatione aliqua/non afficitur malo aliquo. Et intendit per sex tribulatiōes uniuersa diuina flagella quibus aliquis indiget ad hoc ut perfecte castigatus hoc est purus sit. numero .n. senario perfectiōem significauit: eo ꝙ constat ex primis numeris cōclusis unitate quæ est principium omnis numeri. Per septimam autem non intēdit affirmare tribulationem septimam/sed negare tribulationem post sex. intendit siquidem ꝙ quemadmodum pater diuersimode castigat filium quousq; fuerit perfecte eruditus & castigatus/& postea dat ei authoritatē simul cū facultate fruēdi opibus, ita deus tādiu flagellat sperantes in se quousq; fuerit perfecte purgati/& postea facit eos fœlices absq; omni flagello. ¶ In fame eruet te de morte. Duo proposuerat, alterum in sex tribulationibus liberabit te: alterum & in septima non tanget te malum. prosecuturus utrunq;/tractat primo tribulationes sex, inchoando a tribulatione famis: & dicit ꝙ

liberabit te a morte. Nō dicit q̄ nō patieris, sed q̄ eruet te a morte. et in bello de manu gladii. Sic i hac secūda tribulatiōe nō eximeris a patiēdo, sed eruet te de mãu gladii ne occidaris. ¶ A flagello lingue absconderis. Et in tertia hac tribulatione aduersantibus tibi detractoribus calumniantibus seu comminantibus (hæc.n. omnia flagella linguæ sunt) patieris quidem sed absconderis/ne intētum effectum assequant̄ minæ uel calumniæ. Occultatio autem uel corporalis uel per defectum probationum intelligi potest/diuino conferēda beneficio. et non timebis calamitatem. Iuxta hebræum habetur. a præda. Quam tamen aliqui non male interpretātur. a vastitate cum veniet. Sed siue prædones siue uastatores aduenientes significentur, in hac quarta angustia insinuatur beneficium diuinum maius dicendo non timebis. Non dicit non patieris prædam/sed non timebis. intendit enim docere postq̄ homo in tribus angustiis animum suum bene direxerit erga deum/sentiet in proprio animo beneficiū nō timendi aduentantibus prædōibus: ponit.n. uirtutes purgatorias in tribulationū p̄gressu. Et hic incipit apparere q̄ eliphaz doctrinā quæ stoica est postmodū appellata p̄fitebat̄: & hanc eius professionem manifestius declarāt subiuncta uerba in quita tribulatione. ¶ In vastitate ₇ fame ridebis. Vide progressum plusq̄ stoicū. prius enim exclusit timorem imminentibus prædonibus seu uastatoribus terre: modo in duplicata tribulatione apponit risum. Et hæc tribulatio q̄uis quinto loco scribatur/sexto tamen loco intelligenda est: quoniam ad supremum puritatis gradum deductus est animus, quum multiplicatis simul tribulationibus non solum immunis est a tristitia sed ridet/sed in risum deducit iacturas. Dixi autem multiplicatas tribulatiōes: quoniā illamet dictio quæ in quarta tribulatione interpretatur præda seu uastatio/repetit̄ hic. & perspicuum est repeti quoq̄ famem/quæ primam tribulationem constituit. Duarū ergo tribulationum seorsum prius positarum coniunctio ultimo loco ponitur, ad significandum q̄ postremo a multiplicatis simul tribulationibus non turbabitur animus tuus sed ridebis/assecutus iam uirtutes purgati animi. et bestias terre non formidabis. Quia minus est nō timere pericula q̄ ridere in periculis & aduersitatibus, ideo dixi q̄ hæc tribulatio transposita est causa metri/& quinto intelligenda est loco: in qua tam purgatum a passionibus animum describit eliphaz ut nō timeat a bestiis terræ occurrentibus & deus liberabit eum. Et in hoc magnam fiduciam in diuina protectione præcipit esse/eorum qui a passionibus animos suos purgant. Ita q̄ eliphaz documentis stoicis adiungit agnitionem diuinæ p̄uidētiæ quo ad duo beneficia: hoc est & quo ad beneficia internæ animi purgationis a passionibus/& quo ad beneficia seruationis personæ propriæ a morte quomodolibet præter naturam imminente.

¶ Sed cum lapidibus regionum pactum tuum: ₇ bestie terre pacifice erunt tibi. Hinc rationabiliter incipit septima: hoc est tempus fœlicitatis post sex tribulationes: post animum tam alienum a passionibus ut nec ab imminentibus periculis timeat/nec a præsentibus malis tristetur, paulatim purgatus castigationibus diuinis cum deuotione erga deum susceptis. A signis itaq̄ animi purgati perfecte inchoat fœlicitatem dicendo iuxta hebræum. Quia cum lapidibus agri pactum tuū: ₇ bestia agri fuit pacificata tibi. ¶ Et scies q̄ pax tabernaculum tuum: et visitabis habitaculum tuum ₇ non peccabis. Ita iacet in hebræo.

Et est ordo literæ. quia cum lapidibus &c.habebis hæc:vc3 & non peccabis/et scies ꝙ pax/& scies ꝙ multum &c.Sensus autem literalis est.quia conuenisti iam cum lapidibus agri in fortitudine nullis aduersis cedente/ tanq̃ non sentires:hoc est quia nulla afficieris tristitia & nullo afficieris timore effectus iam intrepidus in occursu bestiarũ syluestrium tanq̃ pacificarum tibi,ideo & non peccabis a recta declinando ratione/& scies experientia teste ꝙ tabernaculum tuum erit pax(hoc est omni bono refertũ) & uisitabis illud fruendo bonis.Et intendit ad literam describere statum fœlicitatis hominis post tribulationes sex:manifestans ꝙ tunc animo perfecte purgato a passionibus tam circa præsentia q̃ circa futura,nõ peccabit/& per hoc tolletur causa ulterioris aduersitatis/& experientia comprobabit habere se beatitudinem ex multis consurgentem partibus:vc3 ex abundantia rerum/& ex fruitione earum/& ex multitudine prolis.de qua subditur.**Et scies ꝙ multum semen tuum: ⁊ germina tua sicut herba terre.**Germen filiorum & nepotum multiplicandum sicut hærba terræ promittitur. **Ingredieris in abundantia sepulchrum.**Iuxta hebræum hr̃. **Uenies in senectute ad sepulchrum.**Quarta beatitudinis pars describit̃ longitudo uitæ usq̃ ad mortem/ex senectute cum honore sepulchri.**sicut infertur aceruꝰ tritici in tempore suo.**Iuxta hebræum habet̃.**sicut incidere messem in tẽpore suo.**Ne intelligeretur mors in senectute malum aliquod contingenter eueniens cõtrarium fœlicitati quam eliphaz promittit,adiũxit similitudinem ꝙ mors in senectute erit tempore suo:hoc est tempore quo senectus ipsa exigit mortem/quemadmodum maturæ segetes exigunt incisionem messis.Et per hæc omnia clare habetur ꝙ eliphaz ponebat beatitudinem hominis in præsenti uita.nam declarat propositam beatitudinẽ post tribulationes sex / haberi in istis temporalibus bonis.

Ecce hoc ut inuestigauimꝰ ita est:quod auditum mẽte pertracta. Iuxta hebræum hr̃.**Ecce hoc/quesiuimus ipsum ita ipsum:audi ipsum ⁊ tu / sapito tibi.**Firmitatem doctrinæ expositæ monstrat eliphaz dicendo ecce hoc/arcanum manifestatum de gubernatione diuina circa aduersitates & prosperitates hominum:ꝙ vc3 aduersa sunt propter peccatum/& ꝙ sperantibus in deum sunt castigationes ad purificandum animum ut post perfectam purgationem nõ peccet homo & sit beatus fruendo bonis præsentibus.Et dicendo inuestigauimus ipsum / attestatur ꝙ non ex diuinæ reuelationis miraculo sed ex studiosa inuestigatione non solus ipse eliphaz sed cum patribus & aliis sapientibus inquisitioni huic operã dedit. Et subdit ita ipsum (subaudi est)ut non opinatiue sed assertiue locutum intelligamus. & propterea monet iobẽ audi ip̃um & tu/noli esse singularis sed cum aliis obtempera & tu documentis istis.& demum inquit sapito tibi/esto sapiens ad tuum proprium bonum cognoscẽdum & assequendum.Falsam autem esse hanc doctrinam quam profitetur eliphaz/patet tum ex christo qui fuit perfectissimæ uirtutis/& dixit tristis est anima mea usq̃ ad mortem &c.tum ex apostolis qui ibant gaudentes a conspectu concilii quia digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam pati:& tamen postea perpessi sunt innumera mala præsentis uitæ.

ET respõdit Iob & dixit. Utinã appẽderentur peccata mea quibus iram merui. Iuxta hebræum habetur. Utinam ponderã do ponderabitur ira mea. Sed ira nomen est uitij, comprænhendit si quidem iob omnia peccata sua quæ ante ruinam commiserat sub uitio iræ, communicando in uocabulis cum aduersa rio suo eliphaz/qui omnia peccata distinxe rat in iram uel inuidiam, ex eo enim ꝙ iob in tanta fuerat prosperitate, nõ imputabãt ei peccata quæ se tenent ex parte inuidiæ/sed peccata quæ se tenent ex parte iræ, in cu ius signum eliphaz assimilauerat ipsum iob & filios leoni & leun culis. Extenso itaq; iræ nomine ad peccata omnia quæ se tenent ex parte iræ utitur iob/comprænhendendo omnia peccata sua pristina: & desiderat ut ponderetur ira sua. Et directe respondet ad falsam interpretationem uerborum ipsius iob/factam ab eliphaz. dicente siquidem iob ꝙ non quieuerat a patrandis bonis operibus, interpretatus fuerat eliphaz ꝙ iob profi teretur semetipsum sine peccato/dicens in capitulo quarto recordare quis innocens seu mundus periit? & propterea tantopere annixus est monstrare omnem hominem pecca re. tali in quam intelligentiæ falsæ respondet directe iob per hæc uerba/confitẽdo se an te ruinam peccasse. nam cupiendo utinam ponderatione ponderetur ira mea/confitet iram propriam: hoc ẽ peccasse se peccatis quæ comprænhenduntur sub ira, acsi aptius dixisset/fateor me quidem commisisse peccata sed cupio ut ponderentur. Et calami tas quam patior in statera. Iuxta hebræum habetur. Et calamitatem meã in bilancibus eleuabunt pariter. Sententia clara est, cupit enim ut in bilance hic peccata sua & inde calamitas sua/absq; aliquo alio addito põderarent. ¶ Quasi arena maris hec grauior appareret. Sententia recte redditur: hebraice tamẽ habetur. Quia nunc plus arena marium grauitaret. Insinuat. n. ꝙ põderã do inueniretur calamitas sua longe ponderosior: & usq; adeo ut grauior ꝙ̃ si arena ma rium in bilance illa posita esset. Et per hoc clare dicit ꝙ ꝙ̃uis peccauerit / calamitas tamen sua maior erat peccatis suis. Et hic est singularis textus/in quo spiritus sanctus per iobem reuelauit multos sanctos longe plus pati in hac uita ꝙ̃ eorum propria pec cata meruerint. Et per hæc affirmauit iob uerum esse ꝙ deus eum afflixerat quasi inno centem non simpliciter sed relatiue ad tantam calamitatem. Et per hoc directe respon det ad eliphaz dicentem iobem pro peccatis suis afflictum iustitia diuina hoc exigẽte. Unde & uerba mea dolore sunt plena. Iuxta hebræum hr. super sic/ uerba mea fuerunt absorpta. Directe respondet tum ad repræhensionem eliphaz/dicen tis profecto ego requiram deum: arguendo implicite iobem ꝙ dum proposuit uitam suam detestabilem/non proposuit simul spem suam in deo. respondet siquidem nunc iob rationem talis silentii non fuisse desperationem/sed quia absorpta seu glutita sunt uerba eius. Tum ad excusandum taciturnitatem multorum quæ nũc explicat/quæ ꝓ ponendo siluerat. Et quod dicit super sic/refertur ad excellentiã pœnæ supra culpã. ¶ Quia sagitte domini i me sunt. Iuxta hebraũ hr. Quia sagitte saddai mecum. Rationem dicendorum præmittit. subiuncta enim/ confirmatiua sunt eorũ quæ primo proposuerat. Vbi prudens lector conferendo hæc cum propositis primo a iobe/discernes ꝙ tunc iob uitam suam proponendo detestabilem nec meminit actoris uitæ nec pœnaꝝ inflictoris dei/sed absolute & initia uitæ & mala pœnæ ꝓposuit: nũc

autem actorem calamitatis suae manifestat deum/ut conuenire se affirmet cum aduersariis in fide de prouidentia diuina extensa usq; ad haec singularia bona & mala hominum. Appellat autem calamitatem suam sagittas saddai (hoc est eius qui omnia uincit) ad ꝑfitendū q; mala sibi euenerunt a deo cui non potest resisti:euenerunt inquā tanq̄ ē supernis sagittae ex improuiso/repente & absq; nota causa. Et significanter dicit mecum/ad insinuandum perseuerantiam malorum secum:tanq̄ si sagittae infixae/ adhuc nō essent euulsae ex plagis. quarum indignatio ebibit spiritum meū. Iuxta hebraeum hr. quarum venenum earum bibens spiritus meus. Instar ferri sagittarum diu manentis in intimis corporis/uenenum describitur consecutū perseuerans. propterea nanq; utitur participio praesentis temporis/dicendo spiritus meus bibens uenenum earum. Metaphorico sermone describit animum suum affectū ueneno sagittarum dei:hoc est passionibus naturalibus/quae scilicet consequuntur naturaliter in animis nostris ex malis praesentibus. fatetur enim animum suum affectum passionibus tristitiae & odij respectu malorum quae patitur. et terrores domini militant contra me. Iuxta hebraeum hr. et terrores eloha ordinabunt me. Non solum passionibus ob praesentia mala sed etiam passionibus ob mala futura (de quarum numero est timor) animus meus est affectus. Dicendo autem spiritum suū ueneno sagittarum dei uincentis omnia & seipsum ordinandum terroribus dei iudicis, insinuat q; nō est absorptus spiritus eius passionibus/sed sic affectus est ut rationē habuerit & habeat dei uincentis omnia/& similiter sic territus est ut rationem habeat dei iudicis. Et hic annotabis q; coniunctio causalis in principio clausulae istius scripta dicendo quia sagittae &c. insinuat q; quia spiritus iobis est ita dispositus hinc ex passionib9/ inde ex timore dei, loquetur subiūcta:ut hinc intelligeret eliphaz q; nec desperatus aut absorptus passionibus nec nudo a passionibus animo/locutus ē & loquetur, sed medio modo se habens:& hoc (ut probabit) irreprehensibiliter.

¶ Nunquid rugiet onager quum habuerit herbam? Iuxta hebraeum hr. Nunquid rudet onager super herbam? Aduerte q; per subiuncta quattuor interrogatoria/intendit asserere negationes contrarias:puta non rudet/non mugiet/nō comedetur/non est sapor. Directe autem per haec tendit ad respondendum eliphaz reprehendenti tristitiam in animo iobis:& probat per quattuor subiūcta/ q; lamentatio ex praesentibus malis/naturalis est, ac per hoc irreprehēsibilis. Inchoat itaq; a naturalib9 animaliū syluestriū/dicēdo nunqd rudet onager super herbam? ad manifestandū q; si onager careret pabulo ruderet:hoc est tristaretur & lamentaretur rudendo. aut mugiet bos quum āte praesepe plenum steterit? Parui refert q; hebraice habet. nunquid mugiet bos super pabulum suum? Ex naturalibus quoq; animaliū domesticorum ostendit q; si bos careret pabulo/& tristaretur & lamentaretur mugiendo. Et affert haec quia natura sensitiua quae afficitur passionibus tristitiae irae & aliis huiusmodi/communis animalibus & hominibus est. ¶ An poterit cōedi insulsum quod non est sale conditum? Interpres mutauit comedetur in poterit comedi. Post argumentum ex parte naturae sensitiuae/affert argumētum ex parte obiecti sensibilis. & a manifestioribus docēs/affert inter obiecta gustus insulsum absq; adiecto sale: ad manifestandum q; quemadmodum insulsum nisi conditum sale fuerit displicet na-

turaliter gustui ita ut non comedatur, sic mala præsentis uitæ naturaliter displicent ho
mini nec admittuntur ab homine nisi condita sale alicuius rationis adiunctæ: ut quũ
homo admittit adustionem seu incisionem propter sanitatem. **aut potest aliquis
gustare quod gustatum affert mortem? Nunc enim esurienti etiã
amara dulcia esse videntur.** Nihil horum inuenitur in textu hebraico: sed habe
tur. **nunquid est sapor in saliua sanitatis?** Argumentis ex parte naturæ sensi
tiuæ & ex parte obiecti sensibilis/adiungit argumentum ex parte aduentitiæ dispositio
nis sensus. diuersimode siquidem dispositus sensus diuersimode iudicat unum atq; idẽ
sensibile: habentes nanq; linguam affectam colera/gustamus omnia tanq̃ amara. Ad
manifestandum itaq; ꝙ animo affecto passione tristitiæ quadrat lamentari / & similiter
animo affecto passione timoris quadrat loqui formidolosa, assumit argumentum ex sa
liua sanitatis (hoc est hominis perfecte sani) penes hoc ꝙ est sine sapore aliquo: ad insi
nuandum ꝙ si saliua est salsa/consonat ut quæ gustamus iudicemus salsa: & si saliua ẽ
amara/consequens est ut quæ gustamus iudicemus amara. Et intendit per hæc manife
stare ꝙ omni ex parte rationabilis est lamentatio sua quam longa oratione in capitulo
tertio proposuerat: nam ex parte naturæ sensitiuæ & ex parte obiecti (mali vz per
pessi) & ex parte dispositionis animi affecti tristitia & timore/manifestauit consenta
neum esse rationi naturali ut lamentaretur. Saliuam autem sanitatis oportere esse sine
sapore/manifestum est apud philosophos, ex eo ꝙ intus existens prohibet extraneum:
hoc est si intra seipsam haberet aliquem saporem impediret discretionem omnium sa
porũ: quemadmodum si pupilla esset colorata/impediret uisum a discretione omnium
colorum. **Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia
cibi mei sunt.** Iuxta hebræũ habet. **Renuit tangere anima mea: ea sicut
egritudines panis mei.** Ita iacet in hebreo. & est sensus ꝙ mala præsentis uitæ
abominatur anima mea quemadmodum abominamur putredines ciborum nostrorũ,
appellat.n. ægritudines panis putrefactiones cibi. Et intendit per hanc similitudinem
manifestare eliphaz reprehendenti iobem egre ferentem mala / ꝙ naturale est etiam
homini nolle pati mala præsentis temporis quemadmodum naturaliter refutamus ci
bos putridos. Vt intelligamus ꝙ manifestat intentum suum iob non solum ex commu
nibus homini & aliis animalibus / sed ex iis quæ quilibet etiam sapientissimus etiam
purgatissimi animi experitur in seipso: vz ꝙ renuit cibos putres. ita inquit renuit ani
ma mea tangere illa/quemadmodum renuo ægritudines cibi mei. Et quia agnouisse se
dixerat calamitatem suam esse sagittas dei, manifestat per hæc eadẽ uerba ꝙ nõ detesta
tus est plagas suas quatenus sunt sagittæ dei/sed queãdmodũ refutamus cibos putres.

Quis det ut veniat petitio mea: & quod expecto tribuat mihi deus?
Nomen est eloha. paruiq; refert ꝙ interpres posuit expectatiõem pro spe: nam hebrai
ce habetur & spem meam tribuet eloha. Postq̃ iob rationabilem monstrauit tristitiam
suam querulam/manifestat consequenter timorem suum esse rationabilem. arguerat.n.
eliphaz ipsum utriusq;: tristitiæ vz & timoris. Et ut prælibes timorẽ iobis, scito ꝙ ti
mebat augmentum doloris sensibilis ex plaga corporis ne usq; adeo cresceret uel lon
ga perseuerantia molestior esset ut abduceret rationem a recto: & hic timor rationabi
lis & sanctus erat. tantiq; faciebat periculum peccãdi ut cuperet cum beneplacito dei/

uitã cõmutare in mortẽ. Et hoc quoq; desideriũ erat sanctũ: quoniã malebat sine peccato mori q̃ cum peccato uiuere, & conditum erat desiderium sale diuini beneplaciti: & propterea petitio & spes scribuntur, quod, n. sancte desideratur, consequẽs est ut sancte speretur/& sancte petaẽ a deo gubernatore omnium. ¶ Et qui cepit ipse me conterat. Iuxta hebræum hẽ. Et uolet eloha & conteret me. hoc est & uelit gubernator omnium & conterat me penitus, cupit, n. q̃ placeat deo conterere ipsum/ tollendo ab eo uitam. soluat manum suam & succidat me. Iuxta hebræum ultimum uerbum est. et scindat me. Quod dixerat conterat me/apertius manifestando dicit scindat me. Vtitur autem metaphora soluentis manum, eo q̃ sciebat potestatem executoriam afflictionum suarum esse tanq̃ ligatã a deo ne progrederetur ad tollẽdam uitam ipsius iobis: cupit. n. tolli impedimentum prohibens interitum ipsius iobis. ¶ Et hec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore/nõ parcat. Iuxta hebræum hẽ. Et erit adhuc consolatio mea, & calefaciam me in dolore/ non miserebitur. Recole q̃ optantis sunt uerba hæc: & q̃ hebræi futuro indicatiui utuntur pro optatiuo, quo carent. Est itaq; sensus, & in augmento doloris sit mihi pro consolatione/q̃ deus non miserebitur præsentis uitæ meæ sed tollet eam. in augmento enim doloris/plus timebat cadere in peccatum: & propterea consolatio ei fuisset uidere se propinquum morti. Appellat autem augmentum doloris calefacere se in dolore, quia ad literam incrementa doloris excitabant calorem. cuius signum habetur ex testa qua scalpebat se: magnus. n. pruritus scalptus calefacit ualde. nec contradicam sermonibus sancti. Iuxta hebræum habeẽ. quia non negaui dicta sancti. Et est sensus/quia non peccaui in dictis dei. Intentionem itaq; suam manifestat ex præterito. reddendo. n. rationem petitionis suæ quia non peccaui, insinuat quo tẽdit timor suus: uidelicet ne peccet. acsi apertius dixisset/cupio nunc anteq̃ peccem tolli ex hac uita. Et apte de peccatis agendo/nominantur dicta dei dicta sancti, ad insinuandum leges diuinas esse leges mundas ab omni peccato: utpote æditas a sancto/hoc est mundo penitus. Non negasse autem dicta dei intellige tum cogitatiõe tum uerbo tum opere: quo contra de peccatoribus dicitur/confitentur se nosse deum factis autem negãt. Et hinc clare apparet testante ipso iobe q̃ hactenus non peccauerat.

¶ Que est enim fortitudo mea ut sustineam. Iuxta hebræum ultimum uerbum est sperare. rationem siquidem reddit quare cupit succidi uitam suam ne peccet: quia uidelicet agnoscit debilitatem animi sui. fortitudo siquidem robusti animi largitur spẽ euadendi pericula: quo contra inquit quæ fortitudo mea/ut sperem euadere peccatũ? aut quis finis meus ut patienter agam? Iuxta hebræum habetur. et quis finis meus ut prolongem animam meam? hoc est uitam meam. Et est sensus & quis est terminus patiendi ut prorogatio uitæ meæ sit mihi grata. si. n. statutus esset terminus doloris (puta per annum) cupienda esset prorogatio uitæ/utpote post annũ quietæ: sed interminato existẽte dolore/intolerabilis uidetur prorogatio uitæ. ¶ Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea enea est. Parui refert q̃ iuxta hebræum leguntur hæc interrogatiue. Num fortitudo lapidum fortitudo mea? num caro mea enea? Ex parte animi dicit num fortitudo mea est fortitudo lapidum? hoc est sine affectu tristitiæ & aliarũ passionum, ex parte uero corporis

dicit num caro mea ænea: hoc est sine sensu doloris. Ex fragilitate siquidē animi & ex dolore in corpore sine termino/ratiōem reddit ꝙ præfert uitæ mortē ne mens abducat a rectitudine diuinæ legis. Et propterea subiungit. **Ecce non est auxilium mihi in me: & necessarii quoq; mei recesserunt a me.** Iuxta hebræū lōge aliter hr. **An si non auxilium meum in me: & lex expulsa est a me?** Ratio rationum allatarum affertur concludendo. & consistit in hoc ꝙ defectus auxilii proprii in seipso non debet expellere obseruationem diuinæ legis ab eo: quod tamen accideret si perseuerante augmēto doloris/infirmus animus abduceret in desperationē. sic.n. expelleret diuina lex ab eo ꝑpter defectū auxilii/robusti animi & sani corporis. Est itaq; ordo literæ. an si nō auxiliū meū in me erit, ideo et lex diuina expellet a me? quasi dicat absit.

Qui tollit ab amico suo misericordiā/timorem domini derelinquit. Iuxta hebræū hr. **Liquefacto a socio suo gratia: & timorē saddai relinquet.** Postq̄ iob primum manifestauit quo sensu dixerit se innocentem pati & excusauit tam tristitiam q̄ timorem suum, ad socios suos reprehendentes ipsum uertit sermonem: arguendo eos multipliciter/inchoādo ab eorum auaritia. & propterea proponit in genere ꝙ socius negans gratiam liquefacto/relinquit pariter timorem dei omnipotentis. Appellat autem hominem deductum in miseriam liquefactum, eo ꝙ amiserit cōsistentiam propriam instar liquefactorum. Et sermo literæ est mutilus: nam sensus est. liquefacto debetur a socio eius gratia: & si omittit illam/etiam timorem dei relinquet. Et per hoc insinuat, ꝙ peccat non solum in proximum sed in deum. ¶ **Fratres mei præterierunt me sicut torrens qui raptim transit in conuallibus.** Iuxta hebræum habetur. **Fratres mei mentiti sunt sicut torrens: sicut impetus torrentum transibunt.** Aduerte prudens lector ꝙ q̄uis hæc & subiuncta de cōsanguineis iobis manifestent maiorem afflictionem ipsius iobis (utpote quia nec consanguinei miserti sunt eius) directe tamen cōmemorat iob hæc ad duo: primum ad contradicendum eliphaz dicēti puniri stultos in hac uita/deinde ad exaggerandum culpam sociorum qui uenerant ad consolandum eum: ut cōtextus literæ diligentius perspectus insinuat. Assimilat itaq; consanguineos suos torrentibus/qui deficiunt qñ opus est aqua: & ideo dicit mentiti sunt ut torrens/ qui prætēdit abundantiā aquarum & statim mentit deficiēdo. Proponit de fratribus suis duo: culpā sc3 & pœnam. culpam quidem dicendo mentiti sunt sicut torrens: pœnam uero dicendo uelut impetus torrentum transibunt. Et ordine retrogrado tractat utrunq;. nam prius manifestat pœnam: & deinde culpam/ibi considerate semitas. ¶ Circa pœnam autem aduerte miram artem contra dicta eliphaz/adnitentis probare ꝙ iniquos oportet puniri in hac uita. eliphaz siquidem dixerat in cap. 5. ego uidi stultum &c. iob autem intēdens dicere ꝙ impii quandoq; in hac uita non puniuntur sed cursu suo peracto intereunt, nō dicit ego uidi impium in genere/sed ad specialissima descēdens (fratres uidelicet suos) describit eorum impunitatem in hac uita: ut describendo fratres suos impios & impunes in hac uita/excludat simul dicta eliphaz dicentis ꝙ impii puniuntur in hac uita.

¶ **Qui timent pruinam, irruet super eos nix.** Iuxta hebræum habetur. **Tenebrescentes a gelu, super eos teget se nix.** Prosequendo metaphoram torrentum quorum meminerat (dicens sicut impetus torrentum transi-

bunt) declarat conditiones torrentum. quarum primo scripta est q obscurant a gelu: & tunc sup ipsos torrentes tegit nix/ pculdubio ab ipso gelu. aquæ siquidem torrentis ut pote modicæ/ tempore niuiũ facile susceptа niue cõdensant a gelu: & sic niues tegunt in eis/ & ipsi obscurantur ex dẽsitate, cõdensatæ. n. aquæ nõ sunt oculis peruiæ: & ideo tenebrescẽtes dicunt. Tempore quo fuerint dissipati peribunt: & ut in caluerint soluent de loco suo. Iuxta hebræũ hr. In tẽpore colabũtur exci dentur: in calere suo extinguent e loco suo. Metaphoræ metaphoram adiũgit. declarat. n. q tempore quo congelati torrẽtes fluũt colãdo/ tũc quasi excidunt. quẽadmodum. n. dum arbores cæduntur stillant humores tanq colando, ita tanq incidantur torrentes describunt tẽpore colationis. & rursus cum torrẽtes cõgelati calefiũt a sole/ describunt extingui ex loco eorum: ut calefactio quæ suapte natura accendit/ cõtrarium effectum describat habere in torrẽtibus cõgelatis: vз extinguere eos de loco suo. Et hoc ad sensum apparet uerificari/ solis calore liquefaciente torrẽtes tam uehemẽter q moueat aquas cõgelatas de loco suo. Inuolute sunt semite gressuũ eoz: ambulabũt in vacuũ & pibunt. Iuxta hebræum hr. Inclinabũtur semite vie eorum: ascendẽt in vacuũ & perdent se. Descriptis torrentibus quo ad congelationem & liquefactionem/ describuntur tertio quo ad uias & terminum. Et uias quidem describit per semitas inclinatas relatiue ad alueum torrentis. quẽadmodum. n. exuberantes aquæ fluminum declinant in loca humiliora hinc & inde, ita dissoluti torrentes declinãt in uias magis imas hinc & inde. Terminum autem per ascensum in uacuum: hoc est per resolutionem in uapores, qui ascendunt in uacuũ/ hoc est aerem (antiqui. n. aerem appellabant uacuum) & sic pereunt immo perdunt seipsos torrentes. Hic est sensus metaphoræ, & perspicuũ est ex cõtextu q metaphora hæc affertur ad assimilãdum fratres iobis torrẽtibus. dixerat. n. q sicut impetus torrentũ trãsibũt. & statim subiunxit modũ quo impetus torrentum generant: vз ex multitudine niuis cõgelata/ & postea sic calefacta ut tollat cõgelata de loco suo. & quomodo fluit: vз per semitas inclinatas. & quomodo desinit: vз p resolutionem in uapores. Sed qd in specie circa fratres iobis p hãc metaphorã significet/ difficile e explicare per partes singulas. pspicaciter aũt cõsiderando q iob nõ uaticinat de iis quæ eueniẽt fratribus suis/ sed q suos fratres impios in psona reliquoz quoq impioz introducit: intelligimus p hãc metaphorã significari q quẽadmodũ impetus torrẽtũ transeũt habẽdo diuersos status naturales ex frigore & calore ex humili & excælso/ & tandẽ pdunt seipsos, ita impii cursus pprios pñtis uitæ peragũt cum diuersis cõtrarietatibus/ & tandẽ pdũt seipsos. Et p hoc ultimũ insinuat pœnã impioz in alia uita futurã: p præcedẽtia uero insinuat uitã impiorum in præsenti/ multiplici uarietati subiici quasi rez humanaz cursu naturali: ac p hoc non esse uerũ qd eliphaz dixerat/ impios suoz scelez merita recipere in hac uita.

¶ Considerate semitas thema: itinera saba expectate paulisper. Iuxta hebræum habetur. Respexerunt vie theme: itinera sebe sperauerunt in eis. Proposuerat de fratribus suis & culpam & pœnam: declarataq pœna declarat modo culpam/ de qua dixerat fratres mei mentiti sunt sicut torrens. Et ad exaggerationem culpæ describit q uenientes ex regione themanitarum & ex regione sabæorum amici iobis sperantes in fratribus iobis q subuenirent

ipsi iobi / obseruarunt an subuenirent, tanto enim dānabilior inuenitur auaritia consanguineorum iobis quanto etiam ab extraneis damnata est. ¶ Cōfusi sunt quia speraui. Iuxta hebræū hr. Pudore affecti sunt qa sperauit. Fratres suos accusat q̄ uerecundati sunt deducto iobe ad statum sperandi: hoc est uerecundati sunt habere se consanguineū deductū ad miseriam tantā ut sola spes remanserit in eo / amissis rebus omnibus, deseipso siquidem loquit̄ iob in tertia persona. Venerunt quoq; vsq; ad me & pudore cooperti sunt. Iuxta hebræū hr. Venerunt vsq; ad eam & vituperarūt. Fœminini generis ē pnomē: & demōstrat calamitatē iobis. Ad cumulū impietatis spectat q̄ consanguinei iobis uenerūt ad uidendū calamitatē ipsi⁹: & nō solū puduerit eos miseri cōsanguinei sed (quod deterius fuit) uituperauerūt iobē, dicentes q̄ iuste patitur / q̄ meretur miseriam. Vide consanguineos uere méticos cōsanguinitatē factis & uerbis / queadmodum torrentis aqua deficit qn̄ opus est.

¶ Nunc venistis: & modo videntes plagā meā timetis. Iuxta hebræū hr. Quia nūc fuistis ad ipsum: vidistis contritionē & timuistis. hoc est hæc ideo cōmemorauerim qa nunc uos cōfœderati mei fuistis iam p multos dies apud ipsum iob / uidistis calamitatē eius, & timuistis auari ne ego destitutus etiā ope consanguineo℞ peterē a uobis subuētionē / uidentes urgeri iure societatis ad subueniendū miseriæ meæ derelictæ ēt a cōsanguineis meis. ¶ Nūquid dixi. Parui refert q̄ hebraice hr. Num sic dixi. Quādo aperui os ad loquendū uobis uisitātibus me / nū dixi sic: hoc ē subiūcta. afferte mihi & de substātia vr̄a donate mihi. Iuxta hebræū hr. date mihi / & de facultate vr̄a donate p me? Quāuis necessitudinis ratio posceret ut subueniretis mihi, ego tū conscius auaritiæ uræ nō pposui in sermone meo ut daretis mihi aliqd nec ut daretis aliqd alteri p me: puta prædonib⁹ q rapuerūt armēta mea. Et ad hæc magis explicandū subiungit. Vel. Legendū est. Et eripite me de manu hostis: & de manu fortiū redimite me? De seipso loquit̄ eruendo & redimēdo / nō in ppria psona (liber. n. erat) sed in rebus suis raptis. acsi aptius dixisset / clare uidistis q̄ nō erat uobis timendum a petitione mea.

¶ Docete me & ego tacebo. Rephensa auaritia amico℞, rephendit cōsequēter sermones eo℞ / dicendo docete me & ego tacebo. Acsi apertius dixisset, pferte doctrinā & ego tacit⁹ audiā: insinuās tacere p hoc q̄ non docēt / sed pferūt opiniones falsas. patet siqdē in dictis eliphaz multa cōtineri dogmata falsa: vz de punitione impiorū in hac uita / de beatitudine iusto℞ in hac uita / deq; interitu aīæ rōnalis simul cū corpore. Et si qd forte ignoraui instruite me. Iuxta hebræū hr. Et in quo erraui facite intelligere me. Rephenso officio docēdi / rephendit cōsequenter officiū arguendi. arguerat. n. eliphaz iobē, sed nullū pctm̄ inuenerat uere i iobe / q̄uis multa obiiceret. & ppterea iob dicit facite me intelligere (& non tantum audire) quid est illud in quo errauí. acsi apertius dixisset / rationem afferte alicuius mei erroris ut ratio moueat ducatq; ad cognoscēdum in quo erraui. ¶ Quare detraxistis sermonibus veritatis? Iuxta hebræum habetur. Quā roborata sunt dicta rectitudinis? Magnā esse uim dicto℞ rectorum affert, ad insinuādum q̄ dicta eius utpote recta sunt iexpugnabilia, ppter qd̄ & subiūgit. quū e vobis null⁹ sit q possit arguere me. Iuxta hebræū hr. et qs icrepabit icrepādo ex vobis? Ex eo q̄ dicta ab eo

recta esse affirmauerat/infert optime nullũ coꝝ esse tãti ꝙ dicta ipsius icrepa⁊ possit: ¶ Ad increpandum tãtum/eloquia concinnatis: ⁊ in vẽtũ verba ꝓfertis. Iuxta hebræũ hꝫ. Nũquid in reprehendere/verba cogitabitis. Arguit iob amicos ꝙ male exercent officium interpretandi uerba ipsius in deteriorẽ partẽ. interpretatus. n. fuerat eliphaz lamentationem iobis ex lassitudine animi & timiditate prodisse: & propterea iob monendo in futurum/num uerba mea cogitabitis ad repræhendendũ me ? insinuat ꝙ errauerunt male librando uerba eius. Et huic sensui quadrãt subiũcta iuxtã hebraicã ueritatẽ. et in spiritu dicta affecti fastidio: hoc est num cogitabitis dicta affecti fastidio tãq̃ dicta in spiritu ? indiscreta siqdem est interꝑtatio dictoꝝ ab affecto fastidio tanq̃ fuerint dicta ex spiritu: hoc ẽ ex suprema animi parte/ex mente deliberata. Et per hoc insinuat iob ꝙ lamentatio sua in tertio capitulo ꝓposita/non ex deliberata mẽte sed ut declarauimus ex uelleitate tanq̃ ex affectu fastidii ꝓcesserit. ¶ Super pupillũ irruitis: ⁊ subuertere nitimini amicũ vr̃um. Iuxta hebræum hꝫ. Etiam sup pupillũ irruetis: ⁊ fodietis sup sociũ vestrũ. Exaggeratio est præmissi criminis male interpretãdi uerba iobis. assimilat siqdem crimen coꝝ/irruentibus sup pupillũ & fodientibus ad eradicandũ socium. Et ratio secundæ similitudinis est: qa isti interꝑtando male dicta iobis/erant quasi cauãtes malũ sensum sub uerbis. rõ uero primæ est: qa uidẽtes iobem omni auxilio destitutũ, animæquiores effecti ad arguendum eum/erant tanq̃ irruentes in pupillum.

¶ Veruntamen quod cepistis explete. Iuxta hebræum habetur. Et nunc volite. Completo sermone de præteritis male gestis ab amicis, monet ut deinceps aliter uelint se habere. Quid autem petat ab eis/subiungit. præbete aurem ⁊ videte an mẽtiar. Iuxta hebræum hꝫ. Vertite vos in me/⁊ sup facies vr̃as an mentiar. Ordo literæ est. & an mentiar sup facies ur̃as: uertite uos (nõ corpore sed aĩo) erga me: & sic recto erga me animo uidebitis an mentiar coram uobis: hoc est an errẽ an peccem uobis præsentibus. ¶ Respõdete obsecro absq; contẽtione. Iuxta hebræũ hꝫ. Reuertimini obsecro/nõ erit iniqtas. Declarat quod dixerat uertite uos in me/reuertimini obsecro ad pristinã amicitiã, ita ut nõ sit iniqtas in collatione nostra sicut nec erat prius ante ruinam meam. et loquentes/id quod iustũ est iudicate. Iuxta hebræum habetur. et reuertens adhuc iustificatio mea ĩ se. Ecce fructus reuersionis eorum/ꝙ adhuc erit simul reuertẽs iustificatio mea ĩ seipsam. Et dicit adhuc: quoniã iam cœperat monstrare iustificationem suam: & sciebat ꝙ si reuerterentur ad rectam censuram, iustificatio quoq; sua reuerteretur coram eis in seipsam: quia declaraturus erat mentem suam. ¶ Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem. Parui refert ꝙ hebraice habetur. An est in lingua mea/iniquitas? Dixerat an mentiar coram uobis: explicat modo per partes quod in genere dixerat dicendo an in lingua mea est iniquitas/per declinationem ab eo quod est iustum & æquũ: nec in faucib⁹ meis stultitia personabit. Iuxta hebræũ habetur. et an palatum meum non intelliget fractiones: hoc est & an internũ palatũ mentis meæ malũ habeat iudiciũ de afflictionibus quibus frangimur a deo. hæc. n. duo imputabantur iobi: & ꝙ intus male sentiebat de afflictionibus hominum a deo (puta ꝙ non essent pro peccato) & ꝙ inique loquebatur præferendo mortem uitæ.

Militia est vita hominis super terram. Iuxta hebræum habetur. **Nonne tempus homini super terram?** hoc est nonne tempus est hominis q̃diu uiuit super terram? Postq̃ iob prosecuturum se iustificationis suæ causam proposuit, argumẽtatur aduersus eliphaz dogmatizantem aliquod præsentis uitæ tempus (vz post sex afflictiones) est tempus beatitudinis. Et uere sapiens philosophus fuit iob, qui uiuere spectando ad tẽpus dixit proprium esse hominis q̃diu uiuit. solus enim homo inter animalia uiuit utẽdo omnibus differentiis temporis quatenus tempus est. sicut enim solus homo reminiscitur, ita solus homo uiuit conferendo præterita futuris: reliqua enim animalia instinctu naturæ uiuunt & thesaurizant. cuius signum est ꝙ formica nuper nata, æque thesaurizat sicut formica quæ passa est hyemem. ¶ Et aduerte ꝙ iob plus dicit & minus intendit. nam intendit ꝙ uiuere spectando ad futurum proprium est homini in tota uita eius: & quia hoc conuenit homini quatenus utitur tempore ut tempus est (hoc est tẽpore secundum omnes temporis differentias absolute) ideo dicit nonne tempus homini super terram? declaraturus paulo post id quod intẽdit. **Et sicut dies mercenarii dies eius?** Duo proponit de tempore uitæ hominis. alterum ꝙ homo semper uiuit spectando ad futurum: alterum ꝙ tempus uitæ hominis est sicut tempus mercenarii. Et utrũq; directe militat aduersus eliphaz, dicentem esse aliquod tempus uitæ hominis in quo homo uiuit beatus. si enim homo q̃diu uiuit spectat ad futurum, iam non est beatus. talis enim uiuendi modus signum est ꝙ homo non est assecutus beatitudinẽ: nam beatitudo est terminus & finis: spectare autem ad futurum est tendentis ad ulteriora. Et similiter tempus mercenarii contrariat̃ tempori beatitudinis. nam tempus mercenarii expectat mercedẽ futuram, tẽpus aũt beatitudinis habet illam præsentem. Arguit itaq; iob opinionẽ eliphaz: tũ ex ratiõe naturali, q̃a modus uiuendi hoĩs ẽ spectãdo ad futuꝝ. tũ ex ratiõe ueræ fidei: q̃a totũ tẽpus præsentis uitæ ẽ sicut tempus mercenarii: ac per hoc expectans mercedem beatitudinis in alia uita.

¶ **Sicut seruus desiderat vmbrã: & sicut mercenarius præstolatur finẽ operis sui. Sic & ego habui menses vacuos: & noctes laboriosas enumeraui mihi.** Iuxta hebræũ hr. **Sicut seruus desiderabit vmbram: & sicut mercenarius sperabit operã suã. Sic hereditaui mihi menses falsitatis: & noctes laboris supputarunt mihi.** Proposuerat duo: declaraturus utrunq; inchoat morẽ solito a postremo. Declarat itaq; sensum similitudinis sicut dies mercenarii dies eius, intelligi quo ad tempus laboris mercenarii. declarat autem hoc ex similitudine suimet secundũ tempus hæreditate acceptum, ad seruum desiderantẽ umbram & ad mercenarium sperantem mercedem operis sui. seruus enim non desiderat umbram quando habet eã, sed quando æstuat laborans sub solis ardoribus iussus a domino suo: & similiter mercẽarius nõ sperat mercedẽ quãdo habet eã, sed quãdo operat̃ sub spe mercedis. His inquã iob assimilat se, nõ secũdũ ꝙ iob sed ĩ psona oĩum hoĩum. et propterea dicit ꝙ hæreditaria successione accepi mihi tempus plenum falsitatis & laboris: falsitatis quidẽ quo ad ĩtelligibilia, laboris uero quo ad appetibilia. Omnes. n. sumus hæredes antiquarum opinionum, refertarum innumeris falsitatibus: in quibus tñ doctrinis gaudemus nos occupare menses nostros, & omnes sumus hæredes exerci-

dorum patrum & auorum:& in huiusmodi laboribus exercemus nos/non solū diebꝰ sed etiam noctibus. Merito itaq; dies hominis sunt sicut dies mercenarii dum operat: quia tempus patrum nostrorum & nostrum/tot falsitatibus & laboribus refertum est ut ad ueritatem & quietem semper suspiret quēadmodum seruus qui sole uritur ad umbram & mercenarius operans ad mercedem. ¶ Si dormiero dicā quando cōsurgam: Declarato altero propositorum/declarat nunc primo propositum: ue3 nōne tempus homini: Declarat autem sensum intentum: ue3 ꝙ homo ꝙ̄diu uiuit/uiuit spectādo ad futurum. Et manifestat hoc/tum in quiete tum in exercitatione operis. & inchoat a quiete naturali: qualis ē somnus. morale siquidem est homini ut iens dormitum cogitet de tempore surgendi a somno:& similiter ut mane cogitet de diurno tempore usq; ad uesperam. Et ideo subiungit. et rursum expectabo vesperam: & repleboꝛ doloꝛibus vsq3 ad teneboꝛas. Iuxta hebræum habet. et mēsuratio vespere: & faciaui me vagationibus vsq3 ad vesperam. Occupationes uarias hominum appellat communi nomine uagationes. & explicat utroq; tēpore q̄d est proprium hominis. nam non dicit si dormiero surgam quādoq;: sed dicit si dormiero/dixi quando surgam: dicere. n. quando surgam/est conferre tempus præsens futuro quod est proprium hominis. & similiter mensurare tempus a mane usq; ad uesperam/actio est propria homini. Apte quoq; describitur homo saturatus uagatiōibus diurnis: eo ꝙ non desunt/sed usq; ad sacietatem in promptu semper adsunt diuersæ uagationes hominibus. Ex hoc ergo signo ꝙ tam in principio noctis ꝙ̄ in principio diei/tam in principio quietis ꝙ̄ in principio exercitationis homo uiuit spectādo ad futurum, declarauit ꝙ uiuere spectando ad futurum proprium est homini: ac per hoc nullum tempus uitæ hūanæ est tēpus beatitudinis, cuius cōtrariū dixerat eliphaz in. 5. cap.

¶ Induta est caro mea putredine & soꝛdibus pulueris. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Induta est caro mea vermē & frustum pulueris. Eliphaz dixerat non solum in genere de tempore beatitudinis hominis: sed etiam in calce capituli quinti descenderat ad iobem in indiuiduo, monendo ipsum audi & tu & sapito tibi/procul dubio ut ad beatitudinem te præpares. huic inquam monitioni respōdet mō iob/confutando illam ex præsenti dispositione corporis sui: manifestans ꝙ corpus suū est sic male dispositum ut inhabilem ipsum reddat ad expectandum beatitudinem descriptam ab eliphaz. & propterea dicit carnem suam uestitam iā uermibus natis ex ulceribus/& uestitam similiter frustis pulueris: quia in cinere sedebat/& tam agglutinatꝰ erat cinis cruore imbibito ut frusta pulueris confecta essent. cutis mea aruit et contracta est. Iuxta hebræū hr̄. cutis mea scissa est & abominabilis facta est. Sentētia clara est: quia ad literam uerificatur. Et ex istis manifestatur ꝙ̄ dira fuerit plaga personæ iobis: quod prius tacitum fuerat. ¶ Dies mei velocius transierunt ꝙ̄ a texente tela succiditur. Iuxta hebræum hr̄. Dies mei fuerunt agilioꝛes nauicula textoꝛis. Textoris nauicula uehiculum est fili ad texēdum/& hinc & inde continue agitur: & quanto agilior est/tanto citius consumitur filum uectū in ea. dies autem iobis assimilantur nauiculæ textoris quatenus uehentes uitam ipsiꝰ iob tanꝙ̄ eundo & redeundo: secundus enim dies repetitio est primi. Et intendit ad literam ꝙ dies sui quatenus uehētes uitam ipsius/citius terminati sunt ꝙ̄ uicturus fuisset

secundum naturæ cursum, hoc.n. sonat & huc tendit maior agilitas dierum suorum q̄ nauiculæ textoris: narrat.n.q̄ dies sui acti sunt cum tanta agilitate ut filum uitæ suæ longe plus duraturum/citius finitum fuerit. Et prosequendo metaphorã subiungit. **et consumpti sunt absq̄ ulla spe.** Filum nauiculæ textoris finitur quidem sed cũ spe (nam ponitur in ea calamus cum alio filo donec compleatur tela) dierũ uero meorum accelerata consumptio est sine spe prorogationis uitæ, ex magnitudine siquidem ægritudinis cum uehementia doloris/iudicabat rationabiliter uitam suam consumptã: & propterea impossibile esse sibi q̄ expectaret beatitudinẽ ꝓmissam ab eliphaz.

¶ **Memento quia uentus est uita mea.** Iuxta hebræum habetur. **Memẽto q̄ spiritus uitæ meæ.** Et ẽ numeri pluralis uitæ meæ. Dixerat iob in cap.3. ꝓponendo lamentationem suam q̄ si olim mortuus fuisset requiesceret nunc cum regibus & consulibus terræ &c. contra quod dixit eliphaz in cap.4.q̄ fundamentum hominis est puluis/& in morte non habet quod ponat: insinuando q̄ anima hominis desinit simul cum homine. Et propter utrunq̄ dicit modo iob/hominis animã post mortem perseuerare semper sine corpore: tum ne putarent q̄ ipse in dictis in tertio capitulo crederet circulum animarum: tum ne ex uerbis eius intelligeretur q̄ animæ separatæ sunt extra statum tam pœnæ q̄ præmii/ut uerba eius ibidem præ se ferebant: tum aduersus eliphaz/dicentem animam hominis simul mori cum corpore. Et apostrophat ad deum/supplicando illi memẽto q̄ spiritus est uitarum mearum. in hoc.n. q̄ dicit uitas suas prodire ex spiritu/dicit animam suam esse spiritum: ac per hoc immortalem/ contra eliphaz. Per hoc autem q̄ supplicat deo ut recordetur spiritus eius nunq̄ reuersuri ad corpus/excludit non solum circulum animarum sed etiam statum exemptũ a pœna & præmio. uana siquidem esset supplicatio pro spiritu suo separato/ nisi spiritus separatus puniendus uel beandus esset. Ad hæc itaq̄ tendit uniuersa hæc particula, affirmans animas hominum uiuere quidem post mortem hominis sed nunq̄ redituras ad hanc uitam. Nec doctrina hæc militat aduersus ueram fidem resurrectionis mortuorũ: quoniam nec tunc reuertentur animæ ad similẽ uitam in corporibus, sed ad uiuendum in corporibus absq̄ cibo & potu & usu uenereorum/absq̄ præliis & dominio & ciuitatibus &c. **et non reuertetur oculus meus ut uideat bona.** Discerne prudens lector inter spiritum & corpus. spiritum nanq̄ suum commendat deo: de corpore autem dicit & non reuertetur oculus meus (procul dubio corporeus) ut uideat bona / præsentis uitæ. ¶ **Nec aspiciet me uisus hominis.** Parui refert q̄ hebraice hr. **Nec aspiciet me oculus inspectoris mei.** Conuersationem humanam qualis nunc est excludit/negando mutuos conspectus futuros quales docent credentes circulum animarum. **oculi tui in me & non subsistam.** Iuxta hebræum habet. **oculi tui in me & non ego.** Quamuis non sit futurus iterum mutuus conspectus hominum/oculi tamẽ tui deus semper uidebũt me, ita tamen q̄ non ero ego/homo compositus ex anima & corpore. uidebunt.n. semper oculi tui me/hoc est spiritum meum: sed ego qui constituor ex anima & corpore/non ero. ¶ **Sicut consumitur nubes & pertransit.** Parui refert q̄ hebraice habetur. **Cõsumpta est nubes & iuit.** hoc est consumpta est nubes & iuit per resolutionem in ea in quæ resoluenda erat. Dixerat & non ego: affert modo similitudinem manifestantem q̄ non ego in æternum. **sic qui**

descendit ad inferos. Iuxta hebræum habetur, sic descendens ad foueã nõ ascendet. De homine est sermo, homo enim naturaliter consumitur/& uadit per resolutionem in animam & corpus in foueam: sepulchri quidem quo ad corpus/inferni aũt quo ad animam, ante mortẽ siquidem christi omnium hominum animæ descendebãt ad inferos, Et propterea de ipso homine dicitur ꝙ quemadmodum nubes consumpta est & iuit per resolutionem absqꝫ reuersione eiusdem, ita homo descendens in foueam per resolutionem in animam & corpus nunꝗ̃ ascendet de fouea/nunꝗ̃ redibit ad hanc uitam, Et ad maiorem explicationem subiungitur ꝙ nunꝗ̃ redibit in domum olim suã neqꝫ cognoscet eum locus dignitatis eius/non redibit iterum rex seu princeps &c. Et assumpsit similitudinem ex nube consumpta: quoniam in ipsa uidemus ad sensum cõsumptionem absqꝫ reditu eiusdẽ net indiuidui cũ frequenti reditu similiũ in specie: ut et ex ipsa similitudine insinuaret hoiem nõ redire eundẽ net sed similẽ postea generari. ¶ Nõ reuertet ultra ad domũ suã: neqꝫ cognoscet eũ ãplius locus eius.

iiii Quapropter & ego non parcã ori meo. Iuxta hebræum hr. Etiam ego non prohibebo os meum. Postꝗ̃ iob respondit ad obiecta multa eliphaz/redit ad declarandum sensum pariter & rationem lamentationis suæ, promiserat.n. in calce præcedentis capituli ꝙ si amici reuerterentur ad æquitatem animi/efficeret ipse ut iustificatio quoqꝫ sua rediret in seipsam, & propterea dicit ꝙ adhuc nõ uult cohibere os suum a lamentatione ut declaret sensum illius. loquar in tribulatione. Parui refert ꝙ hebraice habetur, in angustia spiritus mei. Vere siquidem loquetur in angustia spiritus/hinc & inde urgentibus rationibus diuersis iudicioꝝ dei. confabulabor cum amaritudine. Legendum est, in amaritudine animæ meæ. Duas præmittit radices futuri sermonis (alteram angustiam spiritus inter diuersas rationes/alteram amaritudinem uitæ ex plagis propriis) ad manifestãdum amicis suis rationem subiunctorum, ne interpretentur in malam partem sicut prius. ¶ Nunquid mare ego sum aut cetus, quia circundedisti me carcere? Iuxta hebræum hr. Nunquid mare ego/nunquid cetus, ꝙ pones super me custodiam? Ecce sermo ex angustia spiritus directus ad deum perscrutando rationes diuinorum iudiciorum, & hoc directe aduersus eliphaz/dicentem nõ immitti mala homini a deo nisi propter ipsius hominis peccata, Inuestigando siquidem an deus immiserit sibi hæc mala pro custodia/quemadmodum deus custodit mare & custodit cetum, docet ꝙ deus quandoqꝫ angustat hominem aliquem ne noceat aliis/præponendo commune bonum libertati priuatæ alicuius, tali siquidem ratione custodit deus mare ne operiat terram, præponẽdo salutem animalium uiuentium in sicco/primææ dispositioni elementorum qua aquæ tegere deberent terram, cetum quoqꝫ (hoc est piscem maximum) custodit ne ueniat ad mare mediterraneũ/ne noceat cõmoditati hũanæ. ¶ Nec sis adeo rudis ut intelligas custodiã maris & ceti extra opa naturalia: sed qa opus naturæ ẽ opus intelligẽtiæ/ideo iob uerissime attribuit hmõi custodiã diuinæ puidentiæ. ¶ Si dixero consolabitur me lectulus meus. Ecce sermo ex amaritudine animæ: Et hebraice habetur, Quia dixi/consolabitur me lectus meus: affirmat.n.se sperasse quietem somni in lecto/ut sic consolationem aliquam acciperet. et releuabor loquens mecum in stratu meo. Sententia optime redditur: nam

hebraice habetur. eleuabit in eloquio meo stratus meus. In idem.n.redit rele uari secum loquendo in proprio stratu/& eleuari a proprio stratu secum loquendo. ele uari.n.ad partem spectat contemplatiuam/releuari uero ad appetitiuam:sed hæc mu tuo se inferunt. In quiete proprii colloquii ad seipsum/asserit se sperasse quoq; consola tionem ex meditatione qua homo secum loquitur in loco quieto. Terrebis me p somnia: & per visiones horrore concuties. Iuxta hebræum habet. Et ter ruisti me in somniis: & a visionibus stupefecisti me. Iuxta duo prius di cta (vz de consolatione lecti & de eleuatione in colloquio) duas afflictiones comme morat sibi datas a deo. alteram dormienti per terribilia somnia: alteram uigilanti ac me ditanti per horribiles uisiones. satan.n.acceperat potestatem aduersus iob citra ægritu dines mortales. & propterea uexabat eum etiã in animo: commouendo phantasmata dormientis, & formando horribiles apparitiões in imaginatiua uigilantis/uel etiam in aere relatiue ad sensus iobis.

¶Quamobrem elegit suspendium anima mea: & mortem ossa mea. Iuxta hebræum hr. Et elegit plus q̃ strangulationem anima mea: mor tem plus q̃ ossa mea. Inter tot dolores corporis & afflictiones animi quid elegerit commemorat/ampliando lamentationem suam in cap.3. scriptam. ibidem.n.manife stauit se præferre mortem uitæ: hic autem manifestat q; non solum cõcupiuit mortem/ sed etiam uiolentum moriendi modum. Parum dico: quia ait animam suam elegisse nõ solum strangulationem (quæ est mors uiolenta) sed plus q̃ strangulationem: hoc est quẽcunq; peiorem modum moriendi. Quod autem subdit mortem plus q̃ ossa mea hebraico more postponit: phrasis.n.hebræa præponit maius minori. latine.n.dicendũ fuisset & elegit mortem plus q̃ ossa mea/plus q̃ strangulationem anima mea. Et ad lit teram dicit mortem plus q̃ ossa mea/ad insinuãdum q; sola fere ossa remanserãt in eo/ consumptis iam carnibus dolore & uermibus. Desperaui / nequaq̃ vltra iã viuam. Iuxta hebræum hr. Abominatus sum/non semper viuam. Res ab ominatione habita significatur per hanc particulam/non semper uiuam. & ẽ sensus/ abominatus sum meipsum mortalem. Vbi aduerte prudens lector q; ordo harũ triũ particularum est/& abominatus sum me mortalem & elegit anima mea mortẽ & plus q̃ strangulationem: sed metri causa non ordinate scribuntur. Et recole q; protestatus est iob hæc elegisse animam suam/non absolute sed secundum amaritudinem animæ suæ. quẽadmodum.n.(ut in præcedenti præmisit capitulo) iudicium diuersum est eorũ quæ gustantur ab habente saliuam sanitatis uel ab affecto saliua amara, ita alia est electio affecti amaritudine uitæ & alia est electio animi liberi. illi.n. consonant ea quæ tollunt amaritudinẽ uitæ: & propterea cõsonat ei plus mors q̃ uita: & tam ingens potest esse amaritudo uitæ ut cõsonet ei plus q̃ strangulatio. Et propterea iob ad manifestãdum maximam uitæ suæ amaritudinem, dicit & q; abominatus est se mortalem / & q; elegit plus q̃ strangulationem: non q; absolute hos actus exercuerit, sed ut dictum est secun dum uelleitatem & secũdum appetitum inferiorem affectum amaritudine. parce mi hi domine. Iuxta hebræum habetur. prohibe a me. Huc tendit uniuersa comme moratio recitatarũ afflictionum & electionum: vz ad supplicandum deo ut phibeat ab eo tum augmentũ tum cõtinuationem tam ingẽtis doloris & terroris. Et ad literã

subiungit hanc supplicationem tanq̃ temperamentum præmissæ electionis. Acsi ap-
tius dixisset, inter tot mala elegi secundum amaritudinem quidem animi & mortem &
plus q̃ strangulationem: secundum uero mentem seu simpliciter & absolute/ elegi sup-
plicare deo ut prohibeat a me augmentum & continuationem doloris & terroris. Et p
hoc declarat internam dispositiõem animi sui fuisse rectam. nihil enim sunt dies
mei. Iuxta hebræum habetur. quia inanitas dies mei. Aduersus orationem eli-
phaz orat iob. ille .n. supplicaturũ dixit se deo ut purgaret eum & faceret beatũ in hac
uita: quo contra iob orando petit ut deus desistat a tanta afflictione, non ut beatũ eum
faciat in hac uita/ sed quia dies uitæ suæ sunt inanitas. Minus explico: quia dictio he-
braica significat plus q̃ uacuũ. Ex hoc itaq; q̃ dies uitæ eius qui supersunt sunt uacui
omni spe bonorum temporalium, supplicat q̃ minuat hoc malum. Et hic subitelligit̃
absq; repetitione/ ratio dicta in præcedenti capitulo: scilicet ne auctum uel continua-
tum malum abducat mentem a rectitudine. Ita q̃ si perspicacius intellecta fuerit hæc
petitio, supplicat deo ut prohibendo hæc mala custodiat ipsum ne ruat in peccatũ.
¶ Quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eũ
cor tuum? Iuxta hebræũ hr. Quid homo q̃ grandiuisti eum: & q̃ pones
ad eum cor tuum? Interpollatim ratiões diuersas iudiciorum diuinorum aduersus
eliphaz profert. prius enim aperuerat q̃ deus angustat quandoq; hominem ne noceat
aliis: modo autem manifestat q̃ deus affligit quandoq; hominem ut probet illum. per
hæc .n. confutatur eliphaz, dicens hominem affligi a deo ob peccatum proprium dun-
taxat. Ait itaq; ad deum, quid homo q̃ grandiuisti eum? Præsupponit hominem: & ad-
miratur q̃ deus grandierit eum. Præsupponẽdo itaq; hominem/ præsupponit natura-
lia hominis: & admiratur hominem postea factum a deo grandem/ proculdubio in su-
pernaturalibus perficientibus naturam: in donis fidei/ spei & charitatis: & ut unico di
cam uerbo/ in hoc q̃ ordinatus est ad supernaturalem beatitudinem. ualde enim gran-
diuit deus hominem, quum gratuito beneficio contulit homini posse adipisci superna
turalem beatitudinem qua gaudent angeli beati: & uere dignum est admiratione q̃ ho-
mo mortalis secundum corpus/ habens animam rationalem in infimo ordine creatura
rum rationalium/ fit eleuatus a deo in tantam magnitudinẽ ut perueniat ad supremã
beatitudinem creaturarum intellectualium. ¶ Et tu perspicax lector scito q̃ oportuit
iobem talem hominis magnitudinem commemorare hic/ ut redderet rationem quare
deus affligit hominem probando illum. Probatio siquidem hominis per afflictiões/ nõ
apparet ratiõabilis relatiue ad naturalia hominis præcise: sed q̃ deus affligat homines
probando illos relatiue ad supernaturalia communicata homini/ rationi consentaneũ
est. per afflictiones siquidem abstrahimur ab affectu carnis ac mundi: & discimus eleua
ri ad supernaturalia nobis promissa: & interuenit nonnulla commutatio bonorũ præ-
sentis uitæ cum bonis futuræ fœlicitatis. ¶ Consequenter autem subiũcta uerba sub ea
dem admiratione & q̃ pones ad eum cor tuum? ad eundem supernaturalium ordinem
spectant. Et est sensus, quid est homo q̃ fecisti eum capacem beatitudinis supernatura
lis/ & q̃ indefessam curam iugiter habes ad adducendum hominem in illam beatitudi
nem. in hoc enim officio continue deus perseuerat: & ꝓpterea scribit̃ in futuro. ¶ Visi-
sitas eum diluculo: & subito probas illum. Iuxta hebræũ hr. Et visitasti

cum in matutinis: in momentis probabis eum. Executio antedictæ curæ scribitur in uisitatione & probatione. Recole q eliphaz in capitulo quinto dixit homi nem beatum post sex afflictiones: aduersus siquidem illam opinionem dicit iob t. m in matutinis q̃ in momentis. & est sensus q deus uisitat homines conferendo eis gratiam perfectarum uirtutum in matutinis: hoc est ante quamlibet afflictionem / ita q non est opus afflictione purgatiua ad habendum uirtutem perfectam. Et hoc apparet in san ctis multis / prius habentibus perfectas uirtutes q̃ tribulationes. Dictio autem interpre tata probabis / non plene explicatur: quoniam significat probationem ad eligendum. & est sensus q deus probat electos in momentis: hoc est absq successione temporum. dixerat enim eliphaz q sex tribulatiõibus opus erat: dicit iob q deus probat homines in momentis quibuslibet / & non est opus expectare successionem temporum. ¶ Homi nes autem probare attribuitur deo / non proprie sed metaphorice sicut & irasci: ye3 se cundum similitudinem effectus: hoc est q deus operatur ad instar probantis & exami nantis homines per flagella. facit enim similem effectum effectui quem faceret probans & examinans. quorsum autem / iam dictum est. Vbi uides q iob admiratur diuinã be neficentiam in omnibus istis quattuor actionibus: & docet q propter supnaturalia bo na affligit deus electos tanq̃ probans & examinans illos: simulq tempora eliphaz cõ futat. Est & aliud mysterium in hac admiratione: ve: q eliphaz cõuertendo sermonem suum ad deum, commemorauit deum facientem magna & inscrutabilia / dantem plu uiam &c. iob autem alloquens deum / admiratur diuinam beneficentiam in collatiõe su pernaturalium donorum: ut & hinc perpendamus quantum præstet oratio orationi. ¶ Vsqquo nõ parcis mihi: nec dimittis me vt glutiam saliuã meã & iuxta hebræum hr. Vsq3quo non vertes a me: non facies laxare me do nec glutiam ego saliuam meam? Simili fine concludit probationẽ suam quali concluserat afflictiones suas. concluserat enim petendo ut cessaret deus a tam uehemẽ ti afflictione: concludit similiter modo petendo laxitatem minimã. Et tali petitiõe ma nifestat iob se affligi a deo per modum probationis. dixerat in genere q deus probat homines: nunc applicat ad seipsum q probatur a deo per huiusmodi afflictiones / petẽ do laxitatem uel paruulam. Et uniuersum uitæ suæ tempus reliquum assimilat tempo ri paruissimæ morulæ qua glutimus saliuam propriam. ita q ad literam petit relaxari dolores & terrores in hoc residuo uitæ suæ / quod est tam breue q̃ tempus necessarium ad glutiendum saliuam. Et adiecit hoc directe contra monitionem eliphaz / suadẽtis ut precaretur deum ad hoc ut in hac uita postea uiueret beatus. contra hoc enim directe petit tempus ad glutiendum saliuam propriam: hoc est tempus tum minimum tum ne cessarium ad uitam / in aliqua laxitate concedi. Et si hebraicæ literæ ordinem cupis / di cito. usqquo non uertes probationem a me, nõ facies laxare me tum corpore tum ani mo? hæc enim laxitas effectus est primæ actionis.

¶ Peccaui. Officia multa simul exequitur. nam contra interpretantes q ipse dixerit se non peccasse / ait deo peccaui. & postq̃ rogauit relaxari probationem / consequẽter supplicat condonari sibi peccata: & inchoat a confessione peccati / dicendo peccaui. quid faciam tibi o custos hominum? Parui refert q hebraice habetur. quid operabor tibi custos hominis? Fatetur impotentiam suam ad repensandũ in

iuriam factam deo quatenus est custos hominis.contra custodiam siquidem peccat / quicunq; sub alicuius custodia deputatus declinare attentat.& iuxta hanc metaphorã aduersus deum custodem hominis peccamus/quoties a praestitutis religiõis uel prudẽtiae terminis declinamus.Agnoscens itaq; caelsitudinem custodis in quem peccauit / & conferens cum propriis uiribus,uerissime dicit quid operabor tibi? asserendo per hoc nullam sibi superesse operam ad repensandum peccatum,uerissimum siquidem est q; homo nihil potest reddere deo p peccato:sola enim dei gratia remissio fieri potest peccati.Nec sermo iste iobis est excusatorius:sed quẽadmodum confessus est se peccasse / ita profitetur posuisse seipsum in huiusmodi impotentia repensandi deo. utrunq; enim propria uoluntate facimus.quare posuisti me contrarium tibi.Iuxta hebraeũ hr.quare posuisti me in obuium tibi.Metaphora est.quũ enim alicui eũti unus aliquis semper inuenitur obuius/non q; ille occurrat eunti sed econuerso quia uadens semper quasi impingit in illum,habetur ille sic obuius fastidio.Et iuxta hanc similitudinem dicit iob deo quare posuisti me in obuium tibi : hoc est quare habes te circa me tanq; fastidio habitum/sicut fastidio habetur iugiter obuius eunti. Et uerificat hoc in deo relatiue ad eum qui peccauit/pro quanto non dat illi gratiam uere resipiscendi . & haec est ratio propter quam peccator caret operatiõe grata deo pro peccato cõmisso. et factus sum mihimet ipsi grauis?Iuxta hebraeum habetur. et fui sup me in onus? Iussisti domine & sic est ut omnis inordinatus animus sibiipsi sit poena / inquit aug . & gregorius ait peccatum quod per poenitentiam non diluitur/suo pondere ad aliud trahit.propter haec.n.uerificatur sententia iobis/& fui super me in onus. Scito hic q; hebraei referunt thalmudistas tradere q; antiqui rabini mutauerunt hãc literam & multas alias sacrae scripturae quas arbitrati sunt indecenter sonare : & in hac litera aiunt mutatum esse pronomen secundae personae in primam.ita q; secũdum primaeuum textum legebatur/& fui super te in onus?Quod si uerum est,ignorantiã suam monstrauerunt magistri illi.non enim malesonat metaphora & fui super te in onus:sed tanq; praecedentis sententiae effectus quadrat, quia posuisti me in obuium tibi ideo habitus sum apud te tanq; qui est alicui in onus/quia elongasti me a gratia tua ideo merui tractari a te tanq; si essem in onus tibi.Haec dixerim non ut adhibeatur fides thalmudistis (quoniam ea facilitate possunt reiici qua & admitti) sed ut cauti sint lectores nec credulas praebeant aures. Et format istas interrogationes ad insinuãdũ duo. Alterũ ut cognoscatur ratio quare homo & peccat & non potest satisfacere pro peccato.& hoc directe supra eliphaz/dicentem q; homo natus est ad peccatum.Longe altius dicit iob q; ratio peccandi & impotentiae satisfaciendi/est negatio diuinae gratiae . cõsiderat enim iob peccatum quatenus est offensa dei custodis hominum.& propterea dicit quid faciam tibi o custos hominum,quũ tu posueris me tanq; exosum tibi & tãq; sim tibi in onus:hoc est tanq; sim tibi grauis ad uidendum me.haec enim ad negationẽ gratiae spectant. Eliphaz autem cõsiderauit peccatum quatenus est declinatio a rectitudine:& propterea dixit q; homo natus est ad peccatum.& philosophi consequenter dicunt q; prauus frequentibus exercitationibus ad meliora/fit bonus.uera siquidẽ sunt haec naturalia:sed caelsiora sunt mysteria gratiae quae tradit iob. Alterũ ut cognoscatur q; haec dependent ex simplici dei uoluntate.conferre enim & non conferre gratiã / diuini est

uini est beneplaciti: iuxta uerbū christi matth. xi. ita pater quoniam sic placitum ē ante te. ⁋ Sed occurrit quæstio quomodo hæc uerificantur de iobe, quum ipse sanctus uir fuerit & in dei gratia constitutus. Solutio est q ista uerificātur de persona iobis secundum propria merita: hoc est quatenus ex uiribus propriis operabatur: uniuersæ enim iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ / & multo magis peccata etiam sanctorum merentur negationem gratiæ / merentur q homo habeatur ut exosus relatiue ad beatitudinis supernaturalis fœlicitatem quæ in consortio consistit diuino.

⁋ Cur non tollis peccatum meum: et quare non aufers iniquitatem meam? Iuxta hebræum habetur. Et cur non leuabis rebellionem meam / & facies transire iniquitatem meam? Hebraicæ phrasis est leuare peccatum pro condonare peccatum. & idem significatur per facere transire illud. Et ratio metaphoræ primæ est: quia quum deus ignoscit peccatori, tanq̄ e supernis tollit onus peccati quasi leuando illud ab homine. ratio uero secundæ est: quia quum deus ignoscit peccatori, efficit ut peccati macula non maneat in eo / sed ab eo quasi transeundo euanescat. ⁋ Post itaq; confessum peccatum / post confessam impotentiam satisfaciendi, supplex petit ueniam admirando causam quare deus negat ueniam. Vbi primum scito quo ad sensum literæ / rebellionem sonare peccatum quatenus est auersio ab incommutabili bono ipso deo: iniquitatem autem sonare peccatum quatenus a rectitudine iuris declinat. Aduerte deinde q tollere peccatum potest intelligi uel quo ad culpam uel quo ad pœnam. & utroq; modo uerificatur litera hæc. nam & quo ad culpam ignorans iob an deus ignouisset sibi peccata sua / petit tolli illa: & quo ad pœnam uidebat se continue affligi / & propterea petit tolli peccata sua quo ad pœnam. ⁋ Sed insurgit quæstio: quia iob non uidetur constans sibi ipsi, eo q in principio sexti capituli affirmauit se longe plus pati q̄ mereantur peccata sua: quomodo ergo nunc petit tolli peccata sua quo ad pœnam quam patiebatur? Solutio est q peccata nostra possunt dupliciter iudicari & puniri: uel secundum rigorem omnem quem diuina seueritas posset exigere / uel secundum solitum diuinæ iustitiæ modum. Et sic locutus est iob in principio sexti capituli: primo autem modo loquitur hic. & propterea admirando dicit cur non leuabis / seruando solitum iustitiæ tuæ cursum. & hoc quo ad pœnam: nam quo ad culpam admiratio ad causam secretæ uoluntatis diuinæ ignotam refertur. Ecce nūc in puluere dormiam, & si mane me quesieris non subsistam. Iuxta hebræum habetur. quia nunc in puluere iacebo, & queres me & non ego. Aduersus beatitudinem promissam ab eliphaz post conuersionem hominis ad deum / affert pro ratione q nunc morietur. Acsi apertius dixisset. non ideo peto ueniā ac remissionē pœnæ ut residuū uitæ meæ fœliciter agam / ut eliphaz suadet: quia nunc in puluere iacebo mortuus (hoc est quia statim sum moriturus) & quæres me / secundum spiritum, & non ego / compositus ex anima & corpore inueniar sed secundū spiritum tantum. ⁋ Collige ex dictis iobis causas tres quare deus affligit hominem: uel propter peccatum proprium / uel ne noceat aliis / uel ad probandum hominem. & q ex istis confutantur duo dicta eliphaz: alterum q homo affligitur a deo propter peccatum duntaxat: alterum q deo affligente innocentem infertur q homo esset iustior

deo. probante siquidem deo innocentem / perspicuum est illationem esse falsam. Collige quoq; petita a iobe precante deum, & inuenies duo præcipue petita: vez ueniã commissorum peccatorum/ & præseruationem a futuris peccatis. nam relaxationem pœnæ petiit ut medium ad non peccandum: timebat enim (ut sæpe dictum est) menti suæ a continuato dolore & terrore. Et hinc patet spiritualis affectus iobis in oratione/ aduersus mundanum affectum eliphaz in sua oratione.

CAPVT .VIII.

Respondens autem baldad. Legendum est. Et respondit bildad suhites. Secundo iobis socio/ secundus loquendi locus datus é. et dixit. Vsqzquo loqueris talia. Iuxta hebræũ habetur ista. incipit siquidem loqui arguendo iobem q; perseueraturum se profert in sentẽtiis illis quæ in duobus præcedentibus capitulis sunt scriptæ. Ac si apertius dixisset. uideo q; frustra moneris/ q̃diu durabit hæc pertinacia tua? et spirit⁹ multiplex sermonis oris tui? Iuxta hebræum habetur. et spiritus fortis dicta oris tui? Magnanimitas iobis arguitur: eo q; corpore nõ solum attenuato sed consumpto/ eius spiritus fortis perseuerabat in dictis ore proprio.

¶ Nunquid deus supplantat iudicium: aut omnipotens subuertit quod iustum est? Iuxta hebræum habetur. Num el torquebit iudiciũ? & nũ saddai torquebit iustitiam? Resumit bildad argumentum eliphaz de iustitia dei: quia iob non explicite responderat illi argumento. Concordant itaq; bildad & eliphaz aduersus iobem/ in argumento q; deus esset iniustus si non in hac uita redderet bonis bona & malis mala. & propterea horrendo tantum nefas/ dicit nunquid el torquebit iudicium? profert siquidem sententias sanctissimas. impossibile est enim q; deus utatur fortitudine sua ad faciendum iudicium tortum/ quemadmodũ principes mundi abutuntur potentia sua ad peruertendum iudicium. & similiter nunquid saddai (hoc est qui uincit omnia) utetur omnipotentia sua ad torquendum iustitiam in iniquitatem / quemadmodum tyranni uictores abutuntur uictoria sua ad peruertendum iustitiam in iniquitatem. ¶ Etiam si filii tui peccauerunt ei. Applicat bildad sententias sanctas de iudicio & iustitia dei ad mala & bona præsentis uitæ/ manifestans per hæc intentionem suam: q; vez intelligit has sententias uerificari in hac uita: scilicet q; in hac uita diuina iustitia reddit mala malis & bona bonis. et inchoat a malis / afferendo in exemplum filios iobis interemptos simul. Et primo refert culpam eorum / dicendo. si filii tui peccauerũt ei: hoc est quia filii tui peccauerunt in deum. Et subiungens pœnã dicit. et dimisit eos in manu iniquitatis sue. Iuxta hebræum habetur. et misit eos in manu rebellionis eorum. Ecce q; reddidit mala malis. quia misit/ per modum expellentis ex hac uita, eos in manu (hoc est in opere) rebellionis eorum. significat enim eos inpœnitentes occisos. ¶ Tu tamen si diluculo cõsurrexeris ad deum & omnipotentem fueris deprecatus. Si mundus & rectus incesseris. Iuxta hebræum habetur. Si tu queres el: & saddai deprecaberis. Si mũdus & rectus tu. Prosequit̃ alterã partẽ: vez q; diuina iustitia reddit bonis bona præsentis uitæ/ afferẽdo in exemplũ ipsum iobẽ, sub cõditiõe tñ duplici.

Altera est q sit recte dispositus erga deum supplicando / & instar inquirentis tenden do in deum mente, altera est q ipse sit mundus a peccatis/& rectus quo ad intétionem & opera. Nominat autem deum el & saddai, ad insinuandum q honorandus est & ut fortis & ut qui omnia uincit iustissimus retributor malorum & bonorum. Statim eui gilabit ad te/ꝛ pacatum reddet habitaculum iusticie tue. Iuxta hebræum habetur. quia nunc remouebit super te/ꝛ repensabit habitaculum iusti tie tue. Ecce reddere bona bonis. promittit enim q remouebit ab eo mala/& q repen sabit habitaculum eius secundum iustitiam eius. Et dicendo quia nunc/uidetur dissen tire ab eliphaz. iste siquidem iobi dicenti q non superest sibi tempus habédi bona præ sentis uitæ, promittit q si conuersus ad deum mundus ac rectus fuerit/deus nunc non solum tollet mala sed repensabit bona perdita/non omnia (quia non filios) sed habita culi proprii ipsius iobis ad respondendum iustitiæ propriæ eiusdem. filii enim mortui præsupponuntur in iniquitatibus propriis: eliphaz uero promittebat post sex tribula tiones beatitudinem. Dixi autem uidetur: quia non est hoc usquequaq clarum. nã quod in uulgata subditur æditione. In tantum vt si priora tua fuerint parua, ꝛ nouissima tua multiplicentur nimis. iuxta hebraicam ueritatem habetur. Et erit principium tuum paruum: ꝛ finis tuus crescet valde. hic enim promittitur non solum successus prosper: sed etiam affirmatur q principium prospe ritatis erit paruum/finis autem erit magnus. Et hoc consonat sententiæ eliphaz/ pau latim per sex tribulationes uehentis hominem ad beatitudinẽ. ideo enim bildad post q dixit quia nunc &c. adiunxit & erit principium paruum: ne intelligeretur q promit teret summum præsentis uitæ bonũ statim/sed cum tépore per prosperos successus.

¶ Interroga enim generationem pristinam. Legẽdũ est. primam. Quod autem sequitur. et diligenter inuestiga patrum memoriam. iuxta hebræum hr. et dirige te in inquisitionẽ patrum eorum. Doctrinam hanc (vez q deus præsentis uitæ bona dat bonis & mala malis) probat bildad ex authoritate antiquoꝝ. & propterea rogat iobem ut interroget antiquos patres: & modum interrogandi expli cat/dirigendo se ad inquisita per patres primarum generationum. relicta enim erant in scriptis inquisita ab antiquis: & propterea dicit ut dirigat seipsum in inquisitionẽ pa trum eorum. Et intendit per generationem primam/ætatem eorum qui uiuebant ãnis fere mille. hæc enim fuit prima hominũ ætas. Vnde & subdit. Hesterni quippe su mus ꝛ ignoramus. Iuxta hebræũ habetur. Quia heri nos/ꝛ non sciemus. Hic fiat punctus. Ratio ex parte nostri quare ãtiquorum authoritati deferre debemus, redditur tum ex præterito uitæ nostræ tempore/dicendo quia heri nos: tum ex futuro/ dicendo & nesciemus. ex eo enim q præterita uita nostra qui iam sumus ætatis proue ctæ/est perinde acsi heri nati essemus, consequens est q etiam futurum est breuissimum: ac per hoc nesciemus: & ideo egemus scientia antiquorum. Et ad hoc subiungitur si militudo. quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram. Interpres addidit sicut. Dies nři relati ad scire & nescire/assimilanť ũbræ: in hoc q ũbra caret lu mine rectoꝝ radioꝝ, & nisi per reflexionẽ haberet lumẽ/esset penitus in tenebris: ita dies nři nisi mutuatũ a patribus participarent lumẽ sciẽtiæ/essemus tanq penit⁹ ignorãtes. Et intẽdit q mutuatũ lumẽ sciẽtiæ nõ ab una patrũ ætate sed ab oĩbus gñatiõibus usq

ad primam/largit nobis intelligentiam mysteriorū. Et uere sic esse experimur, in iis .n. in quibus desunt inquisita a priscis/nihil scimus. Unde & subditur. **nonne ipsi docebunt te.** Antiqui patres demonstrantur per pronomen ipsi. **loquentur tibi.** non uerbo sed scripto. **et de corde suo.** hoc est non ficte. **proferent eloquia?** Ad differentiam fingentium fabellas dixit & de corde suo proferent eloquia, rogat enim iobem ut antiquos ueridicos doctores consulat.

Nunquid uirere potest scirpus absq; humore. Iuxta hebraeū habet. **Nunquid eleuabitur iuncus in non limoso.** Quod autem sequitur. **aut crescet carectum sine aqua.** iuxta hebraeum habetur. **crescet pratum sine aquis?** Sub uno enim interrogatiuo utrunq; comprehenditur, nunquid leuabitur iuncus in non limoso/ crescet pratum sine aquis? quasi dicat non. Significanter autē de iunco dicit nunquid leuabitur/ eo q; iuncus dicitur crescere in altitudinem decem cubitorum. Declarabit autem inferius hanc similitudinem dupliciter: hoc est de iunco sine limo/ & de iunco in limoso. Et quoniam nihil prosequitur bildad de similitudine prati, signum est q; apposita est similitudo prati ad manifestandum quid intendit circa iuncum: ve3 iuncum exigere loca aquosa.

¶ **Quum adhuc sit in flore nec carpatur manu: ante omnes herbas arescit.** Parui refert q; hebraice non habetur in flore/ sed in ramo suo: nec habetur carpatur manu/ sed praecidetur. Incipit prosequi de iunco in non limoso: & dicit de eo q; arescet ante omnes herbas/ quanuis non incidatur & habeat ramum. Et hoc potest intelligi dupliciter: uel de iunco nato in loco non limoso, q; quanuis faciat ramum & a nullo praecidatur/ arescit tamen ante omnes herbas. uel de iunco nato quidem in limoso sed subtracto limo, q; quanuis effecerit ramos & a nullo praecidatur/ arescet tamen ante omnes herbas. ¶ **Sic uie omnium qui obliuiscuntur deum: & spes hypocrite peribit.** Nomen dei est el. Assimilat iunco arescenti uniuersum genus obliuiscentium dei fortis ad construendum & destruendum: assimilat & tali iunco spem hypocritae. Et ex hac applicatione apparet q; bildad limoso loco uegetanti & conseruanti iuncum ita q; sine eo arescit ante omnes herbas, assimilat bonam hominis dispositionem erga deum colendo ipsum/ & ueram animi rectitudinem erga homines. propterea enim dicit sic uiae (.i. progressus) obliuiscentium deum, adiungendo & spes hypocritae peribit: ut ex hoc q; spes exercentis bonum extra animo ficto/ pe rit, intelligamus multo magis perituram spem eorū qui mala exercent non solū intus sed extra. Utranq; igitur hominis rectitudinem (erga deum ve3/& erga homines) ut superius praemiserat exigit/dicendo q; uiae obliuiscentium dei & spes hypocritae assimilant iunco in non limoso. Et intendit ad literam q; quanuis huiusmodi mali uiri habeant ramos filiorum uel facultatum temporalium/quanuis non praecidantur uiolenta morte, arescent tamē ante omnes herbas: hoc ē arescent amittendo bona tēporalia āte alios. ¶ **Non ei placebit uecordia sua.** Iuxta hebraeū hr. **Qui incidet spem ei9.** uel potius. **cuius incidet spes ei9.** De hypocrita prosequitur/dicendo iuxta primam lectionem q; deus fortis incidet spem hypocritae: iuxta secundam uero cuius hypocritae spes propria incidetur. Et ad literam prosequitur tot de spe hypocritae /ad percutiendū iobē quē existimabat esse hypocritā. **et sicut tela aranearū fiducia**

eius. Parui refert ꝙ hebraice habet᷑. et domus araneę fiducia eius. Tanti facit bildad rectitudinem animi relatiue ad prosperitatem rerum præsentis uitæ, ut hypocritæ spem qua sperat fœlices successus in hac uita/præcidendam affirmet, & eiusdem fiduciam assimilet domui araneæ: hoc est telæ quam aranea habet pro domo. ¶ Innitetur super domum suam ⁊ non stabit. Prosequendo similitudinem domus araneæ, dicit ꝙ quẽadmodum aranea innititur super domum suam & non stabit/ita hypocrita innitetur super iis in quibus confidit & non stabit. Et intendit per hoc ꝙ hypocrita non innititur rectitudini internæ/ sed externis bonis similibus telæ araneæ. fulciet eam ⁊ non consurget. hoc est quātūcunq; fulciat domum suam hypocrita non tamen surget. ruente domo (non materiali sed constituta ex personis) dicit ꝙ quantumcunq; fulciatur ab hypocrita/non tamen surget. Et in hoc directe percutit iobem, qui arbitrabatur se fulcire domum suam sacrificiis & holocaustis/& non surrexit: hoc est non est eleuata sed uehementer depressa & fere extincta.

¶ Humectus videtur anteq̃ȝ veniat sol. Iuxta hebræū habet᷑. Uiuidus ipse in facie solis. Postq̃ȝ prosecutus est similitudinem iunci sine limo/ prosequitur consequenter similitudinem iunci existentis in loco limoso. ideo. n. attulit iuncum in parabolam, quia confert ad utrunq; statum/malorum vȝ & bonorum. Assimilauit itaq; prius impios & prosperitatem eorum iunco in non limoso: assimilare autē intendit nūc iustos & prosperos sucessus eorum iunco in loco limoso. & de eo dicit ꝙ uiuidus est in facie solis/non arescens ex solis ardore. et in ortu suo germen eius egredie᷑. Iuxta hebræum habet᷑. et in horto suo ramus eius egredietur. Hinc apparet ꝙ iuncus est etiam hortulana herba in regionibus quibusdam. aiunt enim non solum frondes & flores sed etiam fructus facere. Lege medicorū libros: & multas utilitates illius inuenies. sed præsenti parabolæ sat est ꝙ in hortis uegetatur & ramificat. ¶ Super aceruum petrarum radices eius densabuntur: ⁊ inter lapides cōmorabitur. Iuxta hebræum hr̃. Super fontem radices eius intricabuntur: domus lapidum intricabit se. De iunco in horto/prosequitur ꝙ iuxta fontes firmat radices complectentes se inuicem. Obscurum autem nobis est quod subdit᷑: vȝ ꝙ in domo lapidum intricabit se iuncus. ignotum est nobis an consonet iunco/uegetari iuxta domum in horto, ita ꝙ requirat & fontem & domum/non ligneam sed lapideam: uel (quod potius crediderim) requirat lapides in limoso loco, & huiusmodi lapides appellentur domus lapidum/ eo ꝙ tanq̃ȝ habitaculum sint radicum iunci: ita ꝙ iuxta huiusmodi lapides sub fontibus intricet iuncus radices suas ad suæ uegetationis firmum fundamentum. ¶ Si absorbuerit eū. Legendum est. Si euellet eum de loco suo: negabit eum/ dicens non vidi te. Quanuis iuncus limo horto fonte & lapidibus firmatus sit, si tū euulsus fuerit de loco suo/negabit eum locus eius dicendo non noui te: hoc est si euulsus fuerit non redibit ad uitam. Et intendit per hanc parabolam ꝙ uir mundus & rectus similis est huiusmodi iunco/& prosperitas eius bene radicata est, quū tamen moritur non redibit amplius ad uitam. Et in hac postrema sententia consentit bildad iobi, qui in præcedenti capitulo hoc dixerat. ¶ Hec est enim letitia vie eius. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Ecce id letitia uię eius. Quemadmodum superius iuncum arescētem applicauit obliuiscentibus dei, ita

iunci uiuidi successum applicat uiro iusto/dicendo ecce id quod de iunco uiuido apparet est lætitia uiæ eius.i.uiri recti. **Vt rursum de terra alii germinētur.** Iuxta hebræum habetur. **et e puluere altera germinabunt.** Et est singularis numeri altera. Et est sensus. & de puluere quæ est fundamentum hominis/altera multitudo hominum germinabunt. est enim constructio de significato. Et in his uerbis consentire uidetur bildad sententiæ eliphaz/qui dixit hominem mortalem totum. dicēdo enim puluerem germinare homines/sentire uidetur hominem totum ex elementorum cōmixtione surgere. Et quod magis urget/adiunxit hanc sententiam beatitudini uiri iusti. Acsi apertius dixisset. non conuenit ei plus beatitudinis q̄ in hac uita, quoniam perpetuitas hominis non est secundum indiuiduum sed secundum speciem. huiusmodi n. perpetuitas significatur adiungendo & de puluere altera germinabunt.

¶ **Deus non proiiciet simplicem.** Iuxta hebræū habetur. **Ecce el non abominabitur perfectum.** Quod hactenus dixerat sub parabolis/ dicit nūc proprietate uerborum tum quo ad bonos tum quo ad malos. Et de bonis quidē dicit. ecce el/ hoc est deus fortis, non utetur fortitudine sua ad abominandum uirum perfectum. Et dicit hoc directe contra iobem, q̄ si fuisset perfectus/deus nō fuisset abominatus eum. ipsa siquidem plaga iobis existimabatur locuples testis q̄ deus abominaretur iobem/ reddendo etiam eum abominabilem hominibus. **nec porriget manū malignis.** Iuxta hebræum hr̄. **et non faciet inualescere in manu malefactorum.** Ecce conclusio quo ad malos: q̄ quāuis impiorum aliquā sit prosperitas/non tamen faciet deus inualescere prosperitatem in opere eorū. ¶ **Donec impleatur risu os tuum ⁊ labia tua iubilatione.** Monuerat iobem q̄ si conuerteretur ad deum mundusq̄ ac rectus fuerit/haberet bona præsentis uitæ: & concludendo dixerat ecce el non abominabitur perfectum. prosequendo & applicando ad ipsum iobem, dicit donec impleatur os tuum risu/hoc est donec habeas plenam materiam gaudii. fœlicitatem siquidem circumloquitur per plenum risum & labiorum iubilationem. intendit enim affirmare q̄ deus adhuc bearet iobem/si iob perfecte reuerteretur ad deum. Et hoc directe dicit contra dicta a iobe q̄ ipse est in tali statu q̄ nō posset amplius beari in hac uita. ¶ **Qui oderunt te induentur confusione: ⁊ tabernaculum impiorum non subsistet.** Parui refert q̄ hebraice habetur. **Inimici tui induent pudorē: ⁊ tentorium impiorum non ipsum.** Id quoq̄ quod concluserat de malis / applicat ad inimicos iobis, ut perfectam fœlicitatem promittat ex depressione inimicorum. Et dicit induēt pudorem/ad significādum ignominiam manifestā. Interitus autē tentorii impiorum spectat ad id quod concluserat in genere de impiis q̄ deus nō faciet inualescere eos. explicat siquidem nūc interitum facultatum eorum: appellatiōe enim tabernaculi intelliguntur opes.

CAPVT .IX.

ET respondit iob ⁊ dixit. Vere scio q̄ ita sit. Iuxta hebræum hr̄. **Profecto noui q̄ ita.** Et subauditur est. Primum argumētum bildad fuerat/nunquid deus supplantat iudicium aut omnipotens subuertit iustitiam? & propterea iob ad hæc respōdere primū studet: & inchoat ab assertione sententiæ prolatæ a bildad, asserit enim ita esse, ut scz q̄ deus nō peruertit iudiciū.

Minus dico: quia asserit se non nunc didicisse/sed olim nouisse non qualitercunq; sed certe esse sic. et ꝙ **non iustificetur homo compositus deo.** Iuxta hebræũ hr. **et quis iustificabit homo cum el?** Dictio interpretata iustificabit (si liceret dici) interpretanda esset iustitiabit: formando uerbum a iustitia/ut hebræi faciunt a nominibus uerba formando. Et est sensus & quis quantũlibet iustus homo exercebit iustitiã cum deo in iudicio? Et interrogatiue legendum est/quasi dicat nullus. intẽdit enim manifestare quod se nosse dixerat: uez ꝙ deus non peruertit iudicium. ad hoc enim ꝓposuit & quis potest exercere iustitiam homo cum el? hoc est homo ex una parte/ & el (hoc est deus fortis) ex altera. Significãter autem nominat deum el, ut ex ipso nomine (hoc est ex ipsa diuina fortitudine) insinuetur omnimoda inæqualitas inter deum & hominem tam infirmæ naturæ. ¶ **Si voluerit cõtendere cum eo.** Iuxta hebræũ hr. **Si voluerit litigare cum eo.** Pronomen eo demonstrat deum. nec loquit̃ de cõtentione quæ consistit in uerbis, sed de lite iudiciaria. **non poterit respondere ei vnum pro mille.** Parui refert ꝙ hebraice habetur. **non respondebit ei vnum ex mille.** Numerus finitus pro infinito ponitur. & est sensus ꝙ nec in uno quidẽ respõdebit uir deo litigando cum eo: insinuans per hoc ꝙ in nullo rationem habebit quicũq; homo litigans cum deo. Et hoc proponit iob ad explicandum sensum propositæ enunciationis/& quis iustitiabit homo cum el, manifestauit siquidem & ꝙ homo nullus / & ꝙ in articulo nullo ius habebit litigans cum deo.

SApiens corde est & fortis robore. Vt innotescat tibi ordo subiunctorum/ scito ꝙ ad manifestandum propositam sententiam procedit tali ordine. primũ ex conditionibus dei: secundo ex conditionibus hominis relati ad actiones diuinas: tertio ex conditione ipsius iobis: & quarto ex forma litigandi. Quia enim dixerat quis homo iustitiabit cum el, ideo & ex parte el & ex parte hominis quantũcunq; iusti & ex parte modi agẽdi cum deo/solicitus fuit declarare quod ꝓposuit. ¶ Ex parte itaq; dei affert duas conditiones. Alteram ꝙ est sapiens corde: hoc est ex intimis. est enim deus sapiẽs non sapientia acquisita indita aut infusa/sed ipsa substantia eius est sapientia: ad insinuandum ꝙ nullus potest cum eo certare astutiis/fallaciis/falsis aut ueris artibus quibuscunq;, eo ꝙ sapientia eius (utpote intima) superat omne scire & sapere. Alteram ꝙ est fortis robore. nominauerat deum el/hoc est fortis: adiungit nũc dicendo fortis robore. Instar hominum fortium animo & corpore fortitudine animi & robore corporis/describit deum fortem robore, ad significandum ꝙ est per seipsum potens etiam exequi omnia: hoc est ꝙ est tam potens ut non indigeat causis secundis quasi adminiculis. Et hoc est uerissimum: quia non ex defectu uirium/sed ex ordine sapiẽtiæ suæ utitur deus causis secundis. Et dixit hoc ad manifestandum ꝙ nullus potest pugnare aduersus fortitudinem diuinam. **quis restitit ei.** Iuxta hebræum hr. **quis indurauit ei & pacem habuit?** Incipit declarare conditiones dei dictas inchoando a secũda. declarat enim diuinum robur/ex hoc ꝙ nullus fuit ei durus & pacem habuit. Et pacis nomẽ hebraico more ad bonum omne se extendit: perinde ac si dictum fuisset & bonum habuit? ¶ **Qui transtulit montes.** Aduerte prudens lector ꝙ interpres mutauit ter ĩ hoc contextu coniunctionem quia in nomen relatiuum qui. quod ideo annotandum duxi, ut ex ipso contextu perpendatur ꝙ hæc tria subiuncta afferuntur in testimoniũ diuinæ

fortitudinis. Legendum itaq; eſt. **Quia facit abire montes.** Et ad literam ſignificatur ꝙ deus qui produxit montes facit eos abire deſtruendo illos. ſunt enim mõtes generabiles & corruptibiles, quum ſint in genere mixtorum. **et neſcierũt quos euertit eos in furore ſuo.** Duo ſunt hic myſteria. alterũ ꝙ deus utiẽ deſtructione mõtium ad exequendum iuſtitiam ſuam uindicatiuam: hoc enim clare inſinuatur dicendo in furore ſuo. Et hinc diſce cohibere linguam quiſquis es, qui ictus fulminum/ alluuiones fluminum & id genus reliqua naturalia negas ex diuina iuſtitia prodire in perniciẽ aliquorum. Alterum ꝙ deus in huiuſmodi effectibus ſic occulte procedit, ut non præcognoſcant ij quorum intereſt/ad quorum perniciem tenditur. propterea enim hic diciẽ & neſcierunt (proculdubio homines) quos ſubuertit in furore ſuo/ deſtruendo montes in quibus habitabant. ¶ **Qui commouet terram de loco ſuo: ⁊ colũne eiꝰ concutiuntur.** Iuxta hebræũ hẽ. **Quia facit tremere terram e loco eius: ⁊ columne eius contremiſcent.** Terræmotus attribuitur fortitudini diuinæ. & deſcribitur per tremitum e loco ſuo/eo ꝙ aſſimilatur tremori quo aliqs e loco ſuo exilit. terra enim ſecundum partes illas in quibus contingit terræmotus, tremere uidetur / ita ꝙ partes ſciſſæ loca propria relinquãt. Colũnæ autem terræ metaphorice appellantur inferiores partes terræ/ſuſtentantes tanq̃ colũnæ partes ſuperiores. ¶ **Qui præcipit ſoli/ ⁊ non oritur: ⁊ ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.** Iuxta hebræũ hẽ. **Quia dicit ſoli ⁊ nõ clareſcet: ⁊ pro ſtellis ſignabit.** Diſtinctio inter diẽ & noctem deſcripta heroice/attribuiẽ diuinæ fortitudini. Et deſcribiẽ diſtinctio hæc per hoc ꝙ ordinat deus ut ſol nõ clareſcat iugiter in hemiſphærio aliquo: & ſic quaſi ſigillum apponit ipſam terram/ad cõtinendum claritatem ſolis ab altero hemiſphærio: terra ſiquidem impedit radios ſolis ab altero hemiſphærio. & quia ſic fit nox (quæ non eſt aliud q̃ umbra terræ) & apparent ſtellæ, ideo tanq̃ in fauorem ſtellarum nox fiat/dicitur & pro ſtellis ſignabit.

¶ **Qui extendit ſolus.** Non texitur litera relatiuis/ſed participiis in ſubiunctis: ut diſcernamus ꝙ prædicta in teſtimonium diuinæ fortitudinis/ſubiuncta autem in teſtimoniũ etiã ſapiẽtiæ diuinæ afferunẽ. Legẽdum itaq; eſt. **Extendens celos ſolus ipſe.** Lege principium geneſis: & inuenies ꝙ ſecunda die fecit deus extẽſionem cœloꝝ. & ideo hic dicitur ꝙ ſolus ipſe extendit cœlos/dando unicuiq; quantitatẽ terminatam: quod magnæ ſapientiæ opus fuit. uide ibi diffuſe hæc declarata in noſtris commentariis. Et dicendo ſolus ipſe/excludit errorem attribuentium formationem corporũ cœleſtiũ cauſis ſecũdis. **et graditur ſuper fluctus maris.** Iuxta hebræũ hẽ. **et calcãs ſup celſitudines maris.** Cumulus aquæ in magno oceano eleuatus a lũa/ appellatur cœlſitudo maris. & deſcribitur calcatus a deo, quia ad inſtar calcati in ſummitate/defluit aqua ex cacumine illius cumuli. ¶ **Qui facit arcturũ.** Et hic quoq; habetur participium. **Faciens arcturum ⁊ oriona ⁊ hyades ⁊ interiora auſtri.** Diuinæ ſapientiæ attribuitur non ſolum cumulus aquarum in mari/ſed etiam diſtributio ſiderum ĩ cœlo. Et meminit quattuor ſiderum. primo arcturi, qui apud nos dicitur caput urſæ diſtinctæ in urſam maiorem & urſam minorem ambientes polum arcticum/& nunq̃ nobis occidẽtes. ſecundo orionis: & eſt ſidus inter ſeptẽtrionẽ & zodiacum/apparetq; accingi gladio. tertio hyadum/quæ in ſigno tauri apparẽt: proceſ

dit enim a septentrione paulatim uersus austrum per hæc sidera, quarto nullum in specie sidus nominat, sed in genere dicit & cubicula austri, non enim poterat nominare sidera circa polum antarcticum, eo q̃ nunq̃ apparent illa nobis habitantibus in quarta septentrionali, & propterea prudentissime dixit de illis sideribus ignotis nobis/& cubicula austri: hoc est & penetralia poli antarctici. ¶ Qui facit magna & inscrutabilia: & mirabilia quorum nō ē numerus. Parui refert q̃ hebraice habet͛. Faciens magnitudines vsq; non inuestigatio: & mirabilia vsq; nō numerus. Postq̃ multa in specie attulit in testimonium sapientiæ & fortitudinis diuinæ, affert demum in genere q̃ deus facit res magnas & mole magnitudinis & quãtitate uirtutis usq; adeo ut excedant inuestigationem humanam: & similiter facit res admiratione dignas in tanta multitudine q̃ excedit omnē numerationem humanam. Et hæc manifeste uerificantur in istis inferioribus in uirtutibus hærbarum/lapidū &c. priora autē uerificantur præcipue in magnitudine stellarum & superiorum corpo℞ & spirituū.

SI venerit ad me/non videbo eum: si abierit/non intelligam. Iuxta hebræum habetur. Ecce transibit super me/& non videbo: & trãsibit/& non intelligam eum. Declaratis conditionibus dei/affert secundo loco conditiones hominis quattuor. Prima est ignorantia finis intenti a deo affligente hominem. ecce, inquit/hoc est nouiter, transibit deus super me/efficiendo in me aliqua mala præsentis uitæ (quæ transitoria esse constat) & non uidebo/quare & quorsum: & iterum atq; iterum transibit/similibus effectibus, & non intelligam eum/deum quo tendat. ex hoc .n. q̃ homo afflictus ignorat quo tendit deus per huiusmodi afflictiones, sequitur manifeste q̃ homo non possit litigare cum deo: utpote nesciens merita causæ propriæ. ¶ Si repente interroget/quis respondebit ei? Iuxta hebræum longe aliter habet͛. Ecce rapiet/quis faciet restituere eum? Secunda hominis conditio est impotentia. de qua dicitur ecce deus ad similitudinem rapientis tollet filios/filias/armenta/greges/familiam &c. quis faciet ipsum deum restituere rapta? quasi dicat nullus: uanus est ergo litigantis conatus. Vel quis dicere potest ei cur ita facis? Parui refert q̃ hebraice habetur. quis dicet ei quid facies? Tertia hominis conditio est impotentia exigendi a deo ut manifestet intentionem suã. de tali enim impotentia dicitur quis dicet deo exigendo ab eo quid facies? hoc est quid intendis per hoc factū tribulationis? Vndiq; ergo ex conditionibus hominis cessant rationes litigandi cum deo. ¶ Deus cuius iræ nemo potest resistere: & sub quo curuantur qui portant orbem. Iuxta hebraū hr̃. Eloha non reuocabit furorem suum: sub eo curuati sunt adiutores fortitudinis. Nō est sensus q̃ deus nunq̃ reuocet furorem suum (nam sæpe hoc facit/intercedentibus hominum precibus seu bonis operibus) sed est sensus q̃ deo non reuocante furorem suum curuantur sub eo adiutores fortitudinis: hoc est dæmones/quorum studium est adiuuare confidentes in propriis uiribus: Et describitur per hoc quarta hominis conditio: ẏcȝ q̃ deo non reuocãte furorē suum, oportet succumbere hominem/cum curuati fuerint & dæmones: ut hinc omnis spes litigandi cum deo auferatur homini.

Quantus ergo sum ego vt respondeam ei: & loquar verbis meis cū eo? Iuxta hebræum habetur. Etiam quis ego respondebo ei: eligam ver-

ba mea cum eo. Postq̃ ex parte dei & ex parte hominis ostendit non posse hominem litigare cum deo, idem monstrat ex parte suimet/agnoscendo seipsum dicens, etiã quis ego? quasi dicat nihili sum ad respõdendum deo/& ad eligendum uerba litis cum eo. ¶ Qui etiam si habuero quippiam iustũ/non respondebo: sed meũ iudicem deprecabor. Hebraice habetur. Qui si iustus fui/non respondebo: iudici meo supplicabo. Litigandi fiduciam in propria iustitia/a seipso tollit iob dicens q̃ etiam si fuit iustus non respondebit deo litigando, sed supplex deprecabitur iudicem suum. ¶ Et quum inuocantem me exaudierit: non credo q̃ audierit vocem meam. Parui refert q̃ hebraice hr̃. Si vocaui & respondit mihi: non credam q̃ auscultabit vocem meam. Dixerat se supplicaturum deo: subiungit occultũ sibi fore effectum exauditionis diuinæ, si uocaui/precãdo deum, & respondit mihi / exaudiendo me: non tamen credam/incertus & ambiguus remanebo an exaudierit me. exaudit siquidẽ sæpe deus supplicantes/nõ dãdo eis tũc rem petitam, sed uel differendo executionem/uel negando quod petimus ut tribuat quod mallemus. & propterea iob dicit q̃ si etiam deus exaudierit/nõ credet q̃ auscultauerit uocẽ suam. Et hoc directe contra bildad/dicentẽ ad iobem q̃ si omnipotentem fueris deprecatus/habebis bona præsentis uitæ. Potest tamen & aliter intelligi hæc litera: ut quia dixerat iudici meo supplicabo, subiungat propriæ iustitiæ uires nullas: dicens q̃ etiam si exauditus fuerit/non credet q̃ preces suæ meruerint exaudiri/sed attribuet exauditionem iustorum diuinæ gratiæ/non meritis iustitiæ supplicis. Et hoc etiam est contra bildad & eliphaz: ut infra diffusius tractabitur. Prima tamen expositio est directe ad propositum. ¶ In turbine enim. Parui refert q̃ hebraice hr̃. Qui in turbine conteret me. Perseuerantia diuinæ iræ affligentis iobem etiam supplicantem etiam exauditum/describitur aduersus bildad (qui dixerat q̃ nunc suscitabit super te bonũ) supplicabo inquit iob iudici meo qui in turbine conteret me: hoc est quantũcunq; ipse perseueret in turbine afflictionũ ad conterendũ me. et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Iuxta hebræũ hr̃. et multiplicauit vulnera mea gratis. Futuris præterita annectit/constans in prima sententia: vz q̃ deus afflixit eum non propter peccata eius. hoc enim significatur dicendo & multiplicauit uulnera mea gratis. Et aiunt dictionem interpretatam uulnera/significare uulnera capitis: ad insinuandum multiplicata esse uulnera non minima sed capitalia /hoc est præcipua. ¶ Non concedit requiescere. Iuxta hebræũ hr̃. Non dabit mihi requiescere spiritum meum. Non solum conteret me in turbine afflictionum corporalium / sed nec dabit mihi ut spiritus meus aliquãtulum quiescat. Et rationem subiungit iuxta hebraicam ueritatem. quia saturabit me amaritudinibus. redundantibus a corpore in animum. Et per hæc omnia manifestat se supplicaturum iudici suo, non ut det ei bona præsentis uitæ/sed etiam perseueranti in afflictione eius: quod est longe maius & alterius rationis q̃ dictum ab eliphaz & bildad. nam illi supplicandum dixerãt deo propter bona præsentis uitæ: iob autem se supplicaturum affirmat nõ propter præsentis uitæ bona, sed quia par est ut humiliet seipsum deo ẽt perseueranti affligendo.

¶ Si fortitudo queritur/robustissimus est. Iuxta hebræum hr̃. Si ad robur/fortis ecce. Postq̃ ex parte dei/ex parte hominis & ex parte ipsius iobis mon-

ſtrauit non eſſe litigandum cum deo, monſtrat poſtremo idem ex parte modi litigādi/ excludendo uias quinq; quibus litigari poteſt. & primo excludit uires/ꝙ non poteſt ui ribus agere quiſq; cum deo: dicendo ſi ad robur ſeu uires cuiuſq; fortis ſpectetur, ecce ſubaudi deus ſuperās omnem fortitudinē. **Si equitas iudicii/ nemo audet pro me teſtimonium dicere.** Iuxta hebræum habet. **et ſi ad iudicium/quis teſti ficabitur pro me?** Excluſa uia litigandi uiribus/excluditur uia litigādi iudicio: quia deſunt teſtes/ſine quibus iudicium fieri nequit. Et uere dicit ſe carere teſtibus aduerſus deum: quoniam nulla creatura tantæ eſt audaciæ ut teſtificetur contra deum. ¶ **Si iuſtificare me uoluero/os meum condemnabit me.** Iuxta hebræū hr. **Si iuſtificabo/os meum impiabit me.** Ex eo ꝙ dicit os meum impiabit me/inſi nuat ſe loqui de iuſtificatione quæ fit ore proprio. Tertia itaq; uia (ve3 deficientibus teſtibus hominem iuſtificare ſeipſum in iudicio iurando de propria innocentia/ſicut fecit ſuſanna) excluditur: quia os inquit meum impiabit me. eo enim ipſo ꝙ iuſtifico me aduerſus deum/blaſphemus fio, & ſic os meum reddet me iniquum. Liceat autem fin xiſſe uerbum impiare ad explicandam dictionem hebraicam. formant. n. ab impio im piare, ſignificando tamen per impium contrarium iuſto. **Si innocentem oſtende ro/prauum me comprobabit.** Iuxta hebræū habet. **perfectus ego / & tor ſit me.** hoc eſt tortum me fecit. Et uerificatur hæc ſententia ex eo ꝙ humana perfectio reducta ad examen diuini iudicii, ſi iudicetur exacte/inuenitur multis prauitatibus iun cta. & propterea iob dicit ꝙ etiam ſi ego ſim perfectus, ad examen tamen diuinum du ctus/inueniar non rectus, quod. n. tortum eſt/alienum eſt a rectitudine. Et per hoc ex cluditur quarta uia/ex fiducia in perfectione propria. ¶ **Etiam ſi ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit anima mea.** Iuxta hebræū hr. **Perfectus ego / non ſciam animam meam.** Quinta uia litigandi excludit̄ ex certa notitia proprii ani mi. ait. n. ꝙ etiam ſi ego perfectus fuero/non tamē ſciam notitia euidente animā meam: delicta enim quis intelligit? **et tedebit me uite mee.** Iuxta hebræū hr. **abomina bor uitas meas.** quantūcunq; perfectus fuero/ex duobus poſtremis abominabilē iudico uitam meam. Vere a ſpiritu ſancto agitur perfectus quiſq; abominādo propri am uitam relatam ad diuinum examen & ad occulta delicta: qa propter duo hæc abo minabilis uere repræſentatur eidem.

Vnum eſt quod locutus ſum. Iuxta hebræum habetur. **Vnum illud/ ſuper ſic dixi.** Completa reſponſione iobis ad eliphaz & bildad / conſentiente ꝙ deus non peruertit iudicium aut iuſtitiam, deſcendit ad materiam iuſtitiæ ſeu iudicii de qua erat tota quæſtio: ve3 an deus affligat innocētem. Iſti enim duo amici iobis aſ ſeruerant ꝙ deus non affligit innocentem: iob uero conſtanter dixerat pluries ꝙ deus affligit innocentem: hoc eſt abſq; peccati merito. Et propterea iob intendēs tueri quod dixerat, reſumit ſententiam ſuam dicendo. unum illud/ſupereſt in quo diſſentimus, ſup ſic dixi: hoc ē ſuper quo dixi ſic. **et innocentem & impium ipſe conſumit.** Par ui refert ꝙ hebraice habetur. **perfectum & impium ipſe facit conſumere.** Ec ce quid dixi: ve3 ꝙ deus facit conſumere non ſolum impium ſed etiam perfectum ho minem. hæc. n. ſententia directe eſt contra ſententiam eliphaz & bildad.

¶ **Si flagellat occidat ſemel: & nō de penis innocentum rideat.** Iuxta

hebræum habetur. **An flagellum faciet mori subito? probationem mundorum subsannabit.** Intendens iob manifestare q deus affligit hominem mundū a peccato/declarat hoc quadrupliciter, primo ex parte medii quo utitur deus tanq̄ flagello. Et intendit q hoc flagellum est dæmon: qui (utpote impius) delectatur in tentatione iustorum, & non facit eos mori subito sed multis afflictionibus uexat: quēadmodum tyranni non faciebant mori martyres subito/sed uariis tormentis cruciabāt. Ait itaq; an flagellum/hoc est demon flagellum dei, faciet mori subito uiros mundos? quasi dicat non. Et rationem subiungendo dicit. probationem/per uarias pœnas, mundorũ hominū subsannabit: hoc est delectatus tētatione iustorum multiplicabit eas. **Terra data est in manu impii.** Quod nominauerat flagellū, modo explicat impiū/ proculdubio satan qui circumuit terram & ambulat in ea: in cuius manu relictus est iob/ut in principio huius libri patet. Sciens enim iob similem esse rationem de seipso & de aliis iustis, caute loquitur dicendo q terra data est (proculdubio a deo) in manu impii/tanq̄ flagello dei, ita q manus impii est ipsum flagellum dei & instrumētum dei ad flagellandum terram: hoc est homines habitantes in terra. **Vultum iudicum eius operit.** Hebraice habetur. **operiet.** Occultam nobis esse & fore dispositionem hanc diuinam/dicit iob, manifestando q deus operiet (hoc est perseuerabit tegendo) uultum iudicum eius/ne cognoscantur. Quia enim uultu detecto cognoscitur homo, ideo per hanc metaphoram significantur occultati nobis dæmones iudices terræ/multo magis q̄ tyranni. propter quam occultationem/nostræ afflictiones attribuuntur casui uel naturæ a multis. Vbi & aduerte q dæmones appellantur impii in quorum manu (hoc est executione) dedit deus homines habitantes in terra ad flagellandum eos. Et quia nō sunt flagellum inanimatum (sed flagellum agens per intellectum & uolūtatem) nec sicut carnifex sed sicut dominus cum potestate magna, ideo dicuntur iudices eius. in cuius signum flagellaturus deus iobem dimisit in arbitrio satan afflictionem iobis salua duntaxat uita eius: & similiter eidem commisit iudicium demoliendi omnia quæ erant iobis. **Q si ille non est/quis ergo est? Iuxta hebræum hr. si non/ubi? quis ille?** Dixerat q deus facit consumere perfectum & impium/ q q; per flagellum impium probat mundos: arguit ad confirmandum deum esse principalem actorem dicendo si non/subaudi ipse deus est actor horum, ubi est actor horum? quis est ille actor horum? quasi dicat nullibi inuenietur/nullus erit actor horum.

¶ **Dies mei uelociores fuerunt cursore.** Iuxta hebræum hr. **Et dies mei agiles plus cursore.** Declaraturus q deus affligit perfectum pœnitentem, prænarrat materiam lamentationis suæ irreparabilem quo ad seipsum/contra promissionem factam a bildad de fœlicitatis reditu: assimilando dies uitæ suæ/in terra quidem cursori, in aquis uero nauibus ebeh, in aere autem aquile festināti ad cibum. Et intendit per has omnes similitudines q uita sua decurtata est: hoc est q spatium uitæ suæ peragendum naturaliter multo adhuc tempore/peractum est celerrime plusq̄ celerrime agit spatium uitæ a cursore & a nauibus ebeh & ab aquila festinante ad cibum. hæc est materia lamentationis. **Fugerunt/non uiderunt bonum.** Ad declarādum maiorem agilitatem dierum suorum/describit eos fugisse nec uidisse bonum: quoniam maior est uelocitas fugientis q̄ currentis/fugientis inquam absq; uisu alicuius refugii. **Per-**

transierunt

transierunt quasi naues poma portantes. Iuxta hebræum habetur, transierunt cum nauibus ebeh. Et aiunt nomen esse proprium fluminis rapidissimi. sicut aquila volans ad escam.

¶ Quum dixero nequaquam ita loquar. Iuxta hebræũ hr. Si dicens ego/ obliuiscar eloquii mei. Duo sunt genera mundorum: alterum innocẽtum/alterum pœnitentium. Et in utrisque intendit iob declarare quod deus affligit perfectos. Secundo ergo loco declarat quod deus affligit mundos pœnitentes. et quia pœnitẽtia in duobus consistit (vez in cautela de futuris & in ablutione præteritorum) ideo iob incipit a cautela de futuris, dicendo si ego sum dicens / in corde meo proponens quattuor subiuncta vez, obliuiscar eloquii mei / hoc est lamentationis meæ, ideo enim præmisit materiam lamentabilem / ut intelligamus a quo eloquio intendit cauere. commuto faciem meam. Iuxta hebræum habetur. relinquam iram meam. Iram suã appellat imprecationes tot quas in tertio protulerat capitulo. et dolore torqueor. Iuxta hebræum hr. et me retinebo. hoc est & uim mihiipsi inferendo/compescã motus naturales uelleitatis meæ. ℣ Verebar omnia opera mea. Iuxta hebræum habetur. Timui omnes merores meos. Tres priores actiones sunt actiones exteriores: ista autem quarta spectat ad interna. qui enim timet aliquid cauet ab illo: & ppterea dicendo timui omnes mœrores meos / insinuat quod ex timore cauebit ab omnibus mœstitiis suis. Et dixit hæc iob, non quod putaret hæc esse peccata a quibus esset sibi cauendum / sed ut condescenderet amicis obiurgantibus eum de istis actionibus tanquam peccatis. Acsi apertius dixisset. esto quod hæc sint repræhensibilia ut amici obiiciunt, si tamen ego continebo me ab istis / nihil mihi proderit. hoc enim subiungitur. sciens quod non parceres delinquenti. Iuxta hebræum habetur. sciui quod non mundabis me, a pœna quam patior. Scire se, affirmat quod non propterea deus mundabit ipsum a malis quæ patitur. ℣ Si autem & sic impius sum: quare frustra laboraui? Iuxta hebræum habetur. Ego impiabo: vt quid ista vanitate fatigabor? Communicando in uocabulis cum aduersariis appellantibus afflictiones peccata causaliter (quia propter peccata ueniunt aduersa) appellat se afflictum impium. Et propterea consequenter ad præmissa dicit. ego quantumuis continens me a prædictis, ero impius / quo ad pœnam: & propterea uana erit ista mea continentia qua fatigabor / uim inferendo naturalibus motibus meis. Et hinc clare excludit utilitatem pœnitentiæ cauentis a lamentationibus: utilitatem intellige quam socii promittebant ad consequendũ munditiam ab afflictionibus præsentis uitæ.

¶ Si lotus fuero quasi aquis niuis. Iuxta hebræũ hr. Si me laui in aquis niuis. Altera (ut dictũ est) pars pœnitẽtiæ tractatur: vez ablutio præteritarum iniquitatũ, de qua dicit sub metaphora ablutionis in aquis niualibus, quæ dicuntur ualde purgatiuæ. Significanter autem dicit si me laui / & non dicit si tu deus me lauisti: ut intelligamus quod de ablutione peccatorum quæ fit per humanum studium loquitur. et fulserint velut mundissime manus mee. Iuxta hebræum habetur. et mundabo in sapone manus meas. Metaphorico sermone describit ablutionem immundorum operum. ℣ Tamen sordibus intinges me. Iuxta hebræũ habetur.

Tunc in fouea balneabis me: & abominabuntur me vestimenta mea. Fouea nō sicca sed cum sordibus humidis significat dicendo in fouea balneabis me. Et uanam hanc suam pœnitentiam describit dicendo q̄ quum me lauero tūc tu fœdabis me ad instar mergentis aliquem in cœnosam foueam. Et quia de afflictione in præsenti uita erat quæstio inter iobem & amicos eius, ideo de malo pœnæ intelligēdum est dici tunc in fouea balneabis me. Et est sensus q̄ tunc affliges me, dicit. n. hæc iob directe contra bildad: qui dixerat q̄ si mundus fueris dabit tunc deus tibi salutem, contra hoc enim directe dicit q̄ si mundauero me tunc deus reddet me sordidū/quo ad mala præsentis uitæ. Et ad declarandum magnitudinem sordium adiungit q̄ ita reddetur sordidus q̄ etiam uestimenta sua abominabuntur ipsum, ad literam enim quādo homo nudus est sordidus, indignus est uestibus anteq̄ abluatur: & propterea dicitur & abominabuntur me uestimenta mea. **Neq̄ enim viro qui similis mei est respondebo.** Iuxta hebræū hr. **Quia non vir sicut ego respondebo ei.** Rationē reddit quare licet deo hominem qui se lauit reddere sordidum/quod non esset licitum alteri homini. Et inchoat rationem ab imparitate naturæ: quia vz deus non est uir sicut ego: hoc est quia non sumus paris naturæ, ut liceat mihi respondere ei quemadmodum responderem homini/resistendo eidem obiiciendoq̄ iniuriam. Et quoniam non sufficit disparitas naturæ ad iustificandum dictam actionem (nam contra spiritualem substantiam creatam si hoc ageret homo/posset agere actione iniuriarum) ideo subiungit q̄ deus est tam celsæ naturæ ut nullum habeat supra se iudicem/nulla sit supra eum potestas, quod est dicere q̄ est tam excelsæ naturæ ut quod uult sit ius: & propterea nullus remanet locus querelæ/si me quantūcunq̄ ablutum reddet sordidum. hæc .n. significantur iuxta hebraicam ueritatem subiungendo. **Veniemus simul ad iudicium.** hoc est si ueniemus simul ad iudicium. **Non est inter nos reprobator: ponet manum suam super ambos nos.** hoc est non est tertius reprobator utriusq̄ iudicando, qui exequendo ponat manum suam (potentiam suam) super ambos nos: deum vz & me.

¶ **Auferat a me virgam suam.** hoc est sceptrum maiestatis suæ. **et pauor eius.** hoc est & potentia eius incutiens pauorem. **nō me terreat.** Postq̄ ostendit q̄ pœnitentia humana uana est ad prosperitatem præsentis uitæ, intendit inuestigando reddere causas quare deus affligit mundos a peccatis, sed anteq̄ ad hoc accedat/declarat se loqui seclusa potentia dei absoluta & secluso iudicio dei absoluto: intendens loqui sub potentia dei & iustitia dei ordinaria. Et ideo iuxta duas conditiones dei (vz q̄ est supremus iudex & suprema potestas) rogat ut ex parte dei cessent duo: vz q̄ non utatur rigore authoritatis suæ cum iobe/& q̄ summa potestas eius non terreat eundem. intendens per hæc q̄ seclusa potentia dei absoluta/& similiter secluso iudicio dei absoluto, uellet loqui sub dei potentia ordinaria & sub iudicio dei ordinario. **loquar & non timebo eum.** Secludente deo usum potentiæ & iustitiæ absolutæ mecum/sequetur ex parte mei hic effectus q̄ ego loquar deo sic q̄ non timebo eum in mea locutione. **neq̄. n. possum metuens respondere.** Iuxta hebræum sic habetur. **quia nō sic ego mecū.** Ecce causa ex parte mei excludēs timorē in locutiōe cum deo, quia ego nō sum

sic mecum ut mala mea monstrant.mala enim mea monstrant me impium,ego autem apud me non sum impius/nullius habeo conscientiam impietatis:& propterea non timebo loqui/stando infra limites ordinariæ potentiæ & iustitiæ.sciebat enim q non ad purgationem peccati sed ad probationem uexabatur.

CAPVT .X.



Edet animã meã vite mee. Iuxta hebræū hr. Incisa est anima mea in viis meis. Incipit iob loq absq timore inchoans a materia propriæ lamētationis,resumit.n.immo declarat quod p parabolas dixerat de agilitate dierum suorum:dicens q anima mea/ non in seipsa sed in extensiōe uitæ meæ,incisa ē/decurtata est. Dimittã aduersum me. Iuxta hebræum hr. Dimittã sup me eloquiū meum. Non retinebo sermonem,sed dimittam eloquiū meū nō super quęcunq hoiem/sed super meipsum. Et exponēdo subiungit. loquar in amaritudine aie mee. sup meipsum tractabo de amaritudine aiæ meæ.

¶ Dicam deo. Nomen est eloha. Ecce cui loquar sine timore/gubernatori & iudici ordinario uniuersoꝝ. noli me condēnare:indica mihi cur me ita iudices. Iuxta hebræū hr. non impiabis me,indica mihi sup quo litigabis in me. Scito prudēs lector q iob simul inuestigādo manifestat cām afflictionis suæ/ & q non propter peccatū cōmissum afflictus ē:quod est tertio loco manifestare q deus affligit uirum perfectum. Et ut melius intelligas subiūcta,aduerte q iob in hac inqsitione manifestat reuelatam sibi fuisse a deo cām afflictionis suæ/& modum:ucꝫ mediante satana expetēte iobē ad hoc ut peccaret. Rogat itaq deū duo,alterū nō impiabis me: hoc est nō obiicias mihi tu q sum impius:tibi.n.nō possem resistere. Alterū indica mihi sup quo ipugnas me:hoc est cām quare perseueras affligēdo. Et per modū inquirentis proponit publicandum quod sibi reuelatum fuerat secreto. ¶ Nunquid bonū tibi videtur si calūnieris & opprimas me opus manuū tuarū: & consiliū impiorū adiuues. Iuxta hebræū hr. Nunquid bonū tibi q fraudabis/q abominaberis laborē manuū tuaꝝ:& sup consiliū impioꝝ illustrasti? Modum recenset quo traditus est in manus satanæ affligendus,modus inquā q scriptus est in cap.1.ucꝫ q deus laudauit iobē q nō sit similis ei in terra &c.& tantæ laudi miscuit tantam afflictionē. Hanc mixturam appellat iob metaphorice fraudē,quēadmodū.n.mixtū aliquod aromaticū cōponens/miscendo malos puluercs sub bonis fraudē cōmittere dicit,ita deus sub laudibus iobis miscens afflictiōes metaphorice dicit fraudasse iobem/secundū similitudinē effectus faciens sicut fraudans.& propterea spectando ad illas laudes terminatas ad afflictiones,dicit iob deo q fraudabis/hoc est pseuerabis instar fraudātis,q abominaberis/q instar abominātis pseueras affligendo laborē manuū tuaꝝ. Seipsum quare appellet laborē manuū dei/inferius declarabit diffuse. ¶ Quod ēt subdit de consilio impioꝝ spectat ad petitionē satanæ exauditā a deo/pellem p pelle & cuncta quæ habet dabit homo pro aia sua &c.hoc cōsiliū impioꝝ aduersus iobem/illustrauit deus concedendo potestatem exequendi illud. Ait itaq iob deo num bonum tibi:hoc est num cedit tibi ad bonum/num propter bonum tuū propriū fecisti hæc?quasi dicat nō. ¶ Nūquid oculi carnei tibi sunt? Probat qd dixerat

num bonum tibi. Et intêdit q̄ si afflictio mea esset propter bonum tuum/esset propter bonum notitiæ nouæ quam acquireres per istam afflictionem de mea perseuerantia in bono:sed hoc bonum non acquires/quia tu omnia præcognouisti. Hanc itaq̄ ratione intendens, procedit per modum inquirentis monstrando deum non acquirere notitiam occultorum & futurorum contingentium quemadmodum acquirunt homines. & incipit ab organo sensus uisus/dicêdo nunqd oculi carnei tibi sunt: quasi dicat non sunt tibi oculi carnei sicut sunt hominibus quibus oculi multas rerum differêtias demôstrât. **nunquid sicut videre hominis videbis:** Post organum uisus excludit modû uidendi. Et est sermo de modo uidendi relatiue ad sensibilia per accidês. homo.n. uidet intellectu & cogitatiua mediante sensu uisus ea que latent/coniiciendo per signa: deus aût nô uidet occulta ingrendo p signa, sed oîa manifesta sunt ei. **Nunquid sicut dies hominis dies tui:** Excludit tertio notitiæ augmentum quod de die in diem homo acquirit. **et âni tui sicut humana sunt têpora:** Iuxta hebræum hr. **nunquid anni tui sicut dies viri:** Dictio interpretata uiri/nô plene explicatur: nam significat uirum præcipuû. Excludit.n. quarto a notitia dei studium eximiorû uirorû quo occupantur ad curiosa experimenta ut notitiam proprietatû rerû & animaliû habeant per se uel alios. **Ut queras iniquitatê meam: & peccatû meû scruteris. Et scias qa nihil impiû fecerim.** Parui refert q̄ hebraicæ hr. **Quod queres iniquitatem meã: & peccatû meû inquires. Sup scire tuo q̄ non impiabo.** Non ut uulgata habet æditio q̄ nihil impium fecerim in præterito / sed in futuro legendum est q̄ non impiabo. hinc.n. germanus literæ sensus aperitur: q̄ non de inquisitione peccati occulti/sed de inquisitione tentatiua an iob peccaret ê sermo. Et quadrat hic sensus scriptis in primo & secundo capitulo: vẓ q̄ satan petiit ut uexaretur iob ad hoc ut peccaret. Ait itaq̄ iob nunquid humano more inqrendus fui a te an peccatum uel iniquitatem cômitterem/præcognoscête te q̄ nô erâ peccaturus. Et si hæc sententia ânotata fuerit, perspicuû fiet tum q̄ fuit reuelata iobi causa uexationis suæ/ tum q̄ iob manifestat amicis suis nouã câm quare deus uexat uiros mundos: vẓ ut uexatio manifestet côstantiâ eorû/nô deo (q̄ oîa prænouit) sed hoîbus ad exêplum. **quû sit nemo q de manu tua possit eruere.** Iuxta hebræû hr. **et nô de manu tua erutor.** Ad exaggerandû uexationê uiri mûdi a deo/adiungit hæc clausula. tolerabilior.n. est uexatio quæ potest declinari/a qua potest aliqs eripi: sed ubi nulla euasionis est spes/intolerabilis ualde redditur.

Manus tue dñe fecerunt me et plasmauerût me totû in circûitu. Iuxta hebræû hr. **Man⁹ tue figurauerunt me/& fecerût me simul in circûitu.** Dixerat num bonû tibi q̄ fraudabis q̄ abominaberis laborê manuû tuarû: declarat modo utrunq̄: vẓ q̄ deus abominatur opus manuum suarum/ & q̄ homo est labor manuum dei. Et dicit hæc /non ut historiam narret, sed ut rationem reddat quare deo licitum est ordinario iure affligere uiros mundos. ex his.n. declarat sensum germanum fuisse q̄ abominaberis laborem manuum tuarum: hoc est quia labor est manuum tuarum. figulo enim licitum est destruere opus manuum suarum/ quia est labor eius. Sed iob inquisiuit num propter bonum tuum hoc facis: & quum declarauit q̄ non propter bonum dei afflixit eum probando, declarat modo prædictum

sensum: vel quia labor manuū tuarū sum ego, ideo absq; iniuria & facis & destruis me. Ait itaq; præpostero ordine familiari hebræis/manus tuæ figurauerunt me & fecerunt me, dicēdum siquidē erat manus tuæ fecerunt me & figurauerunt me simul in circuitu: generatur siquidem homo in materno utero non simul secūdum interna membra, sed primum quod generatur est cor secundum philosophos: in circuitu autem (hoc est secundum exteriora membra) figuratur simul/ut hic dicitur. Et attribuitur opus naturæ diuinis manibus, eo q uires naturales sunt manus dei/sunt instrumenta dei quibus tanq; manibus deus utitur ad effectus quos naturales dicimus. et sic repente præcipitas me. Iuxta hebræū hr. et destruxisti me. Ecce clarificatio sensus/quia tu me fecisti tu me destruxisti. Memento queso q sicut lutum feceris me / et in puluerem reduces me. Ad probandum q deus est author utriusq; (uitæ vel & mortis) testimonium affert ex prima conditione hominis / per modum reuocantis ad diuinam memoriam materiam ex qua olim fecit primum hominem & in quam resoluendus est homo. ex hoc.n. q deus fecit hominem ex limo/sufficienter habetur q fecit eum mortalem. Verum plus hic significatur dicendo & in puluerē reduces me, insinuatur.n. q non solum ex necessitate materiæ sed ex diuina prouidentia hō moritur: quod quidem uerum esse/ex principio genesis apparet. Nōne sicut lac mulsisti me. Declarat quasi per singula illam particulam laborem manuum tuarum, & in pmis assimilat effusionem seminis humani ad generandum / emunctioni qua lac ex uberibus manu pressis egreditur. Seminatio.n. tam uiri q mulieris est primum cōcurrens ad generationem hominis: & utriusq; author describitur deus tanq; manibus emungens genitalia uasa. et sicut caseum me coagulasti? Assimilatur cōceptio coagulatiōi lactis in caseum. Et in hoc diuersa seminum officia insinuātur, nam semini uirili attribuitur officium coaguli: semini uero mulieris officium lactis quod coagulatur. Pelle & carnibus vestisti me. Assimilatur tam caro q pellis uestimentis. & pellis quidē summæ uestis officium/caro uero internæ uestis exercere cognoscitur. In cuius signum defluxis ægritudine carnibus frigemus: utpote naturali indumēto carentes. ossibus & neruis compegisti me? Clare officia ossium & neruorum quibus totū corpus connectitur sonant. Vitam & misericordiam tribuisti mihi. Iuxta hebræū hr. Vitam & gratiam fecisti mecum. Dictio interpretata gratiam/sonat beneficium gratuitum: hoc est quod absq; ullo merito/sola liberalitate donantis dat̃. Et perseuerando intra terminos bonorum naturalium/significatur liberum arbitrium quo hō præstat animalibus cæteris: describitur siquidem uoluntas libera ab actu conferēdi gratuito. animalia siquidem reliqua conferunt quicquid conferunt tanq; debitum: sic.n. alunt filios &c. homo autem etiam seclusa omni ratiōe debiti/ beneficus est qa uult. Egrediendo autem ad supernaturalia dona/significatur nomine gratiæ donum superadditum naturæ quo simus filii dei. et visitatio tua. Iuxta hebræū hr. et ordinatio tua custodiuit spiritum meum? Quæ uisitatio secundum naturalia consistit in seminibus uirtutum congenitis homini: secundum uero supernaturalia dona cōsistit in ordine diuinæ prædestinationis. utraq; siquidem ordinatio custos est spiritus hominis/ne a malo quod est uere malum capiat̃. Et hic completur labor manuū dei manifestatus. Licet hec celes in corde tuo. Iuxta hebræū hr. Et hec recondisti in

corde tuo. Manifestat iob duo simul, alterum q̄ hæc quæ dixit deo per modum interrogantis & suggerentis/sunt uera, alterum q̄ sunt etiam recondita apud deum tanq̄ in corde dei: ac per hoc non sunt omnibus manifesta. tamen scio quia uniuersorum memineris. Iuxta hebræū hr̄. sciui q̄ hoc tecum. Dixerat eliphaz fuisse sibi reuelatum mysterium ut scriptum est in capitulo quarto/& tamen nihil mysterii in illa sua fictione continetur: e regione illius iob dicit absq̄ iactātia q̄ hæc supradicta quæ uere mysteria sunt & recondita sunt apud deum/fuerunt ipsi iobi nota. Potest quoq̄ pronomen hoc demonstrare subiunctam sententiam: ut non solū supradicta sint apud deum sed etiam subiuncta.

¶ Si peccaui & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea me mundum esse non pateris? Iuxta hebræū hr̄. Si peccaui & custodies me: & ab iniquitate mea non mundabis me. In ca. 8. bildad ex parabola iunci distinxerat duos status hominis secundum aduersitatem & prosperitatem præsentis uitæ ex culpa uel merito apud deum prouenientes. & propterea ad confutandam illam doctrinam distinguit iob tres status hominis/& in quolibet mala inueniri declarat: manifestans quarto loco deum affligere perfectos & immundos/diuersimode tamen ex diuersitate statuum. Inchoat itaq̄ a statu peccantium per errorem: dictio. n. interpretata peccaui/significat peccare per ignorantiam. Et de peccantibus per ignorantiam/duo disponi a deo dicit. alterum & custodies me: hoc est in carcerem me rediges. alterum & ab iniquitate mea non mundabis me. Et hoc est declaratio primi: q̄ vz custodies me in pœnam peccati per ignorantiam/& non dimittes me impunem. impunitas. n. significatur dicendo & ab iniquitate mea non mundabis me: mitis autem pœna significatur per custodiam. ¶ Et si impius fuero ue mihi est. Iuxta hebræū hr̄. Si impiaui/ue mihi. Secundus status hominis describitur a peccato quod fit studiose: dictio. n. interpretata impiaui/significat peccare studiose. & de huiusmodi peccātibus dicit uæ mihi. Et in hoc contradicit bildad. definit enim pœnam huiusmodi peccatorum nō temporale malum/sed simpliciter & absolute uæ: quod in sacra scriptura sonare cōsueuit oppositū beatitudinis. et si iustus. Sēsus recte reddit: q̄uis hebraice habeat. et iustificabo. hoc est & si iustitiam exercebo. Tertius hominum status describit ab exercitatione iustitiæ. & de his dicitur totum contrarium eius quod dixerat bildad: nā subiungitur. non leuabo caput meum. Bildad siquidem dixerat iuncum in loco limoso eleuari &c. iob dicit q̄ etiam si iustus ero non leuabo caput meum/quo ad bona præsentis uitæ. saturatus afflictione & miseria. Iuxta hebræum habetur. saturitas ignominiæ & uidere afflictionem meam. subaudi erit mihi quantumcunq̄ fuero iustus. ¶ Et ꝓpter superbiam. Iuxta hebræū hr̄. et eleuabit. procul dubio afflictio mea caput suum. Nō eleuabo ego caput meum, sed afflictio mea eleuabit caput suum crescendo. sicut leenam capies me. Iuxta hebræum hr̄. sicut leo uenaberis me. Apta similitudo ad insinuandum q̄ deus affligit etiā perfectos. nam leo uenando persequitur tam iustos q̄ iniustos: & propterea iob in persona iustoꝝ dicit deo sicut leo uenaberis me/tanq̄ non discernens inter iustum & iniustum. reuersusq̄ mirabiliter me crucias. Iuxta hebræū hr̄. et reuerteris & mirabilis eris in me. hoc est & reuerteris ad cruciandum iustum ad hoc ut sis mirabilis in me

& mihi similibus sanctis tuis. Confer prudens lector hanc sententiam cum supra dictis: & perpendes q postq iob quæsiuit a deo num bonum tibi q abomineris me/ & declarauit q deus non propter bonum propriæ notitiæ abominabit eum/& mō manifestat q deus affligit iustum ut sit mirabilis in iusto: manifeste docuit solutionem quæstionis num bonum tibi: vç q non bonum tibi internum sed bonum tibi externum. Scientia enim internum bonum est: admirabilem autem esse in alio/bonum est externum. Ergo deus nō propter suum bonum quod in eo est / sed propter suum bonum quod extra ipsum est (hoc est propter gloriam suam apud alios) affligit iustos. ¶ Instauras testes tuos contra me. Iuxta hebraū hr. Renouabis plagas tuas contra me. Sententia est clara. et multiplicas iram tuam aduersum me: & pœne militant in me. Iuxta hebræum unica est clausula. et multiplicabis irā tuam mecum/mutationes & tempus mecum. Quod dixit in genere multiplicabis iram tuam, exponit per partes/dicendo mutationes & tempus. Significant autē mutationes uarietatem afflictionum: tempus uero expectatiōem quādo finietur præsens tribulatio. concomitatur. n. huiusmodi tempus præsentem pœnam/apud patientem successiue cruciatus uarios.

¶ Quare de vulua. Iuxta hebræum hr. Et quare de vulua eduxisti me: Magnitudo afflictiōum iusti simul cum tenuitate boni præsentis uitæ/describitur tanta ut æquipollere uideatur infœlicitati eorum qui nascunt mortui. Admirādo itaq huiusmodi æquipollentiam quo ad bona præsentis uitæ/dicit deo quare de uulua eduxisti me uiuum ad uiuendum in præsenti uita: qui vtinā consumptus essem ne oculus me videret. Iuxta hebraū hr. desinā & oculus nō videbit me. Nō sunt uerba optātis sed librantis conditiones præsentis uitæ inchoando a morte/ q tandem desinā esse & oculus carneus nō me amplius uidebit: hoc est nō ero āplius inter homines præsentis uitæ. ¶ Fuissem quasi non essem de vtero translat⁹ ad tumulum. Iuxta hebraū hr. Sicut nō fui ero: de vtero ad tumulū portabitur. Equipollere dicit præsentē uitā infanti trāslato ex utero ad sepulchrū / dicēdo ero sicut nō fui: hoc est tanq nō fuissem. & hoc exponendo/subiūgit tanq q ex utero portabit ad sepulchrū. ¶ Nunquid nō paucitas dierū meorū finietur breui: Iuxta hebraū hr. Nōne pauci dies mei: Rationē reddit æquipollentiæ breuitatē uitæ/æstimando tēpus uitæ præsentis tanq nihil: ac per hoc bona & mala quatenus uitæ præsentis sunt bona uel mala/tanq nihilum. dimitte ergo me vt plangam paululum dolorē meū. Iuxta hebraū hr. prohibe/dimitte me & confortabo me parū. Ecce solutio quæstionis quare de uulua eduxisti me: vç ut cōforter antequ moriar. Et i sententia hac insinuat iob q propter hois dispositionē ad futurā uitā/ producit & uegetat deus hominē in uita psenti: ad hoc. n. directe petit modicam cōfortationē ante mortē. Ait itaq prohibe/satanā cōtinuantē afflictiones meas, dimitte me/ absq tot uexatiōibus, ut non labat mens mea sed confortē me ipsum aliquātulū secūdum spiritū. ¶ Antequ vadam & non reuertar: ad terrā tenebrosam. Legendū est. obscurā. Quod aūt sequit. et opertā mortis caligine. iuxta hebraicā ueritatē legendū est. et vmbram mortis. Præsens litera ex hoc ipso q cum tāto apparatu describit terrā ad quā itur per mortē, offert seipsam intelligenda de inferno/

quo pergunt animæ ex propriis meritis.& propterea iob ex ꝓpriis meritis se cónumerat cum aliis ituꝗ ad infernū/ dicendo anteꝗ̃ uadam & nō reuertar:petit.n.confortari anteꝗ̃ ex propriis meritis uadat ad infernū.Quod aūt dicit & non reuertar / uerificat non solum de reuersione ad præsentem uitam/sed ēt de reuersione ad locū quietis. Appellatur aūt infernus duplici nomine:vꝫ terra obscuritatis & umbra mortis. Et ē sermo metaphoricus:significans animas in inferno secundum intellectum carere lumine intelligibili quo delectentur uidere spirituales substantias,secundum uero uoluntatē carere securitate & tanꝗ̃ in pauore esse/quēadmodum qui terretur a trucibus ūbris quas umbras mortis dicimus.Et dicit hæc iob ad manifestandum amicis ut discernant alio sensu dicta fuisse ab eodem de animabus defunctoꝝ in cap.3.nūc quiescerem cum regibus & consulibus terræ &c.alio uero sensu intelligenda esse hæc. ibi.n.naturali dūtaxat ordine considerato quiescentes describuntur animæ omnes:hic uero secundū propria merita relata ad diuinam iustitiam in terra obscuritatis & ūbra mortis/ puniri dicuntur. ¶ **Terram miseriæ & tenebrarum.** Iuxta hebraeū hr. **Terram obscuram sicut tenebras.** Declarat primum nomen:manifestando ꝗ non dixit terrā obscuram quemadmodum obscura est nox/sed multo obscuriorem quemadmodum obscuriores sunt tenebræ quæ priuant etiam lumine stellarum. **Vbi umbra mortis & nullus ordo.** Iuxta hebraeū habet. **Vmbram mortis & nō ordinationes.** Declarat alterum nomen ab annexa priuatione ordinum qui fuerūt inter homines præsentis uitæ.describitur.n.pauor absꝗ diuersitate ordinum quos in præsenti uidemus: puta inter nobiles & populares/inter dominos & seruos/inter reges & uarios ministros ac subditos/inter pōtifices & clericos/& id genus reliquos. **Sed sempiternus horror inhabitat.** Iuxta hebraeū hr. **et obscurata est sicut tenebre.** Non sat fuit declarasse terram illam esse obscuram sicut tenebras,sed adiecit iob modum quo terra illa facta est obscura dicendo ꝗ obscurata fuit sicut tenebræ:hoc est non est reddita obscura ex aliquo interueniente obstaculo extrinseco(quemadmodum cōtingit nobis obscuritas noctis ex interpositiōe terræ inter solem & nos /& ex interpositiōe nubium inter stellas & nos) sed quēadmodum generatur obscuritas ipsarum tenebrarum.quod ē dictu/terra illa est genita obscura secundum seipsam quēadmodum tenebrarum obscuritas genita est in tenebris secundum seipsas.Et per hoc excluditur uicissitudo obscuritatis & lucis a terra illa/ quēadmodum tenebræ non sunt quandoꝗ lucidæ & quādoꝗ obscuræ.Et hæc uerificantur in inferno de priuatiōe luminis gratuiti simpliciter & absolute:de priuatione uero luminis naturalis quatenus delectat uel consolatur habētem naturale lumen intellectus.

CAPVT .XI.

R**Espondit autem sophar naamathites.** Tertius socius iobis tertio loco loqtur: ordinate.n.(ut uiros graues decet) successiue loquebātur disputando cum iobe respōdente singulis. **et dixit. Nunquid qui multa loquitur non & audiet?** Iuxta hebræum hr. **Num multitudini verborum non respōdebitur?** Arguit iobem ꝗ multiloquus fuerit/sed multiloquium non debet excludere responsionem. Ac si apertius dixisset/putas cū multiloquio tuo efficere ut non respondeatur tibi?solent.n.sæpe homines multiloquis non

respondere, aut vir verbosus iustificabitur? Iuxta hebræum habetur, et num vir labiorum iustificabit? Vir labiorum appellatur uir præditus facundia dicendi. Et indignum reputat zophar ꝙ eloquētiæ tribuatur iustificatio, ita ꝙ nec ex multiloquio nec ex eloquentia qua iob iustificat causam suam/cēsendus ē iustus: sæpe. n. eloquentia oratoris uicit iustificando causam. ¶ Tibi soli tacebūt homines. Iuxta hebræum hř. Mendacia tua homines facient tacere? Et est interrogatiue legendum/nunquid mendacia tua facient homines tacere? manifeste siquidē arguit iobē mendacii quod postea explicabit: vc3 ꝙ plus patitur q̃3 mereatur peccatum eius. et quum ceteros irriseris/a nullo confutaberis? Iuxta hebræū hř. et subsannasti/ꝛ non faciens pudere? Vnde zophar accæperit ꝙ iob subsannauerit alios/non clare patet, potest tamē intelligi ꝙ iob subsannādo eliphaz dixerit deo in cap. 10. & hæc recondisti in corde tuo/tanq̃3 irriserit apparitionem relatā ab eliphaz in cap. 4. Irrisorie quoq3 intelligi potest æquipollentia uitæ præsentis & trāslationis de utero ad tumulum: ut quod isti socii iobis pendunt tanti, ipse pro nihilo irridendo eos/ duxerit. Et interrogatiue legendum est & non faciens pudere? quasi dicat ꝙ erit faciens pudere te irrisionis. ¶ Dixisti enim: purus est sermo meus ꝛ mundus sum in cōspectu tuo. Iuxta hebræū hř. munda lex mea/ꝛ electus fui in oculis tuis. Ecce mendacia iobis. In cap. 6. dixerat iob utinam appenderentur peccata mea &c. sententia illa appellatur lex iobis/non statuentis sed profitentis, profitebať enim iob hāc legem esse mūdam apud deum: & zophar appropriat huiusmodi legem iobi/eo ꝙ iob solus profitebatur eam, in capitulo uero decimo dixerat iob se electum a deo ad hoc ut in ipso sic afflicto deus esset mirabilis, & propterea zophar refert ꝙ iob dixerit se esse electum in oculis dei.

¶ Atq3 vtinam deus loqueretur tecum ꝛ aperiret labia sua tibi. Sententia recte redditur: hebraice tamen hř. Et profecto quis dabit eloha loqui: ꝛ aperiet labia sua tecum? Quia iob sententias suas dixerat dirigendo sermonē ad deum, ideo zophar ad confutandum iobem dicit se cupere ut deus iudex omnium aperiret labia sua ad loquendum cum iobe, more siquidem humāo de deo loquiť tāq̃3 habente os & labia: describendo per huiusmodi sensibilia ea quæ sunt supra omnem intellectum. ¶ Vt ostenderet tibi secreta sapientie. Iuxta hebræū hř. Et annunciabit tibi occulta scientie. Quod autem in uulgata sequitur æditiōe. et ꝙ multiplex sit lex eius. iuxta hebræū hř. quia duplicia ad statutum. Hic ē neruus præsentis capituli aduersus iobem. tria siquidem zophar proponit aduersus iobem ut confutet dicta illius. primum est ꝙ in scientia dei summi iudicis sunt multa occulta nobis: alterum est ꝙ occulta quæ in scientia dei latent/sunt duplicia relata ad statutum quodcunq3. Et ponitur proportio finita pro infinita: dicuntur. n. in proportione dupla/ad insinuandum ꝙ excedunt in infinitum. Ex his enim duobus confutat zophar dicta iobis/& excludit ea tanq̃3 mendacia: quia deus secundum occultas rationes scientiæ suæ excedit omne statutum quo iob metitur pœnam suam relatam ad peccatum suum. Et propterea subiungit tertiū. et intelligeres ꝙ multo minora exigaris ab eo q̃3 meretur iniquitas tua. Paraphrasis est: nam iuxta hebræum breuissime dicitur. et scito ꝙ mutuabit tibi eloha plus iniq̃tate tua. Meta-

phora utitur mutuantis.quéadmodum.n.mutuans alicui/efficit illum debitorem, ita describitur deus iudex puniendo iobem mutuasse iobi plus iniquitate eius/hoc est poena iniquitatis eius:ita q deus iudex restat tanq̄ creditor/& iob adhuc debitor pro iniquitate propria.hoc enim tertium tanq̄ consequens ex secūdo/inducit zophar:ex quibus confutata esse dicta iobis arbitratur.

¶ Forsitan vestigia dei comprehendes.Iuxta hebraeū hr. Nunquid inquisitionem eloha inuenies? Intendit zophar prosequi tria proposita: & inchoat a primo/vz occulta scientiae.De his.n.occultis rationibus scientiae diuinae ait.nunquid inquisitióem qua utitur summus iudex erga nr̄a delicta inuenies?quasi dicat nequaq̄. quod directe tendit aduersus sententiam iobis qua mensus est iustitiam dei & peccatū proprium.et vsq3 ad perfectum omnipotētem reperies?Iuxta hebraeū hr. nunquid vsq3 ad finem saddai inuenies?Et est casus genitiui saddai: & ē nomen dei significans deum quatenus uincit omnia/quod nostri omnipotentem uocant. quasi dicat nequaq̄.impossibile siquidem est inuenire terminos illius qui uincit omnia: nec inq̄sitio ergo nec terminus diuinae iustitiae inueniri potest. ¶ Excelsior celo est & quid facies?Iuxta hebraeū hr. Celsitudines celorum/quid operaberis? Ad manifestandum amplius ex sensibilibus occulta diuinae scientiae/refert ea secundū similitudinem ad corporalia loca:inchoando a coelis/dicens.caelsitudines coelorū/subaudi superat scientia diuina:quid ergo operaberis tu ad inueniēdum eā?& similiter subditur.profundior inferno/quid scies?Longior terra mensura eius:& latior mari.Scientia dei est res spiritualis carens huiusmodi dimensionibus longitudinis latitudinis & profunditatis:sed ad insinuandum q inueniri a nobis non potest/per huiusmodi corporeas similitudines declaratur uis eius immensa,qua penetrat uniuersa etiam corporea/longe em̄ nentior omnibus.

¶ Si subuerterit omnia & in vnum coarctauerit: qs contradicet ei? Iuxta hebraeū hr. Si concidet & claudet & congregabit:& quis respōdebit ei?Prosequitur propositum secundo:vz quia duplicia ad statutum. prosequitur autem manifestando q si deus res conciderit scindendo eas/siue res singulas concluserit tollendo actiones earum/siue res omnes confundat tollendo ordinem inter illas,nullus potest respondere ei.ex hac.n.libertate in summo iudice qui omnia uincit / manifestat zophar q occulta scientiae dei sunt duplicia ad statutum etiam ordinē totius uniuersi. ¶ Ipse enim nouit hominum vanitatem:& videns iniquitatem/ nonne considerat? Vir vanus in superbiam erigitur: & tanq3 pullū onagri se liberum natum putat.Iuxta hebraeū hr. Quia ipse sciuit homines falsitatis:& vidit iniquitatem/et non se intelliget? Et virū vacuum eleuabitur corde:& pullus onager hominem natus erit.Scito circa literam q dictio interpretata eleuabitur corde/interpretanda fuisset cordabitur fingendo passiuum uerbū a nomine cordis.significat enim usum cordis:tanq̄ diceremus erigetur seu eleuabitur corde. ¶ Aduerte rursus circa literam oportere subintelligere ter nomen relatiuum qui.primum quum dicitur & non se intelliget/ supplendum est & qui non se intelliget?secundum quum dicitur & hominem uacuum eleuabit corde/supplendum est qui eleuabitur corde.tertium quum dicitur hominem erit natus/ supplen-

dum est qui erit natus. Et est ordo literæ q deus uidit hominem qui natus erit pullus onager. Zophar igitur prosequendo tertium propositum (vcȝ q deus puniuit iobem minus q̃ meretur iniquitas eius) manifestat illud ex hoc q deus sic se habet erga omne genus peccantium. Quod genus partitur in quinq; partes enumeratas in litera, quarũ prima est hominum fallacium: secunda iniquorum: tertia non intelligentium seipsos: quarta hominum uacuorum uirtute qui eleuantur corde: & quinta hominũ quasi a natura genitorum ad uiuendum absq; iugo quemadmodum nascitur pullus onagri. nascuntur siquidem homines quemadmodum inclinati ad quædã bona (puta misericordiam uel liberalitatem & similia) ita inclinati ad quædam mala: puta ad mentiendum uel furandum & similia. & propterea zophar acute dicit quosdam homines natos ad uiuendum absq; iugo. Ex hoc itaq; q deus & sciuit & uidit hos omnes peccatores, intelligi uult q deus minus punit q̃ mereamur. subintelligit enim zophar q scire & uidere dei fuit citra punitionem condignam: quia notorie clarum est innumerabiles peccatores ex hac uita migrasse citra punitionem condignam.

Tu autem firmasti cor tuũ. Iuxta hebraũ hr. Si tu direxisti cor tuũ. Postq̃ zophar arguit iobem mendacii/& putauit se confutasse illum, monet iobẽ ut conuertatur in ueritate ad deum/promittendo ei fœlicitatem præsentis uitæ/& respondendo ad impedimenta fœlicitatis allegata a iobe. Ait ergo q si rectificasti cor tuũ coram deo. et expãdisti. Iuxta hebraũ hr. et expãdes ad eum manus tuas. post rectificatum cor supplicando deo. Si iniquitatẽ que est in manu tua abstuleris a te: & non remanserit in tentoriis tuis iniustitia. Præpostero ordine scripta hæc intellige. nam prior debet esse pœnitudo admissorum criminum & expulsio eorundem a propria domo q̃ oratio. tunc leuare poteris faciẽ tuã absq; macula. Ecce promissio, quia tunc post pœnitentiam rectumq; cor atq; supplicationem oblatam deo/eleuabis faciem tuam a macula: hoc est a pœna. Et dicit hoc directe contra uerba iobis in cap. 10. & iustificabo & non eleuabo caput meum. contra hoc enim directe ait/quia tunc eleuabis faciem tuam a macula. et eris stabilis. Parui refert q hebraicæ habetur. et eris fortis. contra id quod dixerat iob in cap. 7. de debilitate corporis sui. et non timebis. contra id quod dixerat iob in cap. 7. terrebis me per somnia &c. promittit enim exemptionem & a pœnis corporis & a pœnis animi. Miseriæ quoq; obliuisceris: & quasi aquarum que preterierunt non recordaberis. Iuxta hebræum hr. Quia tu laboris obliuisceris: sicut aque transierunt recordaberis. Promittit obliuionem perpessorum: & ut qualis sit futura obliuio intelligatur/adiungit similitudinem q recordaberis quidẽ perpessorum, sed non cum aliquo uestigio eorum quæ passus es quemadmodum est recordatio aquarum quæ transierunt. uasa enim per quæ transiuit aqua, nullam retinẽt maculam/nullum retinent odorem/& breuiter nullum retinent uestigium aquæ quæ transiuit per ea: secus autem est si trãsisset oleum aut uinum. Promittit enim per hanc similitudinẽ iobi restaurationẽ talẽ q nec uestigiũ aliquod perpessorũ remanebit in eo.

Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperã. Iuxta hebræum hr. Et plus meridie surget tempus. Contra id quod dixerat iob in cap. 7. vcȝ q nunc erat moriturus/directe promittit tempus uitæ plus meridie: hoc est ppor-

tionaliter maius q̃ a meridie usq; ad noctem. Et per hoc promittit plusq̃ dimidiũ uitæ iobis fœlix. et quum te consumptũ putaueris/orieris ut lucifer. Iuxta hebræũ hr. illustraberis/sicut mane eris. Contra id quod dixerat in cap. 10. iob saturitas ignominiæ/promittit zophar illustrationem gloriæ. & ne subito omnia futura simul intelligatur promittere/adiungit sicut mane eris: hoc est eris successiue crescẽs in bonis quemadmodum lux mane successiue clarescit. ¶ Et habebis fiduciam proposita tibi spe. Parui refert q; hebraice habet. Et sperabis quia est spes. Contra id quod dixerat iob in cap. 7. nihil sibi sperãdum esse in hac uita, dicit zophar sperabis præsentis uitæ bona quia uere superest spes bonorum quæ subiungit. et defossus securus dormies. Iuxta hebræũ hr. et fodies/secure dormies. Vniuersam agriculturam compræhendit per fodere: fodiẽdo siquidem terram incipit agricultura. Promittit itaq; agriculturam tam securam q; agricolæ dormiẽtes in agris/dormient securi ab hostibus & prædonibus. ¶ Requiesces/7 non erit qui te exterreat. Iuxta hebræũ hr. Et cubabis/7 non terrens. Promittit securitatem nõ solum in agro sed etiam domi dormienti: præpostero siquidem ordine scribuntur hæc. et deprecabuntur faciem tuam mulii. Honores mũdi promittunt: ita q; bona utilia & honores sperandi promittuntur. ¶ Oculi autem impiorũ deficiẽt/7 refugium peribit ab eis. Contra spem iustorum supputat spem impior;/tria dicendo. primum relatiue ad bona præsentis uitæ, q; oculi impiorum eleuati ad bona/non assequentur intentum sed deficient expectando. alterum relatiue ad mala/q; carebũt refugio. tertium autem. et spes illorũ abominatio anime. iuxta hebræũ hr. et spes eorum tristitia anime. Apte describitur spes inanis quo ad externa tam bona q̃ mala/quod ẽ tristitia animæ: est siquidem totius uitæ tristitia. concludit igitur zophar cum sociis suis inter iustos & impios differentiam esse, q; iustis dantur a deo bona præsentis uitæ/inpiis autem mala.

CAPVT .XII.

RESpondit autem iiob: 7 dixit. Ergo uos estis soli homines. Iuxta hebræũ hr. Profecto q; uos populus. Appellat iob amicos suos quamuis nobiles plebem (hoc est plebeios) non quo ad personas/sed quo ad officium. arguit siquidem eos q; sermo eorum est sermo plebeius: hoc est dignus ut proferatur coram plebe potiusq̃ sapientibus. Et uerificant hæc iobis uerba: quia in iis quorum rationes habemus recurrere ad occulta in diuina sapientia mysteria, non est loquentis inter sapientes sed loquentis ad plebem, quæ non est capax rationis speculatiuæ. percutit siquidem directe zophar, qui ex occultis in diuina sapiẽtia rationibus dixerãt afflictum esse iobem minus q̃ mereretur: percutit & omnes eos qui diuina mysteria personauerant quæ communiter dicuntur/omittẽtes propriã rationem quæsiti. et uobiscum morietur sapientia. Parui refert an legat. sciẽtia. Et est sensus & uobiscum non uiuet sed morietur speculatiua scientia causarũ propriaꝝ. sicut. n. semina iacta in terrã in qua non uegetant moriuntur, sic scientia inchoata in mentibus eruditorum absq; studio ad proprias rerum causas sistens in communibus/non uiuit cum illis sed moritur. Arguit itaq; iob amicorum sermonem quidem q; est popularis: scientiam uero q; non uegetatur in eis sed cum eis manet perseuerans

mortua. ¶ **Et mihi est cor sicut & vobis.** Duo arguerat in amicis: subiũgit tria in seipso. Primũ q̄ habet cor ad audendũ extollere diuina mysteria quemadmodum audent ipsi. **nec inferior vobis sum.** Secundũ q̄ nõ est minoris authoritatis q̃ ipsi. erat.n.iob p̃nceps & magnus inter oẽs orientales. **quis.n. hec que nostis ignorat?** Parui refert q̄ hebraice hr̃. **et cui nõ sicut ista?** Tertiũ q̄ scit diuina mysteria similia istis quæ dixerant ipsi. & ne arrogare uideatur sibi huiusmodi scientiã, dicit eam esse communem omnibus/subaudi eruditis.

¶ **Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum & exaudiet eum.** Iuxta hebræũ hr̃. **Risus socio suo ero/ vocans eloha & respõdit ei.** Et est ordo literæ. ego ero sicut q̄ est risus socio suo/inuocãs deũ iudicem & gubernatorem oĩum, & deus respõdit exaudiendo eũ. Postq̃ iob cõparauit se amicis & cõclusit se nosse similia & audere dicere ea, incipit dicere illa inchoans ab immerita pœna iustorũ & ab ĩmerito bono iniquorũ: q̄ vz boni q nõ merentur despici/sæpe despiciunt̃, mali aũt q nõ merent̃ bona/pace securitateq̄ fruunt̃. sæpe.n. talis diuersitas euidenter apparet in humano genere. Inchoat aũt ab hac diuersa dispositiõe bonorũ & malorũ uirorũ/ ut cõfutet sententiam zophar. Cõsentit.n. iob sententiæ zophar in hoc q̄ diuersitas ista proficiscit̃ ex occultis rõibus in sapientia diuina/& propterea hãc diuersitatem affert narratiue: sed dissentit in hoc q̄ occultæ in diuina prouidentia rationes huius diuersitatis/pensent merita hominum qui despiciunt̃ & hominum qui p̄sperãtur in hac uita. quod dixerat zophar: & super quod fabricauerat zophar confutationem iobis, dicendo ipsum ex occultis apud deum rationibus afflictum minus q̃ mereretur. Intendens itaq̄ iob hæc manifestare/tam bonorum q̃ malorum affert duo genera: relatiue vz ad deum & ad homines. unde & incipit a iustis relatiue ad deũ (hoc est ab illis qui inuocãt deũ & exaudiũtur ab eo) dicẽdo de illorũ genere q̄ est risus socio suo: hoc est q̄ irridetur a socio suo/q̄ uertit̃ in ridiculũ. Nec p̄ponit hoc absolute/sed supputando seipsum in genere taliũ inuocantiũ deũ qui irridenť a sociis suis: insinuans per hoc q̄ amici sui irrisuri essent eum. **deridetur.n. iusti simplicitas. Lãpas contẽpta apud cogitatiões diuitũ, parata ad tẽpus statutũ.** Iuxta hebræũ hr̃. **risus iustus p̄fect⁹. Titio despect⁹ cogitatiõib⁹ quieti: direct⁹ nutãtib⁹ pede.** Dixerat ridiculos esse religiosos, subiũgit ridiculos quoq̄ esse iustos p̄fectos: hoc est oĩ ex parte inter hoĩes integros. Assimilat aũt irrisionem eorũ titioni despecto a quiescentib⁹ & directo ad nutãtes pede: hoc est ad hoc ut ĩpingãt pede in titionem & sic q̄escentes rideãt. Et similitudo q̄dem manifesta est: qm̃ titio q nõ despicit̃/ponit̃ aut seruat̃ ad ardendũ in igne: titio aũt despicit̃, quũ ex igne segregat̃ aut indignus igne habet̃/& p̄iicit̃ ut sit offendiculũ ãbulantibus ad hoc ut q̄escentes rideãt de cespitãtibus impigendo in titiõem. Mysteriũ aũtẽ significatum p̄ hãc si͞litudinẽ uidet̃ esse, q̄ uiri oĩ ex parte integri æstimãtur a fruentib⁹ bonis hui⁹ mũdi/& habent̃ tãq̄ nõ sint partes reipublicæ & tãq̃ offendiculũ adherentiũ eis. censent.n. consulentes eos impingere & adhærentes cadere: irident q̄ quũ audiũt magnatẽ aliquẽm consulere eos aut adhærere eis. Et utinã hoc nõ quotidie uiderem⁹. nec est mirũ: q̄a cõtraria est iustorũ oĩ ex parte integrorũ uita actio ac censura/uitæ actioni ac censuræ eorum qui principantur & gubernant: & propterea indignos regimine ac curia iudicant uiros tam integros. ¶ **Abundant tabernacula predonum.** Iuxta hebræũ habetur. **Pacificabunt tentoria predonũ.**

Quia hebræi pacis noie significāt salutem, ideo salutem in domib⁹ pdonū significāt p pacificare, & e regiōe iustoꝝ perfectoꝝ q irridenť / ponit prædones cū domoꝝ pace. et audacter puocant deū, quum ipse dederit omnia in man⁹ eoꝝ. Iuxta hebræū hr. et securitates irritantibus el, quib⁹ adduxit eloha in manu sua. E regione religiosoꝝ q irridenť / ponit securitatē irritantiū deū fortē, quibus irritātibus deus gubernator oium manu (hoc ē opatione) propria attulit bona quæ habēt, ita q etiam ingratitudinis erga deum notātur isti.

¶ Nimirū interroga iumēta / & docebūt te. Hebraice hr. Et pfecto interroga bestias / & docebit te. Vide contextū. narrauit iustoꝝ miseriā & iniquoꝝ prosperitatē in hac uita: subiūgit mō ratiōem suadentē q disparitas ista ē qdem a deo / sed nō propter merita iustoꝝ & iniquoꝝ: respōdens p hoc directe ad sententiā zophar / q dixerat q ex occultis in diuina sapiētia rōibus pter merita hoium fiebāt hæc a deo. Rō aūt iobis cōsistit in hoc, q tam uegetabilia q̄ animalia in terra aere & aquis testanť q summus de⁹ dat bona & mala nō pter merita eoꝝ qbus dat, ad hoc. n. citat uegetabilia & aialia, qa perspicuū ē q illis nō pter eoꝝ merita de⁹ dat bona & mala. Ait itaq interroga bestias / & docebit te multitudo eaꝝ: hoc ē ingre pspicaciter bona & mala in bestiis / & multitudo eaꝝ docebit te materialiter & obiectiue, relucet. n. in eis bonū & malū ut dei effectus nō pter eaꝝ merita. Et eodē sensu intellige subiūcta de auib⁹ & arborib⁹ & piscib⁹. et Volatilia celi / & indicabūt tibi. ¶ Loquere terre. Parui refert q hebraice hr. Vel arborē terre. subaudiť. n. interroga. et rńdebit tibi: et narrabūt tibi pisces maris. ¶ Quis ignorat q man⁹ dñi oia hec fecerit? Iuxta hebræū hr. Quis nescuit in oibus istis, q man⁹ iehouah fecit hoc? Vbi clare uidere potes iobē cōcludere q qlibet uidet in oibus istis uegetabilibus & aialibus q manus dei fontis essendi fecit hoc qd' narraui: ve3 q qnq iusti affliguntť & iniq pperanť nō pter eoꝝ merita. hæc. n. notitia eliciť ex bono & malo in oib⁹ istis uegetabilib⁹ & aialib⁹. ¶ In cui⁹ manu aia ois viuētis: & spūs vniuerse carnis hoīs. Rō reddiť argumēti facti a bono & malo in aialibus & arboribus ad bonū & malū in hoibus. Et cōsistit rō in hoc qa in manu dei ē tā aia ois uiuentis (hoc ē aialium & uegetabiliū) q̄ spūs uniuersæ carnis hois. q̄uis. n. nō parua disparitas sit inter bonū & malū in hoibus & bonū & malū in aialibus & uegetabilibus / si cōsidereť ista disparitas ex parte naturaꝝ diuersaꝝ (hinc humanæ / rōne & libero arbitrio pollētis, inde irrōnalium oium) si tñ secundū diuinā manū hoc ē potestatē consideretť, æqua ē rō inferēdi bonū & malū utrisq / rōnalibus scilicet & irrōnalibus. & pterea iob pcedit ex parte manus diuinæ / ad inferendum q deus quādoq confert hoibus malū absq eorum merito sicut confert irrationalibus.

¶ Nōne auris verba diiudicat. Proposita respōsione ad zophar, qa respōsio fundata ē super inqsitiōe eoꝝ quæ fiūt a deo in uegetabilib⁹ aialib⁹ & hoibus / ideo iob subiūgit modū quo notitia ista cōis ē uiris doctis. dixerat. n. qs non sciuit in oibus istis q man⁹ iehouah fecit hoc? & pterea ad uerificādū qd' dixerat / manifestat modū quo cōmuniter hr hæc notitia. Accedit quoq ad hoc intētio supplēdi min⁹ dicta a bildad in cap. 8. monēte iobē ut interrogaret generationem antiquā. explicat siqdem iob duos esse modos quibus hr huiusmodi notitia: quoꝝ alter est p disciplinā / alter p inuētiōem. Et mod⁹ qdē sciēdi p disciplinā / explicať dicēdo nōne auris uerba discernit / audit⁹. n.

est sensus disciplinæ: quia per ipsum præcipue discimꝰ a docẽtibus medio sermõe. Modus aũt sciendi per inuentiõem/subiungit᷑ dicendo. et fauces comedẽtis saporẽ. Parui refert ꝙ hebraice hr̃. et guttur cibꝰ sapiet. Sensatio siquidem rerum sensibilium/initiũ est inuentionis: & est nihilominus terminus resolutionis nostri intellectus. nã quæ intellectus non potest resoluere ut testificata a sensibilibꝰ/nõ sunt nobis euidẽtia: & propterea iob modũ sciendi per inuentionẽ/a sensatione saporũ in cibo declarat psit. ¶ In antiqs est sapientia: ⁊ in multo tẽpore prudẽtia. Iuxta hebraũ hr̃. ⁊ in lõgitudine dierꝫ intelligentia. Primum spectat ad modũ disciplinæ: secundũ aũt ad modũ inuentionis. manifestat siquidẽ iob ꝙ nostrũ discere pẽdet a senibus tanq̃ doctoribus, & ꝙ scire per inuentionẽ est in longitudine dierꝫ/hoc est in hominibus diu uiuentibus: qa inuentio exigit intelligentiam/hoc est intellectũ in statu perfecto: constat aũt ꝙ intellectus præcipue uiget in antiqs. Et ex his omnibus declarat iob modũ quo notitiam de diuinis operibus habemus: vꝫ uel discendo ab antiquis/uel inueniẽdo in lõgitudine dierꝫ. & hunc ultimum modum omiserat bildad. Et intendit per hæc insinuare ꝙ utroq; modo ipse habet notitiam diuinorum.

¶ Apud ipsum est sapientia ⁊ fortitudo: ipse habet consiliũ ⁊ intelligentiã. Declarato mõ sciendi diuina opera/declarat modũ quo deus efficit sua opera. Et oportuit hoc declarare ne putaretur ꝙ deus esset agens per modum naturæ/efficiendo bona & mala rebus sine earꝫ meritis: quẽadmodum sol aliqbus prodest & aliqbus nocet absq; eorum meritis. Dicit itaq; ꝙ deus est agens a proposito: utpote in quo est intelligentia penetrãs oĩa & singula/& sapientia ordinans omnia & singula/& consiliũ inuentiuũ omniũ & singulorꝫ, & fortitudo executiua efficacissime omniũ & singulorꝫ. Et per hæc simul texit iob propositũ suũ ad prosequendũ sermonẽ popularẽ/ut in pncipio capituli pmiserat dicẽdo & mihi ẽ cor sicut & uobis. nam ad manifestandum hæc quattuor esse in deo, subiũgit sermonẽ popularẽ incõparabiliter maiorẽ plebeio sermone tã zophar q̃ aliorꝫ sociorꝫ. ¶ Si destruxerit/nemo ẽ q edificet. Iuxta hebraũ hr̃. Ecce diruet ⁊ nõ edificabit᷑. Incipit a fortitudine: & primũ diuinæ fortitudinis opꝰ affert diruere nõ qualitercũq; sed cũ tali efficacia ꝙ dirutũ nũq̃ ædificabit᷑. hoc. n. opus excedit oẽm uirtutẽ tã humanã q̃ ãgelicã, ppriumq; ẽ fortitudini diuinæ. Et q̃uis sentẽtia hæc uera sit applicata ad quãcunq; materiã, cõtextus tñ imediate sub iũcti opis isinuat ꝙ ad literã ẽ sermo de hoie, ita ꝙ sensus ẽ/ecce diruet hoiem & nõ ædificabit᷑. Sæpe aũt uidemus hoiem dirui uel in pgenie uel in regno ita ꝙ nunq̃ resurget. Si incluserit hoiem/nullꝰ ẽ q aperiat. Iuxta hebraũ hr̃. claudet sup virꝫ ⁊ nõ aperiet᷑. Nulla cõiunctio intercedẽs inter primũ opus & hoc/inter diruere & claudere, quũ claudere terminet᷑ ad hoiem/testat᷑ ꝙ ẽt diruere terminatur ad hoiem. Alterũ itaq; opus fortitudini diuinæ ppriũ narrat᷑ circa hoiem: cõcludere vꝫ hoiem ita ꝙ a nullo põt aperiri. Et hoc quo, sæpe apparet: dũ hoiem in seipo cõclusum rõe aliqua sibi apparẽte uidemꝰ/sic ꝙ impsuasibilis ẽ ad uerꝫ seu bonũ. Et hoc quidẽ opꝰ circa aiæ libertatẽ/primũ uero circa corporea & externa hois bona uersatur. ¶ Si cõtinuerit aquas/oĩa siccabunt᷑: ⁊ si emiserit eas/subuertẽt terrã. Iuxta hebraũ hr̃. Ecce retinebit aquas ⁊ siccabũt᷑ ipse: ⁊ mittet eas/⁊ fuerũt reuolute sup terrã. quãuis in hebræo nõ habeat᷑ præpositio sup. Prosequit᷑ fortitudinis diuinæ opa. pus. n. circa genus humanũ/mõ aũt circa elementa affert diuinæ fortitudinis

opus duplex. alterum retentiuum aquaꝝ cum tāta efficacia ꝙ siccabuntur ipsæ aquæ eo modo quo dicimus exiccatos puteos fluuios & huiusmodi: alterum emissiuum aquarum ita ꝙ reuoluantur super terram operientes eam. hæc. n. solus deus potest.

¶ Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Iuxta hebræũ hr̃. Cũ eo fortitudo & decretum. Resumit quattuor prius dicta: vꝫ fortitudinem/sapientiam/consilium & intelligentiam. sed aliter: quia tria (vꝫ sapientiam consilium & intelligentiam) resumit sub uno nomine/dicendo & decretum. Ad decernendum siquidem de tāta uarietate humanarum actionum concurrunt sapientia cõsilium & intelligẽtia. & propterea explicaturus simul iob opera sapientiæ consilii & intelligentiæ diuinæ circa homines/ resumit hæc tria sub nomine decreti: fortitudinem autem resumit tum ad insinuandum prædicta opera spectare ad fortitudinem, tum præcipue ad insinuandum ꝙ subiuncta opera spectant ad decretum non qualitercunq; sed cum efficaci executiõe/quæ ad fortitudinem spectat. ipse nouit & decipientem & eum qui decipitur. Iuxta hebræũ hr̃. ei errans & faciens errare. Pronomen ei demonstrat deũ. & est sensus ꝙ ipsius dei tanq̃ decernentis cum efficacia/est uterq;: vꝫ errans & faciens errare. Et sub istis duobus generibus compræhendit omnia subiuncta. more siquidem solito proponit summarie quæ subiuncturus est distinguendo per partes. ¶ Adducit consiliarios in stultum finem. Iuxta hebræũ hr̃. Ducit cõsiliarios in prædam. Incipit supputare facientes errare/inchoãdo a consiliariis: & de illis dicit ꝙ deus ducit eos in prædam: hoc ẽ efficit ut agantur tanq̃ ducti in prædam. Consiliariorum siquidem est agere alios: sæpe autem aguntur a passionibus timoris uel cupiditatis uel inuidiæ & huiusmodi/& faciunt errare alios. Et hoc effici a deo dicit iob: & appellat ducere cõsiliarios in prædam, eo ꝙ in huiusmodi assimilantur consiliarii iis qui ducunť in prædã/eo ꝙ aguntť captiuati a passionibus. et iudices in stuporem. Iuxta hebræũ hr̃. et iudices faciet insanire. Secundum genus facientium errare describiť nomine iudicum: qui sæpe insaniunt/officio iudicis abutendo. Et hoc quoq; diuino decreto attribuit iob. ¶ Baltheum regum dissoluit: & præcingit fune renes eorum. Iuxta hebræũ hr̃. Ligamen regum aperuit: & ligauit cingulum in lumbis eorum. Tertio loco inter errare facientes supputantur reges: quorũ sæpe uincula quibus alios detinent, inuito rege soluunť/& reges ipsi in uincula rediguntť. Describit aũt captiuitatem regũ per cingulũ in renibus, qa sic solẽt equitantes captiui nobiles duci alligati sellis equoꝝ. ¶ Ducit sacerdotes inglorios. Iuxta hebræũ hr̃. Ducit sacerdotes in predã. Quarto loco sacerdotes collocãtur inter errare faciẽtes. & idẽ dicit de sacerdotibus quod dixerat de cõsiliariis: qm̃ simile ẽ utrorũq; officiũ. cõsiliarioꝝ siquidem ẽ agere alios ad bonũ/sacerdotũ uero est agere alios ad deum: & sæpe sacerdotes aguntur uel auaritia uel aliis uitiis ad auertẽdum alios a deo. quod ẽt diuinæ attribuiť prouidẽtiæ. et optimates supplãtat. Iuxta hebræũ hr̃. et fortes flectit. Quinto loco potẽtes q̃ pollẽt fortitudine animi/inter faciẽtes errare scribunť: q sæpe declinant ab animi fortitudine/flexi occasiõe aliqua. & hoc quoq; deo tribuiť. ¶ Cõmutãs labiũ veraciũ. Iuxta hebræũ hr̃ remouẽs. Sexto loco inter errare facientes scribunť ueraces tacẽtes. attribuiť siqdem deo ꝙ tollit eis labium: hoc est locutionẽ quæ fit per labia. et doctrinam senum auferens. Iuxta hebræũ hr̃. et saporẽ senũ auferet. Septimo loco senes sine sapore/inter errare facientes suppu-

tantur. Nec ē perspicuum an sit sermo de sapore senum in seipsis/an de sapore qui a senibus diffundit̃ in alios:hoc est an de ratione an de consilio, utrouis autem priuati senes/authores sunt erroris.

¶ Effundit despectionem super principes. Iuxta hebræū hr̃. nobiles. Expedito genere facientium errare/tractat genus errantium, inter quos primum supputat nobiles:super quos errantes deus effundit despectionem/ut scilicet despiciantur ab aliis. et eos qui oppressi fuerant releuat. Iuxta hebræum hr̃. et fortitudinē fortium debilitat. Fortes uiribus corporis errantes/debilitati describuntur secundo loco. ¶ Qui reuelat profunda de tenebris. Occulta ualde/hoc ē latentia in cordibus (utpote non solum in profundo loco sed etiam in tenebris/hoc est absq; notitia sita) inter errantes supputātur:& dicitur q; deus detegit ea, sæpe.n. huiusmodi occultatio est error. et producit in lucem umbram mortis. Vmbra mortis horribilia pericula quæ latent/quarto loco scribuntur, errant.n. machinantes talia:& deus sæpe manifestat ea. ¶ Qui multiplicat gentes & perdit eas. Errantes gentes beneficio multiplicationis ingratæ/perimuntur sæpe a deo. et subuersas ī integrū restituit. Iuxta hebræū hr̃. extendens gentibus & duxit eas. Sexto loco errātes gentes non contentas propriis sedibus ponit, extendere enim quærunt loca sibi/& deus ducit eas ad alia loca occupandum. ¶ Qui immutat cor principum. Iuxta hebræū hr̃. Remouens cor capitum populi terre. Septimo loco inter errātes/capita populi supputantur, pauentia tanq; absq; corde. et decipit eos ut frustra incedant per inuium. Iuxta hebræū hr̃. et facit errare eos in uacuo non uia. A tribus declarat errorem capitum populi, primū a loco uacuo & sine uia: hoc est inhabitato & absq; uia aliqua in eo, secūdo ab obscuritate, subiūgens iuxta hebræū. Palpabūt obscuritatē & nō lucem. Et hinc habes q; metaphoricus ē sermo iste, perspicuū est.n. q; uagatio diuturna in solitudine inuia/ē ēt in die lucente sole. De uaga igitur mente per uanas ratiões sine uia (hoc ē sine medio ducēte ad ueritatē) est sermo, & adiicit̃ q; tanq; palpantes obscura loca absq; lucis adminiculo/incedent in affectibus & progressibus suis/hæsitantes an impingant an recte progrediant̃. Et adiungit̃ tertium dicēdo. et errare eos faciet quasi ebrios. Non solum timor impingendi sed insania in istis pro pœna describitur instar hominis ebrii. Et si quæritur modus quo tot enumerata tam in facientibus errare q; in errantibus efficiuntur a diuina prouidentia, in promptu est responsio q; quatenus sunt mala culpæ fiunt negatiue (hoc est non dando gratiam) quatenus autem sunt mala pœnæ fiunt positiue: ita q; etiam ipsa peccata quatenus pœnalia/ordinantur positiue a deo in pœnam non solū peccantis sed quandoq; etiam aliorum.

CAPVT .XIII.



Ecce omnia hec uidit oculus meus: audiuit auris mea. Completo sermone plebeio, subiungit se non dixisse hæc nesciendo illa/sed partim uidisse & partim audisse diuinos effectus narratos superius. et intellexi singula. Iuxta hebræū hr̃. et intellexit sibi. Et quia pronomen sibi fœmininum est generis/demonstrat aurem. Et ē sensus q; audita penetrauit intellectū, intendit.n. q; non solū uisa sed ēt audita intellexit esse effecta a deo. Et ppter : subiūgit.

¶ Secundum scientiam vestram noui etiam ego: nõ inferior vobis sum. Non minus se scire q̃ illos explicat, quum tñ præferre se potuisset illis. ¶ Sed tamen ad omnipotentem loquar. Parui refert q̃ hebraice hr̃. Pro fecto ego ad saddai loquar. Arbitratus iob se satisfecisse obiectiõibus sociorum/ & uidens eos alienos a ueritate, dicit se allocuturum deum: tum ad explicandũ q̃ absq̃ fictione aliqua erit sermo eius: tum ad arguendum socios q̃ non ueridice disputant. Et propterea subdit. et disputare cum deo cupio. Quod iuxta hebræum scribitur: et disputare ad el volam. Non sunt ex parte intentiõis præsumẽtis uerba hæc: sed manifestãtis (ut dictum est) tum puritatem sermonis sui/tum quales cupit esse disputantes secum: vz sicut deum ueræ ac utilis doctrinæ, hunc .n. sensum subiuncta insinuant: q̃uis speciem præsumptionis uerba præ se ferãt. ¶ Prius vos ostendẽs fabricatores mendacii: & cultores peruersorum dogmatum. Iuxta hebræũ hr̃. Et profecto vos adherẽtes falsitati: sanatores nihili omnes vos. Necessitas disputandi cum deo declaratur, ex eo q̃ ipsi socii iobis nec ueridici nec utiles sunt/sed proferunt falsam doctrinam & sanant nihil. hinc .n. cogitur iob ad dirigendum sermonem suum ad deum qui uincit omnia/& ad disputandum cum deo fortissimo omnium: quoniam non nisi ueritatem & utilitatem quærit. Vtranq; siquidẽ a deo sperat/& neutrã a sociis: quia omnes dicebant falsum: scilicet q̃ iob afflictus erat a deo propter peccata propria. Et zophar addiderat duo: alterum q̃ minus puniebat iob q̃ mereretur: alterum q̃ in scientia dei latebant peccata iobis propter quæ punit9 est. falsa .n. erant hæc: & consequenter non sanabant animũ iobis percussum mœstitia. ¶ Atq; vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes. Sententia rectẽ redditᵉ: & ueræ amicitiæ desiderium panditur. ¶ Audite ergo correctiones meas. Iuxta hebræum non habetur ergo/sed nunc. Et dictio interpretata correctionem/rectius forte interpretaretur disputationem, eadem enim est dictio quæ interpretata est disputare: quam aiunt proprie significare repræhensionem sed extendi ad disputationem. et iudicium labiorum meorum attendite. Iuxta hebræum hr̃. et lites labiorum meorum auscultate. Lites appellat partes disputationis futuræ cum deo. ¶ Nunquid deus indiget vestro mendacio. Iuxta hebræũ hr̃. Nunquid el loquemini iniquitatẽ. et est datiui casus el. Et est sensus/nunquid in fauorem dei loquemini iniquitatem: quasi dicat absit. ex eo nanq; q̃ isti socii iobis loquebantur tanq̃ patrocinantes causæ dei aduersus iobem dicentẽ se afflictũ a deo plusq̃ mererentur peccata eius/mouet eos iob ut careant uitiis aduocatorũ. Vt pro illo loquamini dolos: Iuxta hebræũ hr̃. et ei loquemini dolum: Et ẽ similis sensus/& in fauorem eius loquemini dolum: quasi dicat absit. in fauorem siquidẽ dei nihil iniquum dicendum est: quia odio habet deus iniquitatem. & similiter nullo mendacio utẽdum est in fauorem dei, qui est summa ueritas. Et dixit etiam hæc iob ad uerificandum quod dixerat: vz eos adhærere falsitati & nihil sanare, quia amici eius tanq̃ defensores diuinæ iustitiæ loquebantur & iniquum & dolum. iniquum quidem/iniuriantes iobi dicẽdo eum uirum multorum scelerum: dolum autem fingendo q̃ deus non affligit aliquem nisi pro peccato eius. Et in his duobus tangit iob duo uitia aduocatorum: alterum quo iniustum fingunt/alterum quo mentiuntur patrocinando. ¶ Nunquid faciẽ

ei⁹ accipitis. Parui refert q iuxta hebræũ hr. eleuabitis. Quod.n.solem⁹ nos appellare acceptionẽ personæ/hebræi dicunt eleuationẽ faciei. et nos quidem quia non causam sed personam in iudicio suscipimus/appellamus uitium hoc acceptionẽ personarum: illi autem apellant eleuationem faciei, quia deprimit̃ causa & eleuatur facies hominis: hoc est id quod apparet de homine. Tertiũ itaq uitium aduocatorum nõ respicientium ad causam sed ad id quod apparet de persona & patrocinantur siue iuste siue iniuste/prohibet dicendo nunquid faciem eius (dei scilicet) eleuabitis? hoc est nunquid posthabentes causam iniustam cui patrocinamini/respicietis ad hoc duntaxat quia loquimini in fauorem dei? et pro deo iudicare nitimini? Iuxta hebræũ hr. nunquid el litigabitis? et est datiui casus el. Et est sensus/nunquid in fauorem dei fortis litigabitis assumendo litem pro eo? quasi dicat nequaq: quia q̃uis in apparentia disputetis pro diuina iustitia/secundum tamen ueritatem contra diuinam prouidentiam loquimini. ¶ Aut placebit ei quem celare nihil potest. Iuxta hebræũ hr. Nunquid bonum q queret vos? Irrisorie dicit/nunquid bonum utile est deo q quærat uos ad patrocinandum causæ suæ? aut decipietur vt homo vestris fraudulentiis? Iuxta hebræũ hr. nunquid sicut illudere homini illuderis ei? Aduocati quandoq illudunt homini habenti causam iniustam/suadendo q defendẽt eam & uincent. Et hoc uitium non posse habere locum in causa dei explicat iob dicendo nũquid sicut contingit illudere homini promittendo patrocinium ignotæ illi causæ / illudetis deo? quasi dicat hoc est impossibile/quia deum nihil latet.

¶ Ipse vos arguet, quoniã in abscondito faciem eius accipitis. Parui refert q iuxta hebræum hr. Castigando castigabit vos: si in occulto faciẽ eleuabitis. Nec habetur in hebræo faciem eius/sed faciem absq pronomine aliquo. Et est sensus q deus quando erit tempus puniendi puniet uos, si peccabitis etiam occulte/spectando non ad causam sed ad personam cuiuscunq siue hominis siue dei. Et quum tot uitia præmiserit patrocinãtium, subiũxit solius istius uitii punitionem: quia pium reputatur habere rationem dei/patrocinando cuicunq causæ. ¶ Statim vt se commouerit turbabit vos: et terror ei⁹ irruet sup vos. Iuxta hebræũ hr unica oratio ex istis & subiunctis: & legitur. Si non celsitudo eius terrebit vos: et pauor eius cadet super vos. Recordationes vestre similitudines cineris: corporibus luti corpora vestra. Dixerat q deus castigaret eos: subiungit q si non reuerentur ac timent deum/contineat saltem eos propria cõditio: scilicet q uertentur in cinerem/& nunc propria corpora sunt similia corporib⁹ luteis. Et quidem q uertentur in cineres/significat dicendo recordationes uestræ similitudines cineris. post mortem.n.memoriæ hominum remanentes in cadaueribus/remanent tanq in cineribus eorum. Quod uero corpora humana similia sint corporibus luteis/significat dicendo corporibus luti corpora uestra. subauditur.n.similitudo antedicta. Et uere corporibus luteis quæ fiunt a figulis/similia sunt corpora nostra: quia de puluere terræ formata sunt.

TAcete paulisper. Iuxta hebræum hr. Tacete de me. Postq mõstrauit iob necessitatem disputandi cum deo/& deinde monuit socios præ se ferentes patronos causæ dei: subiungit consequenter quo animo quaue intentione disputaturus est.

Et quoniam amici eius interpretabantur uerba iobis tum tanq̃ desperati tum tanq̃ præsumptuosi ac irritantis deum, ideo monet eos ut taceant de ipso iobe: hoc est de intimis eius/de animo & intentiõe eius. **Vt loquar quodcunq; mihi mẽs suggesserit.** Iuxta hebræum hr̃. **et loquar ego: et transibit super me quicquid.** Quia nemo nouit intima hominis nisi ipsemet, ideo iob rationabiliter dicit tacete uos de me & loquar ego de me/& eueniat mihi quicquid euenerit: quasi dicat relinquite mihi curam mei/eueniat mihi quodcunq; sit illud. ¶ **Quare lacero carnes meas dentib⁹ meis: & animam meam porto in manibus meis?** Iuxta hebraũ hr̃. **Sup quo eleuabo carnem meam in dẽtibus meis: & animam meam ponã in manu mea?** Metaphoricus est sermo, actiones desperati scribuntur: uez mordere carnes proprias/& exponere uitam suam periculo mortis sicut qui poneret uitã in manu facile perdendam. Et intendit per hoc dicere propter quam rationem ego desperabo? manifestat siquidem animum suũ nõ desperare/ut amici interpretabant̃. ¶ **Etiã si occiderit me/in ipso sperabo.** Iuxta hebraũ hr̃. **Ecce occidet me/nõ sperabo?** Ita iacet in litera hebraica: q̃uis hebræi in margine scribant loco negationis pronomen ei: & interpres antiquus non textum sed scriptum in margine interpretatus est in uulgata æditione. Et licet secundum uerba magna sit differentia, sensus tamen in idẽ redit legendo interrogatiue non sperabo? significatur. n. q̃ non perdam spem etiam si nunc occiderit me. Dicẽdo nanq; ecce occidet me/demonstrat occisionem præsentem: & cum ea affirmat se perseueraturum in spe, ut per hoc intelligerent amici ipsum iobẽ tam remotum a desperatione ut etiam si deus nunc occideret ipsum/nõ perderet spẽ. Et per hoc insinuat spem suam tendere ad alteram uitam. **Veruntamen uias meas in conspectu eius arguam.** Iuxta hebraũ hr̃. **tantum uias meas in cõspectu eius disputabo.** eadem siquidem dictio scribitur hic quæ supius interpretata est disputare: & clarum est q̃ præsenti contextui quadrat ut interpretetur disputabo. Exclusa. n. desperatiõe/excludit consequenter præsumptionem in futura disputatione: manifestando q̃ non uias dei sed uias proprias duntaxat disputabit. & rursus q̃ illas disputabit in conspectu dei: hoc est ueraciter absq; fictione aliqua: utpote coram deo qui uidet omnia. ¶ **Et ipse erit saluator meus.** Parui refert q̃ iuxta hebraũ hr̃. **Etiam mihi ipse in salutem.** Non solum a præsumptionis uitio excusat disputationem suam/sed etiam gratam deo fore explicat ab effectu: quia ex hoc deus erit ei in salutem. Et rationem subdit. **non. n. ueniet in conspectum eius omnis hypocrita.** Ex sua ueracitate ostendit disputationem suam fore in conspectu dei & gratam illi: quia nullus hypocrita locum habet aut gratiam in conspectu dei.

¶ **Audite sermonem meum: & enigmata mea percipite auribus vestris.** Iuxta hebræum habetur. **et ãnunciationem meã in aurib⁹ vestris.** promittit. n. indicare eis quæ nesciunt. ¶ **Si fuero iudicatus, scio q̃ iustus inueniar.** Iuxta hebraũ hr̃. **Ecce nunc ordinaui iudicium: noui q̃ ego iustificabo.** Ecce nouum annunciatum, ecce inquit ordinaui nunc iudiciariam telam in disputatione mea cum deo, & noui q̃ ego iustificabo: hoc est iustam faciã causam meã. ¶ **Quis est qui iudicetur mecum/ueniat.** Iuxta hebraũ hr̃. **Quis ipse litigabit mecum?** Non sunt uerba inquirentis quis est litigaturus secum: sed honorã-

tis & reuerentis deum cum quo eſt diſputaturus. declarata.n.mēte propria/iob ſubiūgit moderamen quod cupit ſeruari ex parte dei diſputantis ſecum. Et intēdit ꝙ ſi cum iobe litigabit deus ſimpliciter & abſolute/non intendit iob diſputare cum deo: ſi autē deus moderetur duo (manū vcȝ & terrorem) ſic iob diſputabit cum deo. De deo itaq; ſimpliciter & abſolute/ait honorando & timendo. qui litigabit mecum/quis ipſe? quaſi dicat excellentiſſimæ & ineffabilis eſt naturæ/potentiſſimus & terribilis. Et propterea ſubdit. quare tacens conſumor? Iuxta hebræū hr̄. quia nunc tacebo ⁊ conſumar. Ideo dico quis ipſe: quia non diſputabo cum ipſo ſed tacebo territus ab eo/ & conſumar a potentia eius.

¶ Duo tantum ne facias mihi. Deum cum moderamine duarum actionū petit condiſputatorem/dicendo. et tunc a facie tua non abſcondar. Inſtar.n.abſcondentis ſe a facię hominis terribilis & potentis/deſcribit ſeipſum ſi deus abſolute diſputaret cum eo. & propterea ab oppoſito/ ad inſtar non abſcondentis ſe a facie principis promittit ſeipſum ſi deus moderetur duo ſubiuncta. Manum tuam longe fac a me: ⁊ formido tua non me terreat. Ecce duo moderamina quæ petit, quæ in calce quoq; capituli noni petierat. ſupplicat.n.ut deus non utatur potentia ſua ad affligendum ipſum/quia poteſt: & ſimiliter ꝙ maieſtas eius non exhibeat ſe terribilē iobi/quia terribilis eſt. tam territus ſiquidem hō ꝙ̄ ualde afflictus/nō poteſt diſputare.

¶ Et voca/⁊ ego reſpondebo: vel loquar/⁊ reſponde mihi. Præſuppoſitis his moderaminibus, dat deo iob in diſputatione optionem ut uel deus proponat & iob reſpondeat/uel iob proponat & deus reſpondeat. quod maximæ ſcientiæ arrogātiam ſonat: qui.n. dat optionem alteri arguendi uel reſpondēdi, ſentit ſeipſum ſufficientem ad utrūlibet/& parui æſtimare uidetur cōdiſputaturum. Et iob quidem ꝙ̄uis non animo paruipendendi deum hanc optionem dederit, uerba tñ arrogantia ſunt & ſcandaloſa: ꝓpter qđ a deo in calce repræhenditur de arrogantibus ſermonibus iſtis.

¶ Quantas habeo iniquitates. Iuxta hebræum habetur. Quātę mihi iniquitates ⁊ peccata? et ſubauditur imponuntur. Inchoat iob diſputationem cum deo: & quia deus non elegit perſonam proponentis/ipſe iob proponit. ¶ Vbi aduerte prudens lector ꝙ quia zophar in cap. xi. dixerat ꝙ propter occulta apud deum peccata iobis affligebatur iob, ideo directe contra hanc ſententiam zophar / petit iob a deo manifeſtari ſibi huiuſmodi peccata: abſurdum reputans ꝙ deus puniat eum & occultet peccata propter quæ punit eum. iniquum.n.uidetur ꝙ iudex puniat aliquem non indicando ei cauſam punitionis. Dictio interpretata quantæ/cōmunis eſt ad quantitatem numeri & ad quantitatem magnitudinis. ait itaq; iob admirando & reſumēdo obiecta a zophar/quantæ mihi iniquitates & peccata imponuntur? Et dictio interpretata iniquitates/ſignificat peccata quæ ſtudioſe fiunt: dictio autem interpretata peccata/ ſignificat peccata quæ ignoranter fiunt. ſcelera mea atq; delicta mea oſtēde mihi: Iuxta hebræum hr̄. rebellionem meam ⁊ peccatum meum fac ſcire me. Dictio interpretata rebellionem/ſignificat peccata quæ fiunt cum contēptu. iob ꝗ nunq̄ commiſerat rebellionem /nunq̄ peccauerat ex contemptu, dicit rebellionem meam nō falſo: quia ſubauditur de qua accuſor. petit.n.ut tam grauia ꝙ̄ minora peccata pro quibus dicitur puniri/notificentur ſibi a deo iudice affligente illum propter hæc crimina:

ut zophar dixit,ut ex hocipso q deus affligens eum non notificat ei huiusmodi igno/ ta crimina quæ obiecta sunt,intelligatur falsum esse q deus afflixit iobem propter pec cata iobis ignota tam iobi q aliis latentia in diuina scientia:quod zophar dixerat.

¶ Cur faciem tuam abscódis: & arbitraris me inimicum tuum? Iuxta hebræũ futuri temporis sunt uerba abscódes & numerabis. Duas rationes ,pter quas occultat quandoq iudex reo causam punitionis tangit/ad excludendum eas a deo: ut sic liqueat falsum esse q occultet deus peccata iobis propter quæ punire illum dicitur. Prima ratio est quum princeps puniẽs supputat eum quem punit inter inimicos suos. tunc.n.nec audit illum:quia non meretur/utpote inimicus. Et huiusmodi ratiõem ini/ micitiæ excludens a deo/dicit,cur faciem tuam abscondes/ad non audiendum me, & numerabis me inimicum tibi? quasi dicat nulla subest ratio q tu supputes me inter ini micos tuos/& instar abscondentis seipsum nolis me audire petentem notificari mihi causam punitionis. ¶ Contra folium quod vento rapitur ostendis poté tiam tuam: & stipulam siccam persequeris. Iuxta hebræũ hr. Nunqd fo/ lium impulsum franges: & paleam siccam persequeris? Altera ratio est cum princeps puniens/pro nihilo habet punitionem seu punitum,tunc.n. contẽnit no tificare reo causam punitionis. Et huiusmodi rationem excludens a deo/assumit simili tudinem frangentis arboris frondem impulsam,hoc est quæ cecidit:nam fractio fron/ dis impulsæ/,p nihilo habetur,& similiter persecutio paleæ siccæ quæ a uẽto propellit, actio uana est quæ pro nihilo reputatur. Ait itaq nunquid affligendo me/ folium im/ pulsum franges & paleam siccam persequeris? quasi dicat nequaq:quia nec uanã nec pro nihilo reputas afflictionem qua me affligis/nec me reputas ut paleam siccam aut folium impulsum. Collige prudens lector ex istis iobem iustificare causam suam cum deo,in hoc q nisi deus notificet ei peccata pro quibus dicit affligi/deus reputat iobẽ inimicum aut pro nihilo. Et uere sententia ista/arrogantis est deberi sibi manifestatio/ nẽ causæ pro qua punitur:immo arrogantis sibi notitiam imputatorum sibi peccatorum & q non pro illis punitur scientis. nam opera dei tanq hominis opera pensat:deus autem altiori ratione occultat quandoq peccatum pro quo punit,unde in calce iob ue niam petet de huiusmodi arrogantibus uerbis.

¶ Scribis.n.contra me amaritudines. Parui refert q iuxta hebræũ hr super me. Aduerte q duo officia simul intendit iob per hanc literam.alterum est reddere ratio nem eius quod dixerat:scz q deus non paruipendit afflictionem ipsius iobis. alterum est confutare sententiam zophar:scz q deus multa relinquit impunita:dixerat.n. zo/ phar hoc/dicendo q deus remanebat creditor ipsius iobis. Ad utrunq.n. conferunt ra tiones tres quæ hic scribuntur:quarum duæ ab ipso iobe/tertia autem a singulis homi nibus totius humani generis sumitur. Insinuatur autem redditio ratiõis dictorum per coniunctionem quia/dicẽdo quia scribes super me amaritudines. si.n.deus pro nihilo haberet iobem aut affligere eum/ non scriberet super eum amaritudines pœnarum in/ fligendarum:& similiter si deus multa relinqueret impunita,non scriberet super iobem (qui leuia duntaxat peccata commiserat) amaritudines pœnarum. et consumere me vis peccatis adolescentie mee. Iuxta hebræũ hr. et facies hereditare me iniquitates pueritiarum mearum. Quia homo prouectæ ætatis tanq al/

ter est a seipso puero/& hæreditare iuris est,ideo hæreditantis similitudine significatur punitio iusta iobis pro iniquitatibus pueritiæ seu adolescentiæ eius.Pluraliter autẽ nominat pueritias/quia multas ætates compræhendit:vez pueritiam & adolescentiã. Et per hoc intendit peccata leuia:qualia sunt peccata quæ consequuntur illas ætates,ut p hoc q deus scribit & punit ipsum prouectæ ætatis pro peccatis pueritiæ, intelligatur & q nullum peccatum relinquit impunitum/ & q non pro nihilo habet ipsum & peccata eius puerilia & punire illum.

¶ Posuisti in neruo pedem meum. Iuxta hebræum habetur. Et pones in vinculo pedes meos. Dictio interpretata uinculo/non plene explicatur: significat.n.ferream catenam/qualem apponi uidemus supra pedes seruorum laborantium ne liberum sit eis fugere. Nec fiat uis si uinculum illud fabricatum erat aliter q̃ per modum catenæ.ex contextu.n.habetur dũtaxat q per modum anuli cingebat infimam tibiæ partem/ut clare subiungitur. Et metaphorico sermone significat timorẽ diuinæ legis positum sibi a deo ad continẽdum affectus & opera ab illicitis/ad instar ferripedis ne libere fugiat. Et secunda ratio ad probandum diuinam solicitudinem erga ipsum iobem & peccata eius/hic incipit. et obseruasti omnes semitas meas. Ex duab⁹ actionibus dei integratur hæc ratio.altera est ponere in corde iobis timorem peccandi: altera est obseruare in materiis omnibus affectus & opera iobis.hæc.n. insinuat instar custodientis omnia loca uiarũ per quas ferripes ire potest. et vestigia pedũ meorum considerasti. Iuxta hebræũ hr̃. super radices pedum meorũ sculpes. Radices pedum appellat talos seu partem illam talarem/quoniam ex ea quasi nascit pes.huiusmodi.n.partes tanq̃ sculptæ(hoc est cauatæ ex impressione ferrei uinculi)describuntur. Et insinuatur per hanc metaphoram effectus timoris dei in animo iobis/ q sic a deo impressus erat animo eius timor offendendi deum ut tanq̃ cauatus esset animus eius:hoc est ut animus eius esset retractus etiam a licitis multis ex timore peccandi. Hinc.n.apparet magna dei cura erga iobem ne peccaret:ac per hoc q non reputat eum tanq̃ paleam siccam aut frondem impulsam. Et rursus hinc signum habet q nullum relinquit peccatum impune. ¶ Qui quasi putredo consumendus sum: et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Iuxta hebræũ hr̃. Et ipse sicut putredo consumetur: sicut vestis comedit eam tinea. Obscurus ẽ sermo:qa nõ apparet qd demõstret ꝓnomen ipse. cõtextus tñ inuit q ꝓnomen ipse demõstrat radicem pedis sculptã/hoc est cauatã impressiõe anuli ferrei:nã apud hebræos masculini est generis dictio interpretata radix. Et quadrat parabolæ ut radix pedis cauata/instar pomi putridi paulatim cõsumat,& instar uestis comestæ a tinea/plurib⁹ in locis consumat. Significat aũt p hãc parabolã q intima animi iobis unde oriunt affectus & opera, nõ solum fuerunt retracta ex impresso a deo timore a multis licitis / sed ẽt q quo ad peccati fomitem uelut res putrida paulatim & uelut uestis esa a tinea in diuersis animi pronitatibus ad illicita consumebantur.

CAPVT .XIIII.

HOmo natus de muliere. Tertia ratio hic incipit. breui viuens tẽpore/repletur multis miseriis. Iuxta hebræũ hr̃. curtus dierum & satur iræ. Tres miserabiles conditiones hominis describuntur, prima q

natus est ex muliere:utpote ex parente imperfectissima originem habens. Altera ꝙ est curtus dierum:utpote cuius uita tam cito desinit. Tertia ꝙ ē satur iræ:utpote repletus malis pœnæ quæ inferuntur a diuina ira/hoc ē a diuina iustitia uindicatiua.

¶ **Qui quasi flos egreditur ⁊ conteritur.** Iuxta hebræū hr̃: **Sicut surcul⁹ exiuit ⁊ incisus est.** Incipit declarare propositas hominis conditiões, & omissa prima inchoat a secunda/declarando breuitatem uitæ hominis in iis qui ante tempus moriuntur: describens eos similes surculis (hoc est ramusculis teneris) egredientibus ex arbore/qui succiduntur anteq̃ uegetentur in ramos perfectos & perficiant tempus quo essent naturaliter duraturi, innumera siquidem multitudo hominum uel uiolentia uel crapula uel accidente ægritudine ante tempus suum moritur. **et fugit velut umbra ⁊ nunq̃ in eodem statu permanet.** Iuxta hebræum hr̃. **et fugit velut umbra ⁊ non stabit.** Plus declarat q̃ proposuit: quoniam duo simul hic declarantur. Alterum in iis qui perficiunt tempus integrum ætatum suarum/ ꝙ uita eorum est similis fugæ: ita ꝙ non deambulant/sed uelociter tanq̃ fugientes iuerunt. Alterum cōe omnibus: ꝙ quemadmodum quæ transiit umbra nō stabit/ita homines moriunt̃. differentiam siquidem tangit inter corpus & umbram: penes hoc ꝙ corpus quod localiter transiit/perseuerat in suo esse: umbra uero existens in aliquo loco/quum desinit ibi esse, non perseuerat in suo esse/sed absolute desinit esse: nō.n.migrat umbra unamet de loco ad locum. Et insinuat per hanc similitudinem ꝙ homo uiuit fugiens tāq̃ umbra/ ita ꝙ nō perseuerabit: mortuus.n.homo non est homo. ¶ **Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eum tecum in iudiciū.** Iuxta hebræū hr̃. **Etiā super istum aperuisti oculos tuos: ⁊ me adduces in iudicium tecum.** Ecce neruus rationis huius tertiæ, ꝙ q̃uis homo tot subiaceat miseriis/tu deus aperis oculos tuos super eum: hoc est instar aperientis oculos super aliquem consideras & iudicas ac punis eum, hinc.n.patet ꝙ deus non paruipendit hominem & pœnam eius. Adiungit autem iob seipsum, ut quantūcunq; afflictus/iudicand⁹ tamen a deo intelligatur. ¶ **Quis potest facere mundū de immundo cōceptū semine, nōne tu qui solus es?** Iuxta hebræum hr̃. **Quis dabit mundū ex immundo? non unum.** Probat ꝙ omnes homines iudicantur & puniuntur a deo, quia nullus est homo qui non sit immundus fœditate peccati: nec potest seipsum aut alterum de immundo facere mundum/ut sic eximeretur a diuina punitione. hāc.n. rationem sonant uerba literæ dicendo quis dabit mundum ex immundo? quasi dicat nullus. Et subiungendo non unū/explicat nullū fieri ab homine de īmundo mūdum.

¶ **Breues dies hominis sunt/numerus mēsiū eius apud te est.** Iuxta hebræū hr̃. **Si determinati dies eius/numerus mensium eius tecum.** Oratio conditionalis est simul cum sequentibus particulis. **constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt.** Iuxta hebræum hr̃. **statuta eius fecisti ⁊ non transibit.** Ex quattuor particulis antecedens huius conditionalis integrat̃. prima est si determinati dies eius: secunda numerus mensium eius tecum: tertia statuta ei⁹ fecisti: quarta et non transibit. consequens autem immediate subiungetur. Sensus autē est. si inquit dies uitæ cuiusq; hominis determinati sunt quo ad numerum/ & numerus iste non latet te sed est tecum/& statuta numerorum dierum cuiusq; hominis fecisti tu

de⁹(ita q̄ nō solū determinat⁹ ē nūer⁹ & manifest⁹ tibi sed et tu fecisti huiusmōi determinationē)& nō trāsibit hō aliqs statutū sibi numeꝝ. Vbi uides prudēs lector nihil hoꝝ affirmari in litera/sed sub conditiōe dici. **Recede ergo paululū ab eo vt quiescat: donec optata veniat & sicut mercenarij dies ei⁹.** Iuxta hebræum hr. **Laxa a supra eū: & ꝓhibebit donec volet sicut mercenariū dies eius.** Ecce cōsequens inchoatæ cōditionalis. Et cōsistit cōsequēs i solis uerbis istis: vz laxa a supra eum. reliqua. n. modū laxādi explicāt. Iob itaq̄ disputans cū deo quū ꝓposuisset inter cōditiones hois q̄ ē satur iræ/incipit hic manifestare multitudinē iraꝝ quibus replet̄ hō. & usq̄ ad finem capituli huius numerat iras sex: & in hac cōditionali cōprahēdit iras duas. altera ē q̄ terminati sunt dies uitæ ei⁹ a deo: altera q̄ de⁹ assiduus ē ad iudicandū & puniendū hoiem. & illā quidē insinuat in antecedēte/istā uero in cōsequēte huius cōditiōalis. Quāuis. n. ātecedens nō affirmet̄ explicite: qa tñ assumitur ut præsuppositū tanq̄ manifestæ ueritatis, ideo p̄ma ira supputat̄ determinatio dieꝝ cuiusq̄ hoīs decreta a deo. et ex illa p̄supposita infert uitationē supadditi diuini iudicii: hāc. n. infert dicēdo si determinati sunt dies &c. laxa a supra eum. pinde ac diceret si hō subiacet et huic miseriæ determinati numeri dieꝝ uitæ eius, sufficiant ꝓpriæ miseriæ/ & non supaddas tu de⁹ pœnas iudicii tui. ¶ Aduerte prudēs lector q̄ si hæc cōditiōalis intelligit̄ absolute, iob leuiter ꝓfert hāc cōditionalē/simili errore ductus: vz q̄ de⁹ tanq̄ hō gubernaret hoiem quasi mercenariū. Si aūt intelligitur ut argumētum ad hominē (hoc est ad opinantē hoiem in sola hac uita puniri & præmiari) quartā ātecedētis particulā oportet ānotare: intelligēdo p eā significari q̄ hō nō trāsibit penitus (hoc ē nec secūdū aiam) statutos dies uitæ hoīs. & sic antecedēs eēt falsum simplr̄: & assumit̄ tāq̄ cōcessum ab aduersariis. Aduerte quoq̄ circa tertiā particulā ātecedentis (vz & statuta ei⁹ fecisti) simul cū quarta/vz & nō trāsibit: q̄ iob meminit dei statuētis/ad differētiā corpoꝝ cœlestiū & cōplexionū. tēpus. n. uitæ hoīs tā definitū in corporibus cœlestibus q̄ definitū in p̄cipiis intrīsecis uitæ cuiusq̄ hoīs/pōt hō trāsire: sed tēpus statutū a p̄ma cā deo/nullus hō pōt trāsire. Qualē aūt relaxationē intulerit p subiuncta uerba explicat/dicendo & prohibebit eum donec uolet sicut mercenarium dies eius. est siquidem sensus q̄ homo relinquatur liber a iudicio diuino quēadmodum mercenarius: ita q̄ sicut mercenarium prohibet ab ocio non iudex sed dies sua (si. n. non laborat non punitur sed caret mercede illius diei) ita hominem tempus suum prohibeat a peccato donec uolet ipse homo non peccare: sicut mercenarius laborat q̄diu uolet/& quum nō uult desistit priuando se mercede. Hoc consequens petit iob a deo tanq̄ consentaneum dictis a sociis / deducendo ad inconueniens absurdumq̄ manifestum: uidelicet q̄ deus non iudicet homines sed tractet sicut mercenarios: quod etiam ipsi socii reputabant absurdum.

Lignum habet spem si præcisum fuerit. Iuxta hebræū p̄ponit̄ coniūctio: & habetur. **Quia arbori spes si præcisa fuerit.** Coniunctio quia insinuat q̄ accumulatur ratio rationi: accumulatio siquidem iraꝝ suadet magis uitationē diuini iudicii prius illatam. Tertia itaq̄ ira scribitur/consistens in hoc q̄ mors hominis ē deterioris conditionis q̄ arborū & maris ac fluminis: nam arbor si præcisa fuerit & etiā translata/ germinabit. **rursum virescit & rami eius pullulant.** Iuxta

hebræum habetur. et adhuc faciet mutare/ & ramum suum nõ prohibebit.
Et est sensus q̃ si præcidens arborem etiam transferet eam incisam de loco ad locum/
nihilominus incisa arbor & translata producet ramos. hoc enim quotidie experimur.
¶ Si senuerit in terra radix eius: & in puluere emortuus fuerit trun-
cus. Post mortem quasi uiolentam arboris/ affert ad idem quasi mortem naturalem
arboris quæ per senectutem radicis contingit: dicendo q̃ si senuerit in terra radix arbo-
ris/ ac per hoc aruerit arbor, si truncus eius mortuus fuerit in puluere (hoc ẽ instar mor-
tui sepultus fuerit in puluere boni fimi) germinabit irrigatus. subditur. n. Ad odorẽ
aque germinabit. hoc est quando sentiet aquam germinabit. et faciet comam
quasi quum primum plantatum est. Iuxta hebræum hr̃. et faciet ramum
sicut plantatio. hoc est perinde ac si fuisset arbor nouiter plantata. ¶ Homo ve-
ro quum mortuus fuerit et nudatus atq; consumptus/ vbi queso ẽ?
Iuxta hebræũ hr̃. Et vir morietur & succidet/ & periit homo: & vbi ipse?
Vtrunq; mortis genus scribitur. naturalis quidem dicendo morietur: uiolentæ autẽ di-
cendo succidetur. Deinde quod commune est omnibus apponit/ dicendo & periit ho-
mo. Et demum intentam deteriorem conditionem hominis in morte/ subiungit & ubi
ipse? quasi dicat nullibi. arbores. n. tam præcisæ q̃ aridæ remanent alicubi ad germinã-
dum iterum ut dictum est: homo uero nullibi. ¶ Quomodo si recedant aque de
mari: & fluuius vacuefactus arescat. Iuxta hebræum scribit̃ assertiue. Iue-
runt aque de mari: & fluuius arescet & siccabitur. Et vir iacuit & non
resurget. Et est sensus q̃ mare non secundum totum sed secundum partem amittit
aquam & recuperat eam. hoc. n. insinuatur dicendo iuerunt aquæ de mari: cointelligit̃
enim & redierunt. nam de mari per fluxum & refluxum existẽte modo sine aqua & mõ
cum aqua/ est sermo. Et clarius de fluuio dicitur q̃ arescet/ consumptis penit⁹ aq̃s eius.
& tamen siccabitur iterum: hoc est postq̃ aruit recuperabit aquam & iterum siccabi-
tur iterumq; recuperabit aquam. Homo uero quum iacuerit per mortem/ non resur-
get: ac per hoc est deterioris conditionis q̃ mare & aliqui fluuii/ qui scilicet quandoq;
exiccantur. Donec atteratur celum. Iuxta hebræum habetur. Donec nisi ce-
li. Et est sensus donec cœli soli sint: quod nunq̃ erit. explicat enim per hoc q̃ homi-
nes nunq̃ resurgent. subiungitur enim iuxta hebræum in plurali numero. non exper-
giscentur & non suscitabuntur a somno suo. Declarat enim quod dixerat/
vz q̃ homo non resurget: manifestando q̃ non resurget ex uiribus propriæ naturæ.
propterea enim dicit non euigilabunt & non suscitabuntur a somno suo: illi enim qui
expergiscunt̃ & qui suscitant̃ a somno suo/ ex uiribus ꝓpriæ naturæ redeũt ad uigiliã.
Et hũc esse literalẽ sensum/ testant̃ subiuncta de desiderio suscitationis hoĩs a deo.
¶ Quis mihi hoc tribuat. Iuxta hebræum duntaxat habetur. Quis dabit.
et sunt uerba desiderantis. Vt in inferno ꝓtegas me & abscõdas me donec
ptranseat furor tu⁹? Iuxta hebræũ hr̃. in fouea abscõdes me/ abscondes
me donec reuerti furorẽ tuũ. De fouea sepulchri quæ manifesta ẽ oĩbus loq̃tur:
cupiẽs tãq̃ res recõdita abscõdi in sepulchro, abscõdi inquã donec adueniat tuũ reuerti
a furore tuo/ quo me & mori & mortuũ tenere decreuisti. deũ. n. alloq̃t̃/ & de irarũ multi-
tudine tractat: & ꝓpterea meminit furoris. ¶ Vbi aduerte q̃ q̃a supputauerat iter iras

diuinas respectu hũani gñis morte absq; facultate iterũ uiuẽdi/subiũgit tum desideriũ resurgẽdi tum q̃ de⁹ solus põt adimplere hoc desideriũ.hic.n.& firmatur dicta(sc3 q̃ homo ex uiribus propriæ naturæ non potest resurgere) & excluditur dogma putantiu q̃ post annum maximum redibunt isti met homines uirtute corporum cœlestium. **et constituas mihi tẽpus in quo recorderis mei.** Sententia recte reddit̃:q̃uis hebraice uerba sint in futuro indicatiui.ex hoc.n.q̃ est sermo cupientis,sufficienter habetur q̃ futuro indicatiui utuntur hebræi hic pro futuro optatiui/habentes duntaxat indicatiui futurum. Quia itaq; dixerat donec reuertaris a furore tuo,determinat illud donec/dicendo ponas mihi tempus & recorderis mei.quantũcunq; longum esset tempus,modo esset determinatum/sat mihi esset.Et dicendo ponas mihi/insinuat q̃ cupit tempus constitui sibi:hoc est ita constitui q̃ notificetur sibi.

¶ **Putasne mortuus homo rursum uiuet?** Iuxta hebræum habetur. **Si morietur homo si uiuet.** Inchoatur longa conditionalis:cuius antecedens cõsistit in his duobis/si morietur homo si uiuet.Et est sensus si homo morietur & iterum uiuet,& subiungit immediate consequens. **cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec ueniat immutatio mea.** Iuxta hebræum habetur. **cũctis diebus temporis mei sperabo donec ueniet mutatio mea.** Prima consequentis pars est hæc:explicans q̃ si mortuus homo iterum uiueret/omnibus diebus temporis sui speraret donec ueniret mutatio eius qua fieret de mortuo uiuus.Et in hac sententia insinuat iob q̃ si homo mortuus uiuet iterum / anima hominis est immortalis:alioquin non esset uerum q̃ speraret quousq; resurgeret.ex hoc enim q̃ asserit q̃ speraret omnibus diebus temporis sui/& manifestando quantitatem temporis apponit donec ueniet immutatio mea,patefacit q̃ remaneret anima eius sperans usq; ad resurrectionem. ¶ **Vocabis me.** Iuxta hebraũ hr̃. **Vocabis/& ego respondebo tibi.** Secunda est hæc consequentis pars:significãs q̃ si mortuus homo uiuet iterum/ fiet resurrectio te deo uocãte & me respõdente tibi.Et per hoc docet q̃ deus solus potest efficere resurrectionem hominis.Quid autem responsurus est subiungit. **operi manuũ tuarum porriges dexteram.** Iuxta hebraũ hr̃. **operi manuum tuarum cõcupisces.** Responsio est gratiarum actionis:profitendo q̃ ratio in deo ad resuscitandum hominem est amor quo concupiscit homini tanq̃ operi manuum suarum uitam quam formando illum olim dederat.Et dicit concupisces ad significandum perseuerãtem in deo affectum ad uitam hominis/qui dei manibus format⁹ in superiori tractatu describitur. ¶ Aduerte prudens lector duo.Alterum q̃ in uniuersa hac litera non asseritur futura resurrectio/sed desiderium eius:& conditionalis multa inferens. Alterum q̃ pro clariori sensu futura hæc (sperabo / uocabis & respõdebo) pro optatiuis recte exponuntur:sperarem/uocares/responderem.carent siquidem hebræi optatiuo mõ.

TV quidẽ gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Iuxta hebræum habetur. **Quia nunc gressus meos numerabis: non expectabis super peccato meo.** Quarta ira scribitur/ consistens in hoc q̃ deus nullum peccatum relinquit impune. Et specialiter ac directe dicit hoc contra zophar / qui dixerat deum esse creditorem iobis super peccatis eius. Ait itaq; quia nunc gressus meos numerabis/acsi aptius dixisset. locutus sum de statu

Quia hebræi pacis noie significāt salutem, ideo salutem in domib⁹ pdonū significāt p pacificare. & e regiōe iustoꝝ perfectoꝝ q irridentᷣ / ponit prædones cū domoꝝ pace. **et audacter ꝓuocant deū, quum ipse dederit omnia in man⁹ eoꝝ.** Iuxta hebræū hr̃. **et securitates irritantibus el, quib⁹ adduxit eloha in manu sua.** E regione religiosoꝝ q irridentᷣ / ponit securitatē irritantiū deū fortē, quibus irritātibus deus gubernator oīum manu (hoc ē opatione) propria attulit bona quæ habēt. ita ꝙ etiam ingratitudinis erga deum notātur isti.

¶ **Nimirū interroga iumēta / ⁊ docebūt te.** Hebraice hr̃. **Et ꝓfecto interroga bestias / ⁊ docebit te.** Vide contextū. narrauit iustoꝝ miseriā & iniquoꝝ prosperitatē in hac uita: subiūgit mō ratiōem suadentē ꝙ disparitas ista ē qdem a deo / sed nō propter merita iustoꝝ & iniquoꝝ: respōdens p hoc directe ad sentētiā zophar / q dixerat ꝙ ex occultis in diuina sapiētia rōibus ꝓpter merita hoium fiebāt hæc a deo. Rō aūt iobis cōsistit in hoc, ꝙ tam uegetabilia ꝗ̃ animalia in terra aere & aquis testantᷣ ꝙ summus de⁹ dat bona & mala nō ꝓpter merita eoꝝ qbus dat, ad hoc. n. citat uegetabilia & aialia, qa perspicuū ē ꝙ illis nō ꝓpter eoꝝ merita de⁹ dat bona & mala. Ait itaq̃ interroga bestias / & docebit te multitudo eaꝝ: hoc ē ingre pspicaciter bona & mala in bestiis / & multitudo eaꝝ docebit te materialiter & obiectiue. relucet. n. in eis bonū & malū ut dei effectus nō ꝓpter eaꝝ merita. Et eodē sensu intellige subiūcta de auib⁹ & arborib⁹ & piscib⁹. **et volatilia celi / ⁊ indicabūt tibi.** ¶ **Loquere terre.** Parui refert ꝙ hebraice hr̃. **Vel arborē terre.** subauditᷣ. n. interroga. **et rn̄debit tibi: et narrabūt tibi pisces maris.** ¶ **Quis ignorat ꝙ man⁹ dn̄i oīa hec fecerit?** Iuxta hebræū hr̃. **Quis nesciuit in oibus istis, ꝙ man⁹ iehouah fecit hoc?** Vbi clare uidere potes iobē cōcludere ꝙ qlibet uidet in oibus istis uegetabilibus & aialibus ꝙ manus dei fontis essendi fecit hoc qdᷣ narraui: vȝ ꝙ qn̄q̃ iusti affligūtᷣ & iniq ꝓsperantᷣ nō ꝓpter eoꝝ merita. hæc. n. notitia elicitᷣ ex bono & malo in oib⁹ istis uegetabilib⁹ & aialib⁹. ¶ **In cui⁹ manu aīa oīs viuētis: ⁊ spūs vniuerse carnis hoīs.** Rō redditᷣ argumēti facti a bono & malo in aialibus & arboribus ad bonū & malū in hoibus. Et cōsistit rō in hoc qa in manu dei ē tā aīa oīs uiuentis (hoc ē aialium & uegetabiliū) ꝗ̃ spūs uniuersæ carnis hoīs. ꝗuis. n. nō parua disparitas sit inter bonū & malū in hoibus & bonū & malū in aialibus & uegetabilibus / si cōsideretᷣ ista disparitas ex parte naturaꝝ diuersaꝝ (hinc humanæ / rōne & libero arbitrio pollētis, inde irrōnalium oīum) si tn̄ secundū diuinā manū hoc ē potestatē consideretᷣ, æqua ē rō inferēdi bonū & malū utrisq̃ / rōnalibus scilicet & irrōnalibus. & ꝓpterea iob ꝓcedit ex parte manus diuinæ / ad inferendum ꝙ deus quādoq̃ confert hoibus malū absq̃ eorum merito sicut confert irrationalibus.

¶ **Nōne auris verba diiudicat.** Proposita respōsione ad zophar, qa respōsio fundata ē super inqsitiōe eoꝝ quæ fiūt a deo in uegetabilib⁹ aialib⁹ & hoibus / ideo iob subiūgit modū quo notitia ista cōis ē uiris doctis. dixerat. n. qs non sciuit in oibus istis ꝙ man⁹ iehouah fecit hoc? & ꝓpterea ad uerificādū qdᷣ dixerat / manifestat modū quo cōmuniter hr̃ hæc notitia. Accedit quoq̃ ad hoc intētio supplēdi min⁹ dicta a bildad in cap. 8. monēte iobē ut interrogaret generationem antiquā. explicat siqdem iob duos esse modos quibus hr̃ huiusmodi notitia: quoꝝ alter est p disciplinā / alter p inuētiōem. Et mod⁹ qdē sciēdi p disciplinā / explicatᷣ dicēdo nōne auris uerba discernit? audit⁹. n.

est sensus disciplinæ:quia per ipsum præcipue discim⁹ a docẽtibus medio sermõe.Modus aũt sciendi per inuentiõem/subiungit͛ dicẽdo.et fauces comedẽtis sapor͛. Parui refert ꝙ hebraice hr̃.et guttur cib⁹ sapiet.Sensatio siquidem rerum sensibilium/initiũ est inuentionis:& est nihilominus terminus resolutionis nostri intellectus.nã quæ intellectus non potest resoluere ut testificata a sensibilib⁹/nõ sunt nobis euidẽtia: & propterea iob modũ sciendi per inuentionẽ/a sensatione saporũ in cibo declarat. ℣ In antiqs est sapientia:⁊ in multo tẽpore prudẽtia.Iuxta hebraũ hr̃.⁊ in logitudine dierũ intelligentia.Primum spectat ad modũ disciplinæ:secundũ aũt ad modũ inuentionis.manifestat siquidẽ iob ꝙ nostrũ discere pẽdet a senibus tanꝙ doctoribus,& ꝙ scire per inuentionẽ est in longitudine dierũ/hoc est in hominibus diu uiuentibus:qa inuentio exigit intelligentiam/hoc est intellectũ in statu perfecto:constat aũt ꝙ intellectus præcipue uiget in antiqs.Et ex his omnibus declarat iob modũ quo notitiam de diuinis operibus habemus:vz uel discendo ab antiquis/uel inueniẽdo in lõgitudine dierũ.& hunc ultimum modum omiserat bildad.Et intendit per hæc insinuare ꝙ utroq; modo ipse habet notitiam diuinorum.

¶ Apud ipsum est sapientia ⁊ fortitudo:ipse habet consiliũ ⁊ intelligentiã.Declarato mõ sciendi diuina opera/declarat modũ quo deus efficit sua opera.Et oportuit hoc declarare ne putaretur ꝙ deus esset agens per modum naturæ/efficiendo bona & mala rebus sine earũ meritis: quẽadmodum sol aliqbus prodest & aliqbus nocet absq; eorum meritis.Dicit itaq; ꝙ deus est agens a proposito:utpote in quo est intelligentia penetrãs oĩa & singula/& sapientia ordinans omnia & singula/& consiliũ inuentiuũ omniũ & singulorũ,& fortitudo executiua efficacissime omniũ & singulorũ.Et per hæc simul texit iob propositũ suũ ad prosequendũ sermonẽ popularẽ/ut in ꝑncipio capituli ꝑmiserat dicẽdo & mihi ẽ cor sicut & uobis.nam ad manifestandum hæc quattuor esse in deo,subiũgit sermonẽ popularẽ incõparabiliter maiorẽ plebeio sermone tã zophar ꝙ̃ aliorũ sociorũ.℣ Si destruxerit/nemo ẽ q edificet. Iuxta hebraũ hr̃.Ecce diruet ⁊ nõ edificabit͛.Incipit a fortitudine:& primũ diuinæ fortitudinis op⁹ affert diruere nõ qualitercũꝙ sed cũ tali efficacia ꝙ dirutũ nũꝙ ædificabit͛. hoc.n.opus excedit oẽm uirtutẽ tã humanã ꝙ̃ ãgelicã,ꝓpriumq; ẽ fortitudini diuinæ. Et ꝙ̃uis sententia hæc uera sit applicata ad quãcunq; materiã,cõtextus tñ imediate sub iũcti opis isinuat ꝙ ad literã ẽ sermo de hoĩe.ita ꝙ sensus ẽ/ecce diruet hoiem & nõ ædificabit͛.Sæpe aũt uidemus hoiem dirui uel in ꝓgenie uel in regno ita ꝙ nunꝙ resurget. si incluserit hoĩem/null⁹ ẽ q aperiat.Iuxta hebraũ hr̃.claudet sup virũ ⁊ nõ aperiet͛.Nulla cõiunctio intercedẽs inter primũ opus & hoc/inter diruere & claudere,quũ claudere terminet͛ ad hoiem/testat͛ ꝙ ẽt diruere terminatur ad hoiem. Alterũ itaq; opus fortitudini diuinæ ꝓpriũ narrat͛ circa hoiem:cõcludere vz hoiem ita ꝙ a nullo põt aperiri.Et hoc quẽadmodũ sæpe apparet:dũ hoiem in seipso cõclusum rõe aliqua sibi apparẽte uidem⁹/sic ꝙ impsuasibilis ẽ ad uerũ seu bonũ.Et hoc quidẽ op⁹ circa aiæ libertatẽ/primũ uero circa corporea & externa hoĩs bona uersatur.℣ Si cõtinuerit aquas/oĩa siccabunt͛:⁊ si emiserit eas/subuertẽt terrã.Iuxta hebraũ hr̃. Ecce retinebit aquas ⁊ siccabũt͛ ipse:⁊ mittet eas/⁊ fuerũt reuolute sup terrã.quãuis in hebræo nõ habeat͛ præpositio sup.Prosequit͛ fortitudinis diuinæ opa.ꝑus.n.circa genus humanũ/mõ aũt circa elementa affert diuinæ fortitudinis

opus duplex. alterum retentiuum aquarum cum tãta efficacia q siccabuntur ipsæ aquæ eo modo quo dicimus exiccatos puteos fluuios & huiusmodi : alterum emissiuum aquarum ita q reuoluantur super terram operientes eam. hæc. n. solus deus potest.
¶ Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Iuxta hebræũ hr. Cũ eo fortitudo & decretum. Resumit quattuor prius dicta: vz fortitudinem/sapientiam/consilium & intelligentiam. sed aliter: quia tria (vz sapientiam consilium & intelligentiam) resumit sub uno nomine/dicendo & decretum. Ad decernendum siquidem de tãta uarietate humanarum actionum concurrunt sapientia cõsilium & intelligẽtia. & propterea explicaturus simul iob opera sapientiæ consilii & intelligentiæ diuinæ circa homines/ resumit hæc tria sub nomine decreti: fortitudinem autem resumit tum ad insinuãdum prædicta opera spectare ad fortitudinem, tum præcipue ad insinuandum q subiuncta opera spectant ad decretum non qualitercunq sed cum efficaci executiõe/quæ ad fortitudinem spectat. Ipse nouit & decipientem & eum qui decipitur. Iuxta hebræũ hr. et errans & faciens errare. Pronomen ei demonstrat deũ. & est sensus q ipsius dei tanq decernentis cum efficacia/est uterq: vz errans & faciens errare. Et sub istis duobus generibus compræhendit omnia subiuncta. more siquidem solito proponit summarie quæ subiuncturus est distinguendo per partes. ¶ Adducit consiliarios in stultum finem. Iuxta hebræũ hr. Ducit cõsiliarios in prædam. Incipit supputare facientes errare/inchoãdo a consiliariis: & de illis dicit q deducit eos in prædam: hoc ẽ efficit ut agantur tanq ducti in prædam. Consiliariorum siquidem est agere alios: sæpe autem aguntur a passionibus timoris uel cupiditatis uel inuidiæ & huiusmodi/& faciunt errare alios. Et hoc effici a deo dicit iob: & appellat ducere cõsiliarios in prædam, eo q in huiusmodi assimilantur consiliarii iis qui ducunt in prædã/eo q agunt captiuati a passionibus. et iudices in stuporem. Iuxta hebræũ hr. et iudices faciet insanire. Secundum genus facientium errare describit nomine iudicum: qui sæpe insaniunt/officio iudicis abutendo. Et hoc quoq diuino decreto attribuit iob. ¶ Baltheum regum dissoluit: & præcingit fune renes eorum. Iuxta hebræũ hr. Ligamen regum aperuit: & ligauit cingulum in lumbis eorum. Tertio loco inter errare facientes supputantur reges: quorũ sæpe uincula quibus alios detinent, inuito rege soluunt/& reges ipsi in uincula rediguntur. Describit aũt captiuitatem regũ per cingulũ in renibus, qa sic solẽt equitantes captiui nobiles duci alligati sellis equorum. ¶ Ducit sacerdotes inglorios. Iuxta hebræũ hr. Ducit sacerdotes in predã. Quarto loco sacerdotes collocãtur inter errare facientes. & idẽ dicit de sacerdotibus quod dixerat de cõsiliariis: qm simile ẽ utrorũq officiũ. cõsiliariorum siquidem ẽ agere alios ad bonũ/sacerdotũ uero est agere alios ad deum: & sæpe sacerdotes aguntur uel auaritia uel aliis uitiis ad auertẽdum alios a deo. quod ẽt diuinæ attribuit prouidẽtiæ. et optimates supplãtat. Iuxta hebræũ hr. et fortes flectit. Quinto loco potẽtes q pollẽt fortitudine animi/inter faciẽtes errare scribunt: q sæpe declinant ab animi fortitudine/flexi occasiõe aliqua. & hoc quoq deo tribuit. ¶ Cõmutãs labiũ ueraciũ. Iuxta hebræũ hr remouẽs. Sexto loco inter errare facientes scribunt ueraces tacẽtes. attribuit siqdem deo q tollit eis labium: hoc est locutionẽ quæ fit per labia. et doctrinam senum auferens. Iuxta hebræũ hr. et saporẽ senũ auferet. Septimo loco senes sine sapore/inter errare facientes suppu-

tantur. Nec ē perspicuum an sit sermo de sapore senum in seipsis/an de sapore qui a senibus diffundit̃ in alios:hoc est an de ratione an de consilio, utrouis autem priuati senes/authores sunt erroris.

¶ Effundit despectionem super principes. Iuxta hebræū hr̃. nobiles. Expedito genere facientium errare/tractat genus errantium, inter quos primum supputat nobiles:super quos errantes deus effundit despectionem/ut scilicet despiciantur ab aliis. et eos qui oppressi fuerant releuat. Iuxta hebræum hr̃. et fortitudinē fortium debilitat. Fortes uiribus corporis errantes/debilitati describuntur secundo loco. ¶ Qui reuelat profunda de tenebris. Occulta ualde/hoc ē latentia in cordibus (utpote non solum in profundo loco sed etiam in tenebris/hoc est absq3 notitia sita) inter errantes supputātur:& dicitur q3 deus detegit ea, sæpe.n. huiusmodi occultatio est error. et producit in lucem vmbram mortis. Vmbra mortis horribilia pericula quæ latent/quarto loco scribuntur, errant.n. machinantes talia:& deus sæpe manifestat ea. ¶ Qui multiplicat gentes & perdit eas. Errantes gentes beneficio multiplicationis ingratæ/perimuntur sæpe a deo. et subuersas i integrū restituit. Iuxta hebræū hr̃. extendens gentibus & duxit eas. Sexto loco errātes gentes non contentas propriis sedibus ponit, extendere enim quærunt loca sibi/& deus ducit eas ad alia loca occupandum. ¶ Qui immutat cor principum. Iuxta hebræū hr̃. Remouens cor capitum populi terre. Septimo loco inter errātes/capita populi supputantur, pauentia tanq3 absq3 corde. et decipit eos vt frustra incedant per inuium. Iuxta hebræū hr̃. et facit errare eos in vacuo non via. A tribus declarat errorem capitum populi, primū a loco uacuo & sine uia: hoc est inhabitato & absq3 uia aliqua in eo, secūdo ab obscuritate: subiūgens iuxta hebræū. Palpabūt obscuritatē & nō lucem. Et hinc habes q3 metaphoricus ē sermo iste, perspicuū est.n.q3 uagatio diuturna in solitudine inuia/ē ēt in die lucente sole. De uaga igitur mente per uanas ratiōes sine uia (hoc ē sine medio ducēte ad ueritatē) est sermo. & adiicit̃ q3 tanq3 palpantes obscura loca absq3 lucis adminiculo/incedent in affectibus & progressibus suis/hæsitantes an impingant an recte progrediant̃. Et adiungit̃ tertium dicēdo. et errare eos faciet quasi ebrios. Non solum timor impingendi sed insania in istis pro pœna describitur instar hominis ebrii. Et si quæritur modus quo tot enumerata tam in facientibus errare q̃ in errantibus efficiuntur a diuina prouidentia, in promptu est responsio q3 quatenus sunt mala culpæ fiunt negatiue (hoc est non dando gratiam) quatenus autem sunt mala pœnæ fiunt positiue: ita q3 etiam ipsa peccata quatenus pœnalia/ordinantur positiue a deo in pœnam non solū peccantis sed quandoq3 etiam aliorum.

CAPVT .XIII.



Ecce omnia hec vidit oculus meus: audiuit auris mea. Completo sermone plebeio, subiungit se non dixisse hæc nesciendo illa/sed partim uidisse & partim audisse diuinos effectus narratos superius. et intellexi singula. Iuxta hebræū hr̃. et intellexit sibi. Et quia pronomen sibi fœminini est generis/demonstrat aurem. Et ē sensus q3 audita penetrauit intellectu, intendit.n.q3 non solū uisa sed ēt audita intellexit esse effecta a deo. Et pp̃ter h̃ subiūgit.

¶ **Secundum scientiam vestram noui etiam ego: nõ inferior vobis sum.** Non minus se scire q̃ illos explicat, quum tñ præferre se potuisset illis. ¶ **Sed tamen ad omnipotentem loquar.** Parui refert ꝙ hebraice hr̃. **Profecto ego ad saddai loquar.** Arbitratus iob se satisfecisse obiectiõibus sociorum/ & uidens eos alienos a ueritate, dicit se allocuturum deum: tum ad explicandũ ꝙ absq; fictione aliqua erit sermo eius: tum ad arguendum socios ꝙ non ueridice disputant. Et propterea subdit. **et disputare cum deo cupio.** Quod iuxta hebræum scribitur. **et disputare ad el volam.** Non sunt ex parte intentiõis præsumẽtis uerba hæc: sed manifestãtis (ut dictum est) tum puritatem sermonis sui/tum quales cupit esse disputantes secum: vz sicut deum ueræ ac utilis doctrinæ. huic.n. sensum subiuncta insinuant: q̃uis speciem presumptionis uerba præ se ferãt. ¶ **Prius vos ostendẽs fabricatores mendacii: & cultores peruersorum dogmatum.** Iuxta hebraũ hr̃. **Et profecto vos adherẽtes falsitati: sanatores nihili omnes vos.** Necessitas disputandi cum deo declaratur, ex eo ꝙ ipsi socii iobis nec ueridici nec utiles sunt/sed proferunt falsam doctrinam & sanant nihil. hinc .n. cogitur iob ad dirigendum sermonem suum ad deum qui uincit omnia/& ad disputandum cum deo fortissimo omnium: quoniam non nisi ueritatem & utilitatem quærit. Vtranq; siquidẽ a deo sperat/& neutrã a sociis: quia omnes dicebant falsum: scilicet ꝙ iob afflictus erat a deo propter peccata propria. Et zophar addiderat duo: alterum ꝙ minus puniebat iob q̃ mereretur: alterum ꝙ in scientia dei latebant peccata iobis propter quæ punit⁹ est. falsa .n. erant hæc: & consequenter non sanabant animũ iobis percussum mœstitia. ¶ **Atq; vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.** Sententia rectẽ redditᷣ: & ueræ amicitiæ desiderium panditur. ¶ **Audite ergo correctiones meas.** Iuxta hebræum non habetur ergo/sed nunc. Et dictio interpretata correctionem/ rectius forte interpretaretur disputationem. eadem enim est dictio quæ interpretata est disputare: quam aiunt proprie significare repræhensionem sed extendi ad disputationem. **et iudicium labiorum meorum attendite.** Iuxta hebræum hr̃. **et lites labiorum meorum auscultate.** Lites appellat partes disputationis futuræ cum deo. ¶ **Nunquid deus indiget vestro mendacio.** Iuxta hebraũ hr̃. **Nunquid el loquemini iniquitatẽ.** et est datiui casus el. Et est sensus/nunquid in fauorem dei loquemini iniquitatem? quasi dicat absit. ex eo nanq; ꝙ isti socii iobis loquebantur tanq̃ patrocinantes causæ dei aduersus iobem dicentẽ se afflictũ a deo plusq̃ mererentur peccata eius/monet eos iob ut careant uitiis aduocatorũ. **vt pro illo loquamini dolos?** Iuxta hebraũ hr̃. **et ei loquemini dolum?** Et ẽ similis sensus/ & in fauorem eius loquemini dolum? quasi dicat absit. in fauorem siquidẽ dei nihil iniquum dicendum est: quia odio habet deus iniquitatem. & similiter nullo mendacio utẽdum est in fauorem dei, qui est summa ueritas. Et dixit etiam hæc iob ad uerificandum quod dixerat: vz eos adhærere falsitati & nihil sanare, quia amici eius tanq̃ defensores diuinæ iustitiæ loquebantur & iniquum & dolum. iniquum quidem/iniuriantes iobi dicẽdo eum uirum multorum scelerum: dolum autem fingendo ꝙ deus non affligit aliquem nisi pro peccato eius. Et in his duobus tangit iob duo uitia aduocatorum: alterum quo iniustum fingunt/alterum quo mentiuntur patrocinando. ¶ **Nunquid faciẽ**

ei⁹ accipitis. Parui refert q̄ iuxta hebraeū hr̄. eleuabitis. Quod.n.solem⁹ nos appellare acceptionē personae/hebraei dicunt eleuationē faciei. et nos quidem quia nō causam sed personam in iudicio suscipimus/appellamus uitium hoc acceptionē personarum:illi autem apellant eleuationem faciei, quia deprimit causa & eleuatur facies hominis:hoc est id quod apparet de homine. Tertiū itaq; uitium aduocatorum nō respicientium ad causam sed ad id quod apparet de persona & patrocinantur siue iuste siue iniuste/prohibet dicendo nunquid faciem eius (dei ỹcȝ) eleuabitis? hoc est nunqd posthabentes causam iniustam cui patrocinamini/respicietis ad hoc duntaxat quia loquimini in fauorem dei? Et pro deo iudicare nitimini? Iuxta hebraeū hr̄. nunqd el litigabitis? et est datiui casus el. Et est sensus/nunquid in fauorem dei fortis litigabitis assumendo litem pro eo? quasi dicat nequaq̄:quia q̄uis in apparentia disputetis pro diuina iustitia/secundum tamen ueritatem contra diuinam prouidentiam loquimini. ¶ Aut placebit ei quem celare nihil potest. Iuxta hebraeū hr̄. Nunquid bonum q̄ queret vos? Irrisorie dicit/nunquid bonum utile est deo q̄ quaerat uos ad patrocinandum causae suae? aut decipietur vt homo vestris fraudulentiis? Iuxta hebraeū hr̄. nunquid sicut illudere homini illudetis ei? Aduocati quandoq; illudunt homini habenti causam iniustam/suadendo q̄ defendēt eam & uincent. Et hoc uitium non posse habere locum in causa dei explicat iob dicendo nūquid sicut contingit illudere homini promittendo patrocinium ignotae illi causae / illudetis deo? quasi dicat hoc est impossibile/quia deum nihil latet.

¶ Ipse vos arguet, quoniā in abscondito faciem eius accipitis. Parui refert q̄ iuxta hebraeum hr̄. Castigando castigabit vos: si in occulto faciē eleuabitis. Nec habetur in hebraeo faciem eius/sed faciem absq; pronomine aliquo. Et est sensus q̄ deus quando erit tempus puniendi puniet uos, si peccabitis etiam occulte/spectando non ad causam sed ad personam cuiuscunq; siue hominis siue dei. Et quum tot uitia praemiserit patrocinātium, subiūxit solius istius uitii punitionem: quia pium reputatur habere rationem dei/patrocinando cuicunq; causae. ¶ Statim vt se commouerit turbabit vos: ⁊ terror ei⁹ irruet sup vos. Iuxta hebraeū hr̄ unica oratio ex istis & subiunctis: & legitur. Si non celsitudo eius terrebit vos: ⁊ pauor eius cadet super vos. Recordationes vestre similitudines cineris: corporibus luti corpora vestra. Dixerat q̄ deus castigaret eos: subiungit q̄ si non reuerentur ac timent deum/contineat saltem eos propria cōditio: ỹcȝ q̄ uertentur in cinerem/& nunc propria corpora sunt similia corporib⁹ luteis. Et quidem q̄ uertentur in cineres/significat dicendo recordationes uestrae similitudines cineris. post mortem.n. memoriae hominum remanentes in cadaueribus/remanent tanq̄ in cineribus eorum. Quod uero corpora humana similia sint corporibus luteis/significat dicendo corporibus luti corpora uestra. subauditur.n. similitudo antedicta. Et uere corporibus luteis quae fiunt a figulis/similia sunt corpora nostra: quia de puluere terrae formata sunt.

Tacete paulisper. Iuxta hebraeum hr̄. Tacete de me. Postq̄ mōstrauit iob necessitatem disputandi cum deo/& deinde monuit socios prae se ferentes patronos causae dei: subiungit consequenter quo animo quaue intentione disputaturus est.

Et quoniam amici eius interpretabantur uerba iobis tum tāq̄; desperati tum tanq̄; præsumptuosi ac irritantis deum, ideo monet eos ut taceant de ipso iobe: hoc est de intimis eius/ de animo & intentiōe eius. Vt loquar quodcūq; mihi mēs suggesserit. Iuxta hebræum hř. et loquar ego: et transibit super me quicquid. Quia nemo nouit intima hominis nisi ipsemet, ideo iob rationabiliter dicit tacete uos de me & loquar ego de me/ & eueniat mihi quicquid euenerit: quasi dicat relinquite mihi curam mei/ eueniat mihi quodcunq; sit illud. ¶ Quare lacero carnes meas dentib⁹ meis: & animam meam porto in manibus meis? Iuxta hebraū hř. Sup quo eleuabo carnem meam in dētibus meis: & animam meam ponā in manu mea? Metaphoricus est sermo, actiones desperati scribuntur: uez mordere carnes proprias/ & exponere uitam suam periculo mortis sicut qui poneret uitā in manu facile perdendam. Et intendit per hoc dicere propter quam rationem ego desperabo? manifestat siquidem animum suū nō desperare/ ut amici interpretabant. ¶ Etiā si occiderit me/ in ipso sperabo. Iuxta hebraū hř. Ecce occidet me/ nō sperabo? Ita iacet in litera hebraica: q̄uis hebræi in margine scribant loco negationis pronomen ei: & interpres antiquus non textum sed scriptum in margine interpretatus est in uulgata æditione. Et licet secundum uerba magna sit differentia, sensus tamen in idē redit legendo interrogatiue non sperabo? significatur. n. ꝙ non perdam spem etiam si nunc occiderit me. Dicēdo nanq; ecce occidet me/ demonstrat occisionem præsentem: & cum ea affirmat se perseueraturum in spe, ut per hoc intelligerent amici ipsum iobē tam remotum a desperatione ut etiam si deus nunc occideret ipsum/ nō perderet spē. Et per hoc insinuat spem suam tendere ad alteram uitam. Veruntamen uias meas in conspectu eius arguam. Iuxta hebraū hř. tantum uias meas in cōspectu eius disputabo. eadem siquidem dictio scribitur hic quæ supius interpretata est disputare: & clarum est ꝙ præsenti contextui quadrat ut interpretetur disputabo. Exclusa. n. desperatiōe / excludit consequenter præsumptionem in futura disputatione: manifestando ꝙ non uias dei sed uias proprias duntaxat disputabit. & rursus ꝙ illas disputabit in conspectu dei: hoc est ueraciter absq; fictione aliqua: utpote coram deo qui uidet omnia. ¶ Et ipse erit saluator meus. Parui refert ꝙ iuxta hebraū hř. Etiam mihi ipse in salutem. Non solum a præsumptionis uitio excusat disputationem suam/ sed etiam gratam deo fore explicat ab effectu: quia ex hoc deus erit ei in salutem. Et rationem subdit. non. n. ueniet in conspectum eius omnis hypocrita. Ex sua ueracitate ostendit disputationem suam fore in conspectu dei & gratam illi: quia nullus hypocrita locum habet aut gratiam in conspectu dei.

¶ Audite sermonem meum: & enigmata mea percipite auribus uestris. Iuxta hebræum habetur. et ānunciationem meā in aurib⁹ uestris. promittit. n. indicare eis quæ nesciunt. ¶ Si fuero iudicatus, scio ꝙ iustus inueniar. Iuxta hebraū hř. Ecce nunc ordinaui iudicium: noui ꝙ ego iustificabo. Ecce nouum annunciatum, ecce inquit ordinaui nunc iudiciariam telam in disputatiōne meā cum deo, & noui ꝙ ego iustificabo: hoc est iustam faciā causam meā. ¶ Quis est qui iudicetur mecum/ ueniat. Iuxta hebraū hř. Quis ipse litigabit [illegible] uerba inquirentis quis est litigaturus secum: sed honorā-

tis & reuerentis deum cum quo est disputaturus, declarata.n. mēte propria/iob subiūgit moderamen quod cupit seruari ex parte dei disputantis secum. Et intēdit q̄ si cum iobe litigabit deus simpliciter & absolute/non intendit iob disputare cum deo: si autē deus moderetur duo (manū vcꝫ & terrorem) sic iob disputabit cum deo. De deo itaq̄ simpliciter & absolute/ait honorando & timendo, qui litigabit mecum/quis ipse? quasi dicat excellentissimæ & ineffabilis est naturæ/potentissimus & terribilis. Et propterea subdit. quare tacens consumor? Iuxta hebræū hr̄. quia nunc tacebo & consumar. Ideo dico quis ipse: quia non disputabo cum ipso sed tacebo territus ab eo/ & consumar a potentia eius.

¶ Duo tantum ne facias mihi. Deum cum moderamine duarum actionū petit condisputatorem/dicendo. et tunc a facie tua non abscondar. Instar.n. abscondentis se a facie hominis terribilis & potentis/describit seipsum si deus absolute disputaret cum eo. & propterea ab opposito/ ad instar non abscondentis se a facie principis promittit seipsum si deus moderetur duo subiuncta. Manum tuam longe fac a me: & formido tua non me terreat. Ecce duo moderamina quæ petit, quæ in calce quoq̄ capituli noni petierat. supplicat.n. ut deus non utatur potentia sua ad affligendum ipsum/quia potest: & similiter q̄ maiestas eius non exhibeat se terribilē iobi/quia terribilis est. tam territus siquidem hō q̄ ualde afflictus/nō potest disputare.

¶ Et voca/& ego respondebo: vel loquar/& responde mihi. Præsuppositis his moderaminibus, dat deo iob in disputatione optionem ut uel deus proponat & iob respondeat/uel iob proponat & deus respondeat, quod maximæ scientiæ arrogātiam sonat: qui.n. dat optionem alteri arguendi uel respondēdi, sentit seipsum sufficientem ad utrūlibet/& parui æstimare uidetur cōdisputaturum. Et iob quidem q̄uis non animo paruipendendi deum hanc optionem dederit, uerba tñ arrogantia sunt & scandalosa: ꝓpter qđ a deo in calce repræhenditur de arrogantibus sermonibus istis.

¶ Quantas habeo iniquitates. Iuxta hebræum habetur. Quāte mihi iniquitates & peccata? et subauditur imponuntur. Inchoat iob disputationem cum deo: & quia deus non elegit personam proponentis/ipse iob proponit. ¶ Vbi aduerte prudens lector q̄ quia zophar in cap. xi. dixerat q̄ propter occulta apud deum peccata iobis affligebatur iob, ideo directe contra hanc sententiam zophar / petit iob a deo manifestari sibi huiusmodi peccata: absurdum reputans q̄ deus puniat eum & occultet peccata propter quæ punit eum. iniquum.n. uidetur q̄ iudex puniat aliquem non indicando ei causam punitionis. Dictio interpretata quantæ/cōmunis est ad quantitatem numeri & ad quantitatem magnitudinis. ait itaq̄ iob admirando & resumēdo obiecta a zophar/quantæ mihi iniquitates & peccata imponuntur? Et dictio interpretata iniquitates/significat peccata quæ studiose fiunt: dictio autem interpretata peccata/ significat peccata quæ ignoranter fiunt. scelera mea atq̄ delicta mea ostēde mihi: Iuxta hebræum hr̄. rebellionem meam & peccatum meum fac scire me. Dictio interpretata rebellionem/significat peccata quæ fiunt cum contēptu. iob q̄ nunq̄ commiserat rebellionem /nunq̄ peccauerat ex contemptu, dicit rebellionem meam nō falso: quia subauditur de qua accusor. petit.n. ut tam grauia q̄ minora peccata pro quibus dicitur puniri/notificentur sibi a deo iudice affligente illum propter hæc crimina:

ut zophar dixit, ut ex hocipso q deus affligens eum non notificat ei huiusmodi igno-ta crimina quæ obiecta sunt, intelligatur falsum esse q deus afflixit iobem propter peccata iobis ignota tam iobi q aliis latentia in diuina scientia: quod zophar dixerat. ¶ Cur faciem tuam abscondis: & arbitraris me inimicum tuum? Iuxta hebræu futuri temporis sunt uerba abscondes & numerabis. Duas rationes pter quas occultat quandoq iudex reo causam punitionis tangit/ad excludendum eas a deo: ut sic liqueat falsum esse q occultet deus peccata iobis propter quæ punire illum dicitur. Prima ratio est quum princeps puniens supputat eum quem punit inter inimicos suos. tunc.n. nec audit illum: quia non meretur/utpote inimicus. Et huiusmodi ratioem inimicitiæ excludens a deo/dicit. cur faciem tuam abscondes/ad non audiendum me, & numerabis me inimicum tibi? quasi dicat nulla subest ratio q tu supputes me inter inimicos tuos/& instar abscondentis seipsum nolis me audire petentem notificari mihi causam punitionis. ¶ Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam: & stipulam siccam persequeris. Iuxta hebræu hr. Nunqd folium impulsum franges: & paleam siccam persequeris? Altera ratio est cum princeps puniens/pro nihilo habet punitionem seu punitum. tunc.n. contenit notificare reo causam punitionis. Et huiusmodi rationem excludens a deo/assumit similitudinem frangentis arboris frondem impulsam, hoc est quæ cecidit: nam fractio frondis impulsæ/p nihilo habetur, & similiter persecutio paleæ siccæ quæ a uento propellit, actio uana est quæ pro nihilo reputatur. Ait itaq nunquid affligendo me/folium impulsum franges & paleam siccam persequeris? quasi dicat nequaq: quia nec uana nec pro nihilo reputas afflictionem qua me affligis/nec me reputas ut paleam siccam aut folium impulsum. Collige prudens lector ex istis iobem iustificare causam suam cum deo, in hoc q nisi deus notificet ei peccata pro quibus dicit affligi/deus reputat iobe inimicum aut pro nihilo. Et uere sententia ista/arrogantis est deberi sibi manifestatione causæ pro qua punitur: immo arrogantis sibi notitiam imputatorum sibi peccatorum & q non pro illis punitur scientis. nam opera dei tanq hominis opera pensat: deus autem altiori ratione occultat quandoq peccatum pro quo punit. unde in calce iob ueniam petet de huiusmodi arrogantibus uerbis.

¶ Scribis.n. contra me amaritudines. Parui refert q iuxta hebræu hr super me. Aduerte q duo officia simul intendit iob per hanc literam. alterum est reddere rationem eius quod dixerat: ucz q deus non paruipendit afflictionem ipsius iobis. alterum est confutare sententiam zophar: ucz q deus multa relinquit impunita: dixerat.n. zophar hoc/dicendo q deus remanebat creditor ipsius iobis. Ad utrunq.n. conferunt rationes tres quæ hic scribuntur: quarum duæ ab ipso iobe/tertia autem a singulis hominibus totius humani generis sumitur. Insinuatur autem redditio ratiois dictorum per coniunctionem quia/dicedo quia scribes super me amaritudines. si.n. deus pro nihilo haberet iobem aut affligere eum/non scriberet super eum amaritudines pœnarum infligendarum: & similiter si deus multa relinqueret impunita, non scriberet super iobem (qui leuia duntaxat peccata commiserat) amaritudines pœnarum. et consumere me vis peccatis adolescentie mee. Iuxta hebræu hr. et facies hereditare me iniquitates pueritiarum mearum. Quia homo prouectæ ætatis tanq al-

ter est a seipso puero/& hæreditare iuris est,ideo hæreditantis similitudine significatur punitio iusta iobis pro iniquitatibus pueritiæ seu adolescentiæ eius.Pluraliter autē nominat pueritias/quia multas ætates comprehendit:vꝫ pueritiam & adolescentiā. Et per hoc intendit peccata leuia:qualia sunt peccata quæ consequuntur illas ætates,ut p hoc ꝙ deus scribit & punit ipsum prouectæ ætatis pro peccatis pueritiæ, intelligatur & ꝙ nullum peccatum relinquit impunitum/ & ꝙ non pro nihilo habet ipsum & peccata eius puerilia & punire illum.

¶ Posuisti in neruo pedem meum. Iuxta hebræum habetur. Et pones in vinculo pedes meos. Dictio interpretata uinculo/non plene explicatur: significat.n.ferream catenam/qualem apponi uidemus supra pedes seruorum laborantium ne liberum sit eis fugere. Nec fiat uis si uinculum illud fabricatum erat aliter q̄ per modum catenæ.ex contextu.n.habetur dūtaxat ꝙ per modum anuli cingebat infimam tibiæ partem/ut clare subiungitur. Et metaphorico sermone significat timorē diuinæ legis positum sibi a deo ad continēdum affectus & opera ab illicitis/ad instar ferripedis ne libere fugiat. Et secunda ratio ad probandum diuinam solicitudinem erga ipūm iobem & peccata eius/hic incipit. et obseruasti omnes semitas meas. Ex duab⁹ actionibus dei integratur hæc ratio.altera est ponere in corde iobis timorem peccandi: altera est obseruare in materiis omnibus affectus & opera iobis.hæc.n. insinuaē instar custodientis omnia loca uiarū per quas ferripes ire potest. et vestigia pedū meorum considerasti. Iuxta hebraū hr̄. super radices pedum meorū sculpes. Radices pedum appellat talos seu partem illam talarem/quoniam ex ea quasi nasciē pes.huiusmodi.n.partes tanq̄ sculptæ(hoc est cauatæ ex impressione ferrei uinculi)describuntur. Et insinuatur per hanc metaphoram effectus timoris dei in animo iobis/ ꝙ sic a deo impressus erat animo eius timor offendendi deum ut tanq̄ cauatus esset animus eius:hoc est ut animus eius esset retractus etiam a licitis multis ex timore peccandi. Hinc.n.apparet magna dei cura erga iobem ne peccaret:ac per hoc ꝙ non reputat eum tanq̄ paleam siccam aut frondem impulsam. Et rursus hinc signum habeē ꝙ nullum relinquit peccatum impune. ¶ Qui quasi putredo consumendus sum: et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Iuxta hebraū hr̄. Et ipse sicut putredo consumetur: sicut vestis comedit eam tinea. Obscurus ē sermo:qa nō apparet qd demōstret pnomen ipse. cōtextus tñ inuit ꝙ pnomen ipse demōstrat radicem pedis sculptā/hoc est cauatā impressiōe anuli ferrei:nā apud hebræos masculini est generis dictio interpretata radix. Et quadrat parabolæ ut radix pedis cauata/instar pomi putridi paulatim cōsumaē,& instar uestis comestæ a tinea/plurib⁹ in locis consumaē. Significaē aūt p hāc parabolā ꝙ intima animi iobis unde oriunē affectus & opera, nō solum fuerunt retracta ex impresso a deo timore a multis licitis / sed ēt ꝙ quo ad peccati fomitem uelut res putrida paulatim & uelut uestis esa a tinea in diuersis animi pronitatibus ad illicita consumebantur.

CAPVT .XIIII.

Homo natus de muliere. Tertia ratio hic incipit. breui viuens tēpore/repletur multis miseriis. Iuxta hebraū hr̄. curtus dierum & satur ire. Tres miserabiles conditiones hominis describuntur, prima ꝙ

natus est ex muliere:utpote ex parente imperfectissima originem habens. Altera ꝙ est curtus dierum:utpote cuius uita tam cito desinit. Tertia ꝙ ē satur iræ:utpote repletus malis pœnæ quæ inferuntur a diuina ira/hoc ē a diuina iustitia uindicatiua.

¶ **Qui quasi flos egreditur ꝛ conteritur.** Iuxta hebræū hr. **Sicut surcul⁹ exiuit ꝛ incisus est.** Incipit declarare propositas hominis conditiões. & omissa prima inchoat a secunda/declarando breuitatem uitæ hominis in iis qui ante tempus moriuntur: describens eos similes surculis (hoc est ramusculis teneris) egredientibus ex arbore/qui succiduntur anteq̃ uegetentur in ramos perfectos & perficiant tempus quo essent naturaliter duraturi. innumera siquidem multitudo hominum uel uiolentia uel crapula uel accidente ægritudine ante tempus suum moritur. **et fugit velut vmbra ꝛ nunq̃ in eodem statu permanet.** Iuxta hebræum hr. **et fugit velut vmbra ꝛ non stabit.** Plus declarat q̃ proposuit: quoniam duo simul hic declarantur. Alterum in iis qui perficiunt tempus integrum ætatum suarum/ ꝙ uita eorum est similis fugæ: ita ꝙ non deambulant/sed ualociter tanq̃ fugientes ierunt. Alterum cõe omnibus: ꝙ quemadmodum quæ transiit umbra nõ stabit/ita homines moriunt̃. differentiam siquidem tangit inter corpus & umbram: penes hoc ꝙ corpus quod localiter transiit/perseuerat in suo esse: umbra uero existens in aliquo loco/quum desinit ibi esse, non perseuerat in suo esse/sed absolute desinit esse: nõ. n. migrat umbra unamet de loco ad locum. Et insinuat per hanc similitudinem ꝙ homo uiuit fugiens tãq̃ umbra/ ita ꝙ nõ perseuerabit: mortuus. n. homo non est homo. ¶ **Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eum tecum in iudiciū.** Iuxta hebræū hr. **Etiā super istum aperuisti oculos tuos: ꝛ me adduces in iudicium tecum.** Ecce neruus rationis huius tertiæ, ꝙ q̃uis homo tot subiaceat miseriis/tu deus aperis oculos tuos super eum: hoc est instar aperientis oculos super aliquem consideras & iudicas ac punis eum. hinc. n. patet ꝙ deus non paruipendit hominem & pœnam eius. Adiungit autem iob seipsum, ut quantũcunq; afflictus/iudicand⁹ tamen a deo intelligatur. ¶ **Quis potest facere mundū de immundo cõceptū semine, nõne tu qui solus es?** Iuxta hebræum hr. **Quis dabit mundū ex immundo? non vnum.** Probat ꝙ omnes homines iudicantur & puniuntur a deo, quia nullus est homo qui non sit immundus fœditate peccati: nec potest seipsum aut alterum de immundo facere mundum/ut sic eximeretur a diuina punitione. hãc. n. rationem sonant uerba literæ dicendo quis dabit mundum ex immundo? quasi dicat nullus. Et subiungendo non unũ/explicat nullũ fieri ab homine de imundo mũdum.

¶ **Breues dies hominis sunt/numerus mẽsiū eius apud te est.** Iuxta hebræū hr. **Si determinati dies eius/numerus mensium eius tecum.** Oratio conditionalis est simul cum sequentibus particulis. **constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt.** Iuxta hebræum hr. **statuta eius fecisti ꝛ non transibit.** Ex quattuor particulis antecedens huius conditionalis integrat̃. prima est si determinati dies eius: secunda numerus mensium eius tecum: tertia statuta ei⁹ fecisti: quarta et non transibit. consequens autem immediate subiungetur. Sensus autẽ est. si inquit dies uitæ cuiusq; hominis determinati sunt quo ad numerum/ & numerus iste non latet te sed est tecum/& statuta numerorum dierum cuiusq; hominis fecisti tu

deus

de⁹(ita q̃ nõ solũ determinat⁹ ẽ nũer⁹& manifest⁹ tibi sed ẽt tu fecisti huiusmõi determinationẽ)& nõ trãsibit hõ aliqs statutũ sibi numeꝝ. Vbi uides prudẽs lector nihil hoꝝ affirmari in litera/sed sub conditiõe dici. Recede ergo paululũ ab eo vt qeſcat: donec optata veniat ꝛ sicut mercenarij dies ei⁹. Iuxta hebræum hr. Laxa a supra eũ: ꝛ ꝓhibebit donec volet sicut mercenariũ dies eius. Ecce cõsequens inchoatæ cõditionalis. Et cõsistit cõsequẽs ĩ solis uerbis istis: vꝫ laxa ã supra eum. reliqua. n. modũ laxãdi explicãt. Iob itaq; disputans cũ deo quũ ꝓposuisset inter cõditiones hoĩs q̃ ẽ satur iræ/incipit hic manifestare multitudinẽ iraꝝ quibus replet̃ hõ. & usq; ad finem capituli huius numerat iras sex: & in hac cõditionali cõpræhẽdit iras duas. altera ẽ q̃ terminati sunt dies uitæ ei⁹ a deo: altera q̃ de⁹ assiduus ẽ ad iudicandũ & puniendũ hoiem. & illã quidẽ insinuat in antecedẽte/istã uero in cõsequẽte huius cõditiõalis. Quãuis. n. ãtecedens nõ affirmet̃ explicite: qa tñ assumitur ut præsuppositũ tanq̃ manifestæ ueritatis, ideo ꝑma ira supputat̃ determinatio dieꝝ cuiusq; hoĩs decreta a deo. et ex illa ꝓsupposita infert uitationẽ superadditi diuini iudicii: hãc. n. infert dicẽdo si determinati sunt dies &c. laxa a supra eum. perinde ac diceret si hõ subiacet ẽt huic miseriæ determinati numeri dieꝝ uitæ eius, sufficiant ꝓpriæ miseriæ/ & non superaddas tu de⁹ pœnas iudicii tui. ¶ Aduerte prudẽs lector q̃ si hæc cõditiõalis intelligit̃ absolute, iob leuiter ꝓfert hãc cõditionalẽ/simili errore ductus: vꝫ q̃ de⁹ tanq̃ hõ gubernaret hoiem quasi mercenariũ. Si aũt intelligitur ut argumẽtum ad hominẽ (hoc est ad opinantẽ hoiem in sola hac uita puniri & præmiari) quartã ãtecedẽtis particulã oportet ãnotare: intelligẽdo p eã significari q̃ hõ nõ trãsibit penitus (hoc ẽ nec secũdũ aiam) statutos dies uitæ hoĩs. & sic antecedẽs ẽet falsum simplr: & assumit̃ tãq̃ cõcessum ab aduersariis. Aduerte quoq; circa tertiã particulã ãtecedentis (vꝫ & statuta ei⁹ fecisti) simul cũ quarta/vꝫ & nõ trãsibit: q̃ iob meminit dei statuẽtis/ad differẽtiã corpoꝝ cœlestiũ & cõplexionũ. tẽpus. n. uitæ hoĩs tã definitũ in corporibus cœlestibus q̃ definitũ in ꝑncipiis intrĩsecis uitæ cuiusq; hoĩs/põt hõ trãsire: sed tẽpus statutũ a ꝑma cã deo/nullus hõ põt trãsire. Qualẽ aũt relaxationẽ intulerit p subiuncta uerba explicat/dicendo & prohibebit eum donec uolet sicut mercenarium dies eius. est siquidem sensus q̃ homo relinquatur liber a iudicio diuino quẽadmodum mercenarius: ita q̃ sicut mercenarium prohibet ab ocio non iudex sed dies sua (si. n. non laborat non punitur sed caret mercede illius diei) ita hominem tempus suum prohibeat a peccato donec uolet ipse homo non peccare: sicut mercenarius laborat q̃diu uolet/& quum nõ uult desistit priuando se mercede. Hoc consequens petit iob a deo tanq̃ consentaneum dictis a sociis / deducendo ad inconueniens absurdumq; manifestum: uidelicet q̃ deus non iudicet homines sed tractet sicut mercenarios: quod etiam ipsi socii reputabant absurdum.

Lignum habet spem si præcisum fuerit. Iuxta hebraũ ꝑponit̃ coniũctio: & habetur. Quia arbori spes si præcisa fuerit. Coniunctio quia insinuat q̃ accumulatur ratio rationi: accumulatio siquidem irarum suadet magis uitationẽ diuini iudicii prius illatam. Tertia itaq; ira scribitur/consistens in hoc q̃ mors hominis ẽ deterioris conditionis q̃ arborũ & maris ac fluminis: nam arbor si præcisa fuerit & etiã translata / germinabit. rursum virescit ꝛ rami eius pullulant. Iuxta

hebræum habetur. et adhuc faciet mutare/ & ramum suum nō prohibebit. Et est sensus q si præcidens arborem etiam transferet eam incisam de loco ad locum / nihilominus incisa arbor & translata producet ramos. hoc enim quotidie experimur. ¶ Si senuerit in terra radix eius: & in puluere emortuus fuerit truncus eius. Post mortem quasi uiolentam arboris/ affert ad idem quasi mortem naturalem arboris quæ per senectutem radicis contingit: dicendo q si senuerit in terra radix arboris/ ac per hoc aruerit arbor, si truncus eius mortuus fuerit in puluere (hoc ē instar mortui sepultus fuerit in puluere boni fimi) germinabit irrigatus. subditur. n. Ad odorē aque germinabit. hoc est quando sentiet aquam germinabit. et faciet comam quasi quum primum plantatum est. Iuxta hebræum hr. et faciet ramum sicut plantatio. hoc est perinde ac si fuisset arbor nouiter plantata. ¶ Homo vero quum mortuus fuerit et nudatus atq; consumptus/ vbi quesoē? Iuxta hebræū hr. Et vir morietur & succidet/ & periit homo: & vbi ipse? Vtrunq; mortis genus scribitur. naturalis quidem dicendo morietur: uiolentæ autē dicendo succidetur. Deinde quod commune est omnibus apponit/ dicendo & periit homo. Et demum intentam deteriorem conditionem hominis in morte / subiungit & ubi ipse? quasi dicat nullibi. arbores. n. tam præcisæ q̄ aridæ remanent alicubi ad germinandum iterum ut dictum est: homo uero nullibi. ¶ Quomodo si recedant aque de mari: & fluuius vacuefactus arescat. Iuxta hebræum scribit assertiue. Iuerunt aque de mari: & fluuius arescet & siccabitur. Et vir iacuit & non resurget. Et est sensus q mare non secundum totum sed secundum partem amittit aquam & recuperat eam. hoc. n. insinuatur dicendo iuerunt aquæ de mari: cointelligit enim & redierunt. nam de mari per fluxum & refluxum existēte modo sine aqua & modo cum aqua/ est sermo. Et clarius de fluuio dicitur q arescet/ consumptis penit9 aq̄s eius. & tamen siccabitur iterum : hoc est postq̄ aruit recuperabit aquam & iterum siccabitur iterumq; recuperabit aquam. Homo uero quum iacuerit per mortem/ non resurget: ac per hoc est deterioris conditionis q̄ mare & aliqui fluuii / qui scilicet quandoq; exiccantur. Donec atteratur celum. Iuxta hebræum habetur. Donec nisi celi. Et est sensus donec cœli soli sint: quod nunq̄ erit. explicat enim per hoc q homines nunq̄ resurgent. subiungitur enim iuxta hebræum in plurali numero. non expergiscentur & non suscitabuntur a somno suo. Declarat enim quod dixerat/ vz q homo non resurget: manifestando q non resurget ex uiribus propriæ naturæ. propterea enim dicit non euigilabunt & non suscitabuntur a somno suo: illi enim qui expergiscunt & qui suscitant a somno suo/ ex uiribus ppriæ naturæ redeūt ad uigiliā. Et hūc esse literalē sensum/ testant subiuncta de desiderio suscitationis hois a deo.

¶ Quis mihi hoc tribuat. Iuxta hebræum duntaxat habetur. Quis dabit. et sunt uerba desiderantis. Vt in inferno ptegas me & abscōdas me donec ptranseat furor tu9? Iuxta hebræū hr. in fouea abscōdes me/ abscondes me donec reuerti furorē tuū. De fouea sepulchri quæ manifesta ē oibus loqtur: cupiēs tāq̄ res recōdita abscōdi in sepulchro, abscōdi inquā donec adueniat tuū reuerti a furore tuo/ quo me & mori & mortuū retinere decreuisti. deū. n. alloqt/ & de iraq; multitudine tractat: & ppterea meminit furoris. ¶ Vbi aduerte q qa supputauerat iter iras

diuinas respectu hūani gñis mortē absq; facultate iterũ uiuēdi/subiūgit tum desideriū resurgēdi tum q; de⁹ solus pōt adimplere hoc desideriū.hic.n.& firmātur dicta(sc3 q; homo ex uiribus propriæ naturæ non potest resurgere)& excluditur dogma putantiu q; post annum maximum redibunt illimet homines uirtute corporum cœlestium. **et constituas mihi tēpus in quo recorderis mei.** Sententia recte redditᵉ:q̃uis hebraice uerba sint in futuro indicatiui.ex hoc.n.q; est sermo cupientis,sufficienter na- betur q; futuro indicatiui utuntur hebræi hic pro futuro optatiui/habentes duntaxat indicatiui futurum. Quia itaq; dixerat donec reuertaris a furore tuo,determinat illud donec/dicendo ponas mihi tempus & recorderis mei. quantūcunq; longum esset tem- pus,modo esset determinatum/sat mihi esset.Et dicendo ponas mihi/insinuat q; cupit tempus constitui sibi:hoc est ita constitui q; notificetur sibi.

¶ **Putas ne mortuus homo rursum viuet?** Iuxta hebræum habetur. **Si morietur homo si viuet.** Inchoatur longa conditionalis:cuius antecedens cōsistit in his duobus/si morietur homo si uiuet.Et est sensus si homo morietur & iterum ui- uet.& subiungit immediate consequens. **cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea.** Iuxta hebræum habetur. **cūctis die bus temporis mei sperabo donec veniet mutatio mea.** Prima consequen tis pars est hæc:explicans q; si mortuus homo iterum uiueret/omnibus diebus tempo- ris sui speraret donec ueniret mutatio eius qua fieret de mortuo uiuus.Et in hac senten tia insinuat iob q; si homo mortuus uiuet iterum / anima hominis est immortalis:alio- quin non esset uerum q; speraret quousq; resurgeret.ex hoc enim q; asserit q; speraret omnibus diebus temporis sui/& manifestando quantitatem temporis apponit donec ueniet immutatio mea,patefacit q; remaneret anima eius sperans usq; ad resurrectio- nem. ¶ **Vocabis me.** Iuxta hebraũ hr. **Vocabis/& ego respondebo tibi.** Secunda est hæc consequentis pars:significās q; si mortuus homo uiuet iterum/ fiet re surrectio te deo uocāte & me respōdente tibi.Et per hoc docet q; deus solus potest effi cere resurrectionem hominis.Quid autem responsurus est subiungit. **operi manuū tuarum porriges dexteram.** Iuxta hebraũ hr. **operi manuum tuarum cō cupisces.** Responsio est gratiarum actionis:profitendo q; ratio in deo ad resuscitan- dum hominem est amor quo concupiscit homini tanq̃ operi manuum suarum uitam quam formando illum olim dederat.Et dicit concupisces ad significandum perseuerā tem in deo affectum ad uitam hominis/qui dei manibus formatᵘ in superiori tractatu describitur. ¶ Aduerte prudens lector duo. Alterum q; in uniuersa hac litera non asse- ritur futura resurrectio/sed desiderium eius:& conditionalis multa inferens. Alterum q; pro clariori sensu futura hæc (sperabo / uocabis & respōdebo) pro optatiuis recte exponuntur:sperarem/uocares/responderem.carent siquidem hebræi optatiuo mō.

Tu quidē gressus meos dinumerasti : sed parce peccatis meis. Iuxta hebræum habetur. **Quia nunc gressus meos numerabis : non expectabis super peccato meo.** Quarta ira scribitur/ consistens in hoc q; deus nullum peccatum relinquit impune. Et specialiter ac directe dicit hoc contra zophar / qui dixerat deum esse creditorem iobis super peccatis eius. Ait itaq; quia nunc gressus meos numerabis/acsi aptius dixisset. locutus sũm de statu

Quia hebræi pacis noie significāt salutem,ideo salutem in domib⁹ pdonū significāt p pacificare,& e regiōe iustoꝝ perfectoꝝ q irridenť/ponit prædones cū domoꝝ pace.et audacter puocant deū,quum ipse dederit omnia in man⁹ eoꝝ. Iuxta hebræū hř.et securitates irritantibus el,quib⁹ adduxit eloha in manu sua.E regione religiosoꝝ q irridenť/ponit securitatē irritantiū deū forte,quibus irritātibus deus gubernator oium manu (hoc ē opatione) propria attulit bona quæ habēt, ita q etiam ingratitudinis erga deum notātur isti.

¶ Nimirū interroga iumēta/& docebūt te.Hebraice hř. Et pfecto interroga bestias/& docebit te.Vide contextū.narrauit iustoꝝ miseriā & iniquoꝝ prosperitatē in hac uita:subiūgit mō ratiōem suadentē q disparitas ista ē qdem a deo/ sed nō propter merita iustoꝝ & iniquoꝝ:respōdens p hoc directe ad sentētiā zophar/ q dixerat q ex occultis in diuina sapiētia rōibus pp̄ter merita hoium fiebāt hæc a deo. Rō aūt iobis cōsistit in hoc,q tam uegetabilia q̄ animalia in terra aere & aquis testanť q summus de⁹ dat bona & mala nō pp̄ter merita eoꝝ qbus dat,ad hoc.n.citat uegetabilia & aīalia,qa perspicuū ē q illis nō pp̄ter eoꝝ merita de⁹ dat bona & mala.Ait itaq interroga bestias/& docebit te multitudo eaꝝ:hoc ē ingre pspicaciter bona & mala in bestiis/& multitudo eaꝝ docebit te materialiter & obiectiue,relucet.n.in eis bonū & malū ut dei effectus nō pp̄ter eaꝝ merita.Et eodē sensu intellige subiūcta de auib⁹ & arborib⁹ & piscib⁹.et volatilia celi/& indicabūt tibi. ¶ Loquere terre.Parui refert q hebraice hř. Vel arborē terre.subaudiť.n.interroga.et rńdebit tibi: et narrabūt tibi pisces maris. ¶ Quis ignorat q man⁹ dńi oia hec fecerit?Iuxta hebræū hř. Quis nesciuit in oibus istis,q man⁹ iehouah fecit hoc?Vbi clare uidere potes iobē cōcludere q qlibet uidet in oibus istis uegetabilibus & aīalibus q manus dei fontis essendi fecit hoc qđ narraui:ve3 q qńq iusti affliguntť & iniq psperanť nō pp̄ter eoꝝ merita.hæc.n.notitia eliciť ex bono & malo in oib⁹ istis uegetabilib⁹ & aīalib⁹. ¶ In cui⁹ manu aīa ois viuētis:& spūs vniuerse carnis hoīs.Rō reddiť argumēti facti a bono & malo in aīalibus & arboribus ad bonū & malū in hoibus.Et cōsistit rō in hoc qa in manu dei ē tā aīa ois uiuentis (hoc ē aialium & uegetabiliū) q̄ spūs uniuersæ carnis hoīs.q̄uis.n.nō parua disparitas sit inter bonū & malū in hoibus & bonū & malū in aīalibus & uegetabilibus/si cōsidereť ista disparitas ex parte naturaꝝ diuersaꝝ (hinc humanæ/rōne & libero arbitrio pollētis,inde irrōnalium oium) si tñ secundū diuinā manū hoc ē potestatē consideretť, æqua ē rō inferēdi bonū & malū utrisq/rōnalibus scilicet & irrōnalibus.& pp̄terea iob pcedit ex parte manus diuinæ/ad inferendum q deus quādoq confert hoibus malū absq eorum merito sicut confert irrationalibus.

¶ Nōne auris verba diiudicat.Proposita respōsione ad zophar,qa respōsio fundata ē super inqsitiōe eoꝝ quæ fiūt a deo in uegetabilib⁹ aīalib⁹ & hoibus/ideo iob subiūgit modū quo notitia ista cōis ē uiris doctis.dixerat.n.qs non sciuit in oibus istis q man⁹ iehouah fecit hoc?& pp̄terea ad uerificādū qđ dixerat/manifestat modū quo cōmuniter hř hæc notitia.Accedit quoq ad hoc intētio supplēdi min⁹ dicta a bildad in cap.8.monēte iobē ut interrogaret generationem antiquā.explicat siqdem iob duos esse modos quibus hř huiusmodi notitia:quoꝝ alter est p disciplinā/alter p inuētiōem. Et mod⁹ qdē sciēdi p disciplinā/explicať dicēdo nōne auris uerba discernit?audit⁹.n.

est sensus disciplinæ:quia per ipsum præcipue discim⁹ a docētibus medio sermōe.Modus aūt sciendi per inuentiōem/subiungit̄ dicendo.et fauces comedētis sapoꝛē. Parui refert ꝙ hebraice hr̄.et gutturi cib⁹ sapiet.Sensatio siquidem rerum sensibilium/initiū est inuentionis:& est nihilominus terminus resolutionis nostri intellectus.nā quæ intellectus non potest resoluere ut testificata a sensibilib⁹/nō sunt nobis euidētia: & propterea iob modū sciendi per inuentionē/a sensatione saporū in cibo declarat psit. ☞In antiqs est sapientia:⁊ in multo tēpoꝛe pꝛudētia.Iuxta hebræū hr̄.⁊ in lōgitudine dieꝝ intelligentia.Primum spectat ad modū disciplinæ:secundū aūt ad modū inuentionis.manifestat siquidē iob ꝙ nostrū discere pēdet a senibus tanq̄ doctoribus,& ꝙ scire per inuentionē est in longitudine dieꝝ/hoc est in hominibus diu uiuentibus:qa inuentio exigit intelligentiam/hoc est intellectū in statu perfecto:constat aūt ꝙ intellectus præcipue uiget in antiqs.Et ex his omnibus declarat iob modū quo notitiam de diuinis operibus habemus:vз uel discendo ab antiquis/uel inueniēdo in lōgitudine dieꝝ.& hunc ultimum modum omiserat bildad.Et intendit per hæc insinuare ꝙ utroq̄ modo ipse habet notitiam diuinorum.

¶Apud ipsum est sapientia ⁊ foꝛtitudo:ipse habet consiliū ⁊ intelligentiā.Declarato mō sciendi diuina opera/declarat modū quo deus efficit sua opera.Et oportuit hoc declarare ne putaretur ꝙ deus esset agens per modum naturæ/efficiendo bona & mala rebus sine eaꝝ meritis:quēadmodum sol aliqbus prodest & aliqbus nocet absq̄ eorum meritis.Dicit itaq̄ ꝙ deus est agens a proposito:utpote in quo est intelligentia penetrās oīa & singula/& sapientia ordinans omnia & singula/& consiliū inuentiuū omniū & singuloꝝ,& fortitudo executiua efficacissime omniū & singuloꝝ.Et per hæc simul texit iob propositū suū ad prosequendū sermonē popularē/ut in ꝓncipio capituli ꝓmiserat dicēdo & mihi ē cor sicut & uobis.nam ad manifestandum hæc quattuor esse in deo,subiūgit sermonē popularē incōparabiliter maiorē plebeio sermone tā zophar q̄ alioꝝ socioꝝ.☞Si destruxerit/nemo ē q edificet. Iuxta hebræū hr̄.Ecce diruet ⁊ nō edificabit̄.Incipit a fortitudine:& primū diuinæ fortitudinis op⁹ affert diruere nō qualitercūq̄ sed cū tali efficacia ꝙ dirutū nūq̄ ædificabit̄. hoc.n.opus excedit oēm uirtutē tā humanā q̄ āgelicā,ꝓpriumq̄ ē fortitudini diuinæ. Et q̄uis sentētia hæc uera sit applicata ad quācunq̄ materiā,cōtextus tñ imediate sub iūcti opis isinuat ꝙ ad literā ē sermo de hoīe,ita ꝙ sensus ē/ecce diruet hoīem & nō ædificabit̄.Sæpe aūt uidemus hoīem dirui uel in ꝓgenie uel in regno ita ꝙ nunq̄ resurget. si incluserit hoīem/null⁹ ē q aperiat.Iuxta hebræū hr̄.claudet sup̄ viꝝ ⁊ nō aperiet̄.Nulla cōiunctio intercedēs inter primū opus & hoc/inter diruere & claudere,quū claudere terminet̄ ad hoīem/testat̄ ꝙ ēt diruere terminatur ad hoīem. Alterū itaq̄ opus fortitudini diuinæ ꝓpriū narrat̄ circa hoīem:cōcludere vз hoīem ita ꝙ a nullo pōt aperiri.Et hoc quoq; sæpe apparet:dū hoīem in seipso cōclusum rōe aliqua sibi apparēte uidem⁹/sic ꝙ impsuasibilis ē ad ueꝝ seu bonū.Et hoc quidē op⁹ circa aīæ libertatē/primū uero circa corporea & externa hoīs bona uersatur.☞Si cōtinuerit aquas/oīa siccabunt̄:⁊ si emiserit eas/subuertēt terra..Iuxta hebræū hr̄. Ecce retinebit aquas ⁊ siccabūt̄ ipse:⁊ mittet eas/⁊ fuerūt reuolute sup̄ terrā.quāuis in hebræo nō habeat̄ præpositio sup̄.Prosequit̄ fortitudinis diuinæ opa.ꝓus.n.circa genus humanū/mō aūt circa elementa affert diuinæ fortitudinis

opus duplex. alterum retentiuum aquaꝝ cum tãta efficacia ꝙ ſiccabuntur ipſæ aquæ eo modo quo dicimus exiccatos puteos fluuios & huiuſmodi: alterum emiſſiuum aquarum ita ꝙ reuoluantur ſuper terram operientes eam. hæc. n. ſolus deus poteſt. ¶ Apud ipſum eſt fortitudo ⁊ ſapientia. Iuxta hebræũ hr̃. Cũ eo fortitudo ⁊ decretum. Reſumit quattuor prius dicta: ve3 fortitudinem/ſapientiam/conſilium & intelligentiam. ſed aliter: quia tria (ve3 ſapientiam conſilium & intelligentiam) reſumit ſub uno nomine/dicendo & decretum. Ad decernendum ſiquidem de tãta uarietate humanarum actionum concurrunt ſapientia cõſilium & intelligẽtia. & propterea explicaturus ſimul iob opera ſapientiæ conſilii & intelligentiæ diuinæ circa homines/ reſumit hæc tria ſub nomine decreti: fortitudinem autem reſumit tum ad inſinuãdum prædicta opera ſpectare ad fortitudinem, tum præcipue ad inſinuandum ꝙ ſubiuncta opera ſpectant ad decretum non qualitercunq; ſed cum efficaci executiõe/quæ ad fortitudinem ſpectat. Ipſe nouit ⁊ decipientem ⁊ eum qui decipitur. Iuxta hebræũ hr̃. ei errans ⁊ faciens errare. Pronomen ei demonſtrat deũ. & eſt ſenſus ꝙ ipſius dei tanq̃ decernentis cum efficacia/eſt uterq;: ve3 errans & faciens errare. Et ſub iſtis duobus generibus compræhendit omnia ſubiuncta. more ſiquidem ſolito proponit ſummarie quæ ſubiuncturus eſt diſtinguendo per partes. ¶ Adducit conſiliarios in ſtultum finem. Iuxta hebræũ hr̃. Ducit cõſiliarios in prædam. Incipit ſupputare facientes errare/inchoãdo a conſiliariis: & de illis dicit ꝙ deducit eos in prædam: hoc ẽ efficit ut agantur tanq̃ ducti in prædam. Conſiliariorum ſiquidem eſt agere alios: ſæpe autem aguntur a paſſionibus timoris uel cupiditatis uel inuidiæ & huiuſmodi/& faciunt errare alios. Et hoc effici a deo dicit iob: & appellat ducere cõſiliarios in prædam, eo ꝙ in huiuſmodi aſſimilantur conſiliarii iis qui ducunt̃ in prædã/eo ꝙ agunt̃ captiuati a paſſionibus. et iudices in ſtuporem. Iuxta hebræũ hr̃. et iudices faciet inſanire. Secundum genus facientium errare deſcribit̃ nomine iudicum: qui ſæpe inſaniunt/officio iudicis abutendo. Et hoc quoq; diuino decreto attribuit iob. ¶ Baltheum regum diſſoluit: ⁊ præcingit fune renes eorum. Iuxta hebræũ hr̃. Ligamen regum aperuit: ⁊ ligauit cingulum in lumbis eorum. Tertio loco inter errare facientes ſupputantur reges: quorũ ſæpe uincula quibus alios detinent, inuito rege ſoluunt̃/& reges ipſi in uincula redigunt̃. Deſcribit aũt captiuitatem regũ per cingulũ in renibus, qa ſic ſolẽt equitantes captiui nobiles duci alligati ſellis equoꝝ. ¶ Ducit ſacerdotes ingloꝛios. Iuxta hebræũ hr̃. Ducit ſacerdotes in predã. Quarto loco ſacerdotes collocãtur inter errare facientes. & idẽ dicit de ſacerdotibus quod dixerat de cõſiliariis: qm̃ ſimile ẽ utrorũq; officiũ. cõſiliarioꝝ ſiquidem ẽ agere alios ad bonũ/ſacerdotũ uero eſt agere alios ad deum: & ſæpe ſacerdotes aguntur uel auaritia uel aliis uitiis ad auertẽdum alios a deo, quod ẽt diuinæ attribuit̃ prouidẽtiæ. et optimates ſupplãtat. Iuxta hebræũ hr̃. et fortes flectit. Quinto loco potẽtes q pollẽt fortitudine animi/inter faciẽtes errare ſcribunt̃: q ſæpe declinant ab animi fortitudine/flexi occaſiõe aliqua. & hoc quoq; deo tribuit̃. ¶ Cõmutãs labiũ ueraciũ. Iuxta hebræũ hr̃ remouẽs. Sexto loco inter errare facientes ſcribunt̃ ueraces tacẽtes. attribuit̃ ſiqdem deo ꝙ tollit eis labium: hoc eſt locutionẽ quæ fit per labia. et doctrinam ſenum auferens. Iuxta hebræũ hr̃. et ſaporẽ ſenũ auferet. Septimo loco ſenes ſine ſapore/inter errare facientes ſuppu-

tantur. Nec ē perspicuum an sit sermo de sapore senum in seipsis/an de sapore qui a senibus diffundit' in alios:hoc est an de ratione an de consilio, utrouis autem priuati senes/authores sunt erroris.

¶ **Effundit despectionem super principes.** Iuxta hebraeū hr. **nobiles.** Expedito genere facientium errare/tractat genus errantium, inter quos primum supputat nobiles:super quos errantes deus effundit despectionem/ut scilicet despiciantur ab aliis. **et eos qui oppressi fuerant releuat.** Iuxta hebraeum hr. **et fortitudinē fortium debilitat.** Fortes uiribus corporis errantes/debilitati describuntur secundo loco. ¶ **Qui reuelat profunda de tenebris.** Occulta ualde/hoc ē latentia in cordibus (utpote non solum in profundo loco sed etiam in tenebris/hoc est absq; notitia sita) inter errantes supputātur:& dicitur q; deus detegit ea, saepe.n. huiusmodi occultatio est error. **et producit in lucem vmbram mortis.** Vmbra mortis horribilia pericula quae latent/quarto loco scribuntur. errant.n. machinantes talia:& deus saepe manifestat ea. ¶ **Qui multiplicat gentes & perdit eas.** Errantes gentes beneficio multiplicationis ingratae/perimuntur saepe a deo. **et subuersas i integrū restituit.** Iuxta hebraeū hr. **extendens gentibus & duxit eas.** Sexto loco errātes gentes non contentas propriis sedibus ponit. extendere enim quaerunt loca sibi/& deus ducit eas ad alia loca occupandum. ¶ **Qui immutat cor principum.** Iuxta hebraeū hr. **Remouens cor capitum populi terre.** Septimo loco inter errātes/capita populi supputantur, patientia tanq; absq; corde. **et decipit eos vt frustra incedant per inuium.** Iuxta hebraeū hr. **et facit errare eos in vacuo non via.** A tribus declarat errorem capitum populi, primū a loco uacuo & sine uia: hoc est inhabitato & absq; uia aliqua in eo, secūdo ab obscuritate:subiūgens iuxta hebraeū. **Palpabūt obscuritatē & nō lucem.** Et hinc habes q; metaphoricus ē sermo iste, perspicuū est.n. q; uagatio diuturna in solitudine inuia/ē ēt in die lucente sole. De uaga igitur mente per uanas ratiōes sine uia (hoc ē sine medio ducēte ad ueritatē) est sermo. & adiicit' q; tanq; palpantes obscura loca absq; lucis adminiculo/incedent in affectibus & progressibus suis/haesitantes an impingant an recte progrediant'. Et adiungit' tertium dicēdo. **et errare eos faciet quasi ebrios.** Non solum timor impingendi sed insania in istis pro poena describitur instar hominis ebrii. Et si quaeritur modus quo tot enumerata tam in facientibus errare q; in errantibus efficiuntur a diuina prouidentia, in promptu est responsio q; quatenus sunt mala culpae fiunt negatiue (hoc est non dando gratiam) quatenus autem sunt mala poenae fiunt positiue: ita q; etiam ipsa peccata quatenus poenalia/ordinantur positiue a deo in poenam non solū peccantis sed quandoq; etiam aliorum.

CAPVT .XIII.



Ecce omnia hec vidit oculus meus:audiuit auris mea. Completo sermone plebeio, subiungit se non dixisse haec nesciendo illa/sed partim uidisse & partim audisse diuinos effectus narratos superius. **et intellexi singula.** Iuxta hebraeū hr. **et intellexit sibi.** Et quia pronomen sibi foeminini est generis/demonstrat aurem. Et ē sensus q; audita penetrauit intellectū, intendit.n. q; non solū uisa sed ēt audita intellexit esse effecta a deo. Et ppter [illegible] subiūgit.

¶ Secundum scientiam vestram noui etiam ego: nō inferior vobis sum. Non minus se scire q̄ illos explicat, quum tñ præferre se potuisset illis.
¶ Sed tamen ad omnipotentem loquar. Parui refert q̄ hebraice hr. Profecto ego ad saddai loquar. Arbitratus iob se satisfecisse obiectiōibus sociorum/ & uidens eos alienos a ueritate, dicit se allocuturum deum: tum ad explicandū q̄ absq̄ fictione aliqua erit sermo eius: tum ad arguendum socios q̄ non ueridice disputant. Et propterea subdit. et disputare cum deo cupio. Quod iuxta hebræum scribitur: et disputare ad ei volam. Non sunt ex parte intentiōis præsumētis uerba hæc: sed manifestātis (ut dictum est) tum puritatem sermonis sui/tum quales cupit esse disputantes secum: vel sicut deum ueræ ac utilis doctrinæ. hinc.n. sensum subiuncta insinuant: q̄uis speciem presumptionis uerba præ se ferāt. ¶ Prius vos ostendēs fabricatores mendacii: & cultores peruersorum dogmatum. Iuxta hebraū hr. Et profecto vos adherētes falsitati: sanatorēs nihili omnes vos. Necessitas disputandi cum deo declaratur, ex eo q̄ ipsi socii iobis nec ueridici nec utiles sunt/sed proferunt falsam doctrinam & sanant nihil. hinc .n. cogitur iob ad dirigendum sermonem suum ad deum qui uincit omnia/& ad disputandum cum deo fortissimo omnium: quoniam non nisi ueritatem & utilitatem quærit. Vtranq̄ siquidē a deo sperat/& neutrā a sociis: quia omnes dicebant falsum: scilicet q̄ iob afflictus erat a deo propter peccata propria. Et zophar addiderat duo: alterum q̄ minus puniebat iob q̄ mereretur: alterum q̄ in scientia dei latebant peccata iobis propter quæ punit⁹ est. falsa .n. erant hæc: & consequenter non sanabant animū iobis percussum mœstitia.
¶ Atq̄ vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes. Sententia rectē redditᵉ: & ueræ amicitiæ desiderium panditur. ¶ Audite ergo correctiones meas. Iuxta hebræum non habetur ergo/sed nunc. Et dictio interpretata correctionem/ rectius forte interpretaretur disputationem. eadem enim est dictio quæ interpretata est disputare: quam aiunt proprie significare repræhensionem sed extendi ad disputatiōnem. et iudicium labiorum meorum attendite. Iuxta hebræum hr. et lites labiorum meorum auscultate. Lites appellat partes disputationis futuræ cum deo. ¶ Nunquid deus indiget vestro mendacio. Iuxta hebraū hr. Nunquid ei loquemini iniquitatē. et est datiui casus ei. Et est sensus/nunquid in fauorem dei loquemini iniquitatem: quasi dicat absit. ex eo nanq̄ q̄ isti socii iobis loquebantur tanq̄ patrocinantes causæ dei aduersus iobem dicentē se afflictū a deo plusq̄ mererentur peccata eius/monet eos iob ut careant uitiis aduocatorū. Vt pro illo loquamini dolos: Iuxta hebraū hr. et ei loquemini dolum: Et ē similis sensus/ & in fauorem eius loquemini dolum: quasi dicat absit. in fauorem siquidē dei nihil iniquum dicendum est: quia odio habet deus iniquitatem. & similiter nullo mendacio utēdum est in fauorem dei, qui est summa ueritas. Et dixit etiam hæc iob ad uerificandum quod dixerat: vel eos adhærere falsitati & nihil sanare, quia amici eius tanq̄ defensores diuinæ iustitiæ loquebantur & iniquum & dolum. iniquum quidem/iniuriantes iobi dicēdo eum uirum multorum scelerum: dolum autem fingendo q̄ deus non affligit aliquem nisi pro peccato eius. Et in his duobus tangit iob duo uitia aduocatorum: alterū quo iniustum fingunt/alterum quo mentiuntur patrocinando. ¶ Nunquid faciē

ei⁹ accipitis. Parui refert q iuxta hebræũ hr. eleuabitis. Quod.n.solem⁹ nos appellare acceptionẽ personæ/hebræi dicunt eleuationẽ faciei. et nos quidem quia non causam sed personam in iudicio suscipimus/appellamus uitium hoc acceptionẽ personarum: illi autem apellant eleuationem faciei, quia deprimit causa & eleuatur facies hominis: hoc est id quod apparet de homine. Tertiũ itaq uitium aduocatorum nõ respicientium ad causam sed ad id quod apparet de persona & patrocinantur siue iuste siue iniuste/prohibet dicendo nunquid faciem eius (dei ▯) eleuabitis? hoc est nunqd posthabentes causam iniustam cui patrocinamini/respicietis ad hoc duntaxat quia loquimini in fauorem dei? et pro deo iudicare nitimini? Iuxta hebræũ hr. nunqd el litigabitis? et est datiui casus el. Et est sensus/nunquid in fauorem dei fortis litigabitis assumendo litem pro eo? quasi dicat nequaq: quia q̃uis in apparentia disputetis pro diuina iustitia/secundum tamen ueritatem contra diuinam prouidentiam loquimini. ¶ Aut placebit ei quem celare nihil potest. Iuxta hebræũ hr. Nunquid bonum q querет vos? Irrisorie dicit/nunquid bonum utile est deo q quærat uos ad patrocinandum causæ suæ? aut decipietur vt homo vestris fraudulentiis? Iuxta hebræũ hr. nunquid sicut illudere homini illudetis ei? Aduocati quandoq illudunt homini habenti causam iniustam/suadendo q defendẽt eam & uincent. Et hoc uitium non posse habere locum in causa dei explicat iob dicendo nũquid sicut contingit illudere homini promittendo patrocinium ignotæ illi causæ / illudetis deo? quasi dicat hoc est impossibile/quia deum nihil latet.

¶ Ipse vos arguet, quoniã in abscondito faciem eius accipitis. Parui refert q iuxta hebræum hr. Castigando castigabit vos: si in occulto faciẽ eleuabitis. Nec habetur in hebræo faciem eius/sed faciem absq pronomine aliquo. Et est sensus q deus quando erit tempus puniendi puniet uos, si peccabitis etiam occulte/spectando non ad causam sed ad personam cuiuscunq siue hominis siue dei. Et quum tot uitia præmiserit patrocinãtium, subiũxit solius istius uitii punitionem: quia pium reputatur habere rationem dei/patrocinando cuicunq causæ. ¶ Statim vt se commouerit turbabit vos: & terror ei⁹ irruet sup vos. Iuxta hebræũ hr unica oratio ex istis & subiunctis: & legitur. Si non celsitudo eius terrebit vos: & pauor eius cadet super vos. Recordationes vestre similitudines cineris: corporibus luti corpora vestra. Dixerat q deus castigaret eos: subiungit q si non reuererentur ac timerent deum/contineat saltem eos propria cõditio: ve▯ q uertentur in cinerem/& nunc propria corpora sunt similia corporib⁹ luteis. Et quidem q uertentur in cineres/significat dicendo recordationes uestræ similitudines cineris. post mortem.n. memoriæ hominum remanentes in cadaueribus/remanent tanq in cineribus eorum. Quod uero corpora humana similia sint corporibus luteis/significat dicendo corporibus luti corpora uestra. subauditur.n. similitudo antedicta. Et uere corporibus luteis quæ fiunt a figulis/similia sunt corpora nostra: quia de puluere terræ formata sunt.

Tacete paulisper. Iuxta hebræum hr. Tacete de me. Postq̃ mõstrauit iob necessitatem disputandi cum deo/& deinde monuit socios præ se ferentes patronos causæ dei: subiungit consequenter quo animo quaue intentione disputaturus est.

Et quoniam amici eius interpretabantur uerba iobis tum tanq̃ desperati tum tanq̃ præsumptuosi ac irritantis deum, ideo monet eos ut taceant de ipso iobe: hoc est de intimis eius/ de animo & intentiõe eius. **Vt loquar quodcunq̃ mihi mẽs suggesserit.** Iuxta hebræum hr̃. **et loquar ego: et transibit super me quicquid.** Quia nemo nouit intima hominis nisi ipsemet, ideo iob rationabiliter dicit tacete uos de me & loquar ego de me/ & eueniat mihi quicquid euenerit: quasi dicat relinquite mihi curam mei/ eueniat mihi quodcunq̃ sit illud. ¶ **Quare lacero carnes meas dentib⁹ meis: & animam meam porto in manibus meis?** Iuxta hebraũ hr̃. **Super quo eleuabo carnem meam in dẽtibus meis: & animam meam ponã in manu mea?** Metaphoricus est sermo, actiones desperati scribuntur: uez mordere carnes proprias/ & exponere uitam suam periculo mortis sicut qui poneret uitã in manu facile perdendam. Et intendit per hoc dicere propter quam rationem ego desperabo? manifestat siquidem animum suũ nõ desperare/ ut amici interpretabant̃. ¶ **Etiã si occiderit me/ in ipso sperabo.** Iuxta hebraũ hr̃. **Ecce occidet me/ nõ sperabo?** Ita iacet in litera hebraica: q̃uis hebræi in margine scribant loco negationis pronomen ei: & interpres antiquus non textum sed scriptum in margine interpretatus est in uulgata æditione. Et licet secundum uerba magna sit differentia, sensus tamen in idẽ redit legendo interrogatiue non sperabo? significatur. n. q̃ non perdam spem etiam si nunc occiderit me. Dicẽdo nanq̃ ecce occidet me/ demonstrat occisionem præsentem: & cum ea affirmat se perseueraturum in spe, ut per hoc intelligerent amici ipsum iobẽ tam remotum a desperatione ut etiam si deus nunc occideret ipsum/ nõ perderet spẽ. Et per hoc insinuat spem suam tendere ad alteram uitam. **Veruntamẽ vias meas in conspectu eius arguam.** Iuxta hebraũ hr̃. **tantum uias meas in cõspectu eius disputabo.** eadem siquidem dictio scribitur hic quæ supius interpretata est disputare: & clarum est q̃ præsenti contextui quadrat ut interpretetur disputabo. Exclusa. n. desperatiõe / excludit consequenter præsumptionem in futura disputatione: manifestando q̃ non uias dei sed uias proprias duntaxat disputabit. & rursus q̃ illas disputabit in conspectu dei: hoc est ueraciter absq̃ fictione aliqua: utpote coram deo q uidet omnia. ¶ **Et ipse erit saluator meus.** Parui refert q̃ iuxta hebraũ hr̃. **Etiam mihi ipse in salutem.** Non solum a præsumptionis uitio excusat disputationem suam/ sed etiam gratam deo fore explicat ab effectu: quia ex hoc deus erit ei in salutem. Et rationem subdit. **non. n. veniet in conspectum eius omnis hypocrita.** Ex sua ueracitate ostendit disputationem suam fore in conspectu dei & gratam illi: quia nullus hypocrita locum habet aut gratiam in conspectu dei.

¶ **Audite sermonem meum: & enigmata mea percipite auribus vestris.** Iuxta hebræum habetur. **et ãnunciationem meã in aurib⁹ vestris.** promittit. n. indicare eis quæ nesciunt. ¶ **Si fuero iudicatus, scio q̃ iustus inueniar.** Iuxta hebraũ hr̃. **Ecce nunc ordinaui iudicium: noui q̃ ego iustificabo.** Ecce nouum annunciatum, ecce inquit ordinaui nunc iudiciariam telam in disputatiõne meã cum deo, & noui q̃ ego iustificabo: hoc est iustam faciã causam meã. ¶ **Quis est qui iudicetur mecum/ veniat.** Iuxta hebraũ hr̃. **Quis ipse litigabit mecum?** Non sunt uerba inquirentis quis est litigaturus secum: sed honorã-

tis & reuerentis deum cum quo est disputaturus, declarata.n.mēte propria/iob subiūgit moderamen quod cupit seruari ex parte dei disputantis secum. Et intēdit ꝙ si cum iobe litigabit deus simpliciter & absolute/non intendit iob disputare cum deo: si autē deus moderetur duo (manū vcȝ & terrorem) sic iob disputabit cum deo. De deo itaq; simpliciter & absolute/ait honorando & timendo, qui litigabit mecum/quis ipse? quasi dicat excellentissimæ & ineffabilis est naturæ/potentissimus & terribilis. Et propterea subdit. quare tacens consumor? Iuxta hebræū hr̃. quia nunc tacebo & consumar. Ideo dico quis ipse: quia non disputabo cum ipso sed tacebo territus ab eo/ & consumar a potentia eius.

¶ Duo tantum ne facias mihi. Deum cum moderamine duarum actionū petit condisputatorem/dicendo. et tunc a facie tua non abscondar. Instar.n.abscondentis se a facię hominis terribilis & potentis/describit seipsum si deus absolute disputaret cum eo. & propterea ab opposito/ ad instar non abscondentis se a facie principis promittit seipsum si deus moderetur duo subiuncta. Manum tuam longe fac a me: & formido tua non me terreat. Ecce duo moderamina quæ petit, quæ in calce quoq; capituli noni petierat. supplicat.n.ut deus non utatur potentia sua ad affligendum ipsum/quia potest: & similiter ꝙ maiestas eius non exhibeat se terribilē iobi/quia terribilis est. tam territus siquidem hō q̄ ualde afflictus/nō potest disputare.

¶ Et voca/& ego respondebo: vel loquar/& responde mihi. Præsuppositis his moderaminibus, dat deo iob in disputatione optionem ut uel deus proponat & iob respondeat/uel iob proponat & deus respondeat, quod maximæ scientiæ arrogātiam sonat: qui.n.dat optionem alteri arguendi uel respondēdi, sentit seipsum sufficientem ad utrūlibet/& parui æstimare uidetur cōdisputaturum. Et iob quidem q̄uis non animo paruipendendi deum hanc optionem dederit, uerba tñ arrogantia sunt & scandalosa: ꝓpter qđ a deo in calce repræhenditur de arrogantibus sermonibus istis.

¶ Quantas habeo iniquitates. Iuxta hebræum habetur. Quātę mihi iniquitates & peccata? et subauditur imponuntur. Inchoat iob disputationem cum deo: & quia deus non elegit personam proponentis/ipse iob proponit. ¶ Vbi aduerte prudens lector ꝙ quia zophar in cap. xi. dixerat ꝙ propter occulta apud deum peccata iobis affligebatur iob, ideo directe contra hanc sententiam zophar / petit iob a deo manifestari sibi huiusmodi peccata: absurdum reputans ꝙ deus puniat eum & occultet peccata propter quæ punit eum. iniquum.n.uidetur ꝙ iudex puniat aliquem non indicando ei causam punitionis. Dictio interpretata quantæ/cōmunis est ad quantitatem numeri & ad quantitatem magnitudinis. ait itaq; iob admirando & resumēdo obiecta a zophar/quantæ mihi iniquitates & peccata imponuntur? Et dictio interpretata iniquitates/significat peccata quæ studiose fiunt: dictio autem interpretata peccata/ significat peccata quæ ignoranter fiunt. scelera mea atq; delicta mea ostēde mihi: Iuxta hebræum hr̃. rebellionem meam & peccatum meum fac scire me. Dictio interpretata rebellionem/significat peccata quæ fiunt cum contēptu. iob q nunq̄ commiserat rebellionem /nunq̄ peccauerat ex contemptu, dicit rebellionem meam nō falso: quia subauditur de qua accusor. petit.n.ut tam grauia q̄ minora peccata pro quibus dicitur puniri/notificentur sibi a deo iudice affligente illum propter hæc crimina:

ut zophar dixit.ut ex hocipso q deus affligens eum non notificat ei huiusmodi igno ta crimina quæ obiecta sunt,intelligatur falsum esse q deus afflixit iobem propter pec cata iobis ignota tam iobi q aliis latentia in diuina scientia:quod zophar dixerat.

¶ Cur faciem tuam abscondis:& arbitraris me inimicum tuum? Iuxta hebræu futuri temporis sunt uerba abscodes & numerabis. Duas rationes pter quas occultat quandoq iudex reo causam punitionis tangit/ad excludendum eas a deo: ut sic liqueat falsum esse q occultet deus peccata iobis propter quæ punire illum dicitur. Prima ratio est quum princeps puniens supputat eum quem punit inter inimicos suos, tunc.n.nec audit illum:quia non meretur/utpote inimicus. Et huiusmodi ratioem ini micitiæ excludens a deo/dicit.cur faciem tuam abscondes/ad non audiendum me, & numerabis me inimicum tibi? quasi dicat nulla subest ratio q tu supputes me inter ini micos tuos/& instar abscondentis seipsum nolis me audire petentem notificari mihi causam punitionis. ¶ Contra folium quod vento rapitur ostendis pote tiam tuam:& stipulam siccam persequeris. Iuxta hebræu hr. Nunqd fo lium impulsum franges:& paleam siccam persequeris? Altera ratio est cum princeps puniens/pro nihilo habet punitionem seu punitum.tunc.n.contenit no tificare reo causam punitionis. Et huiusmodi rationem excludens a deo/assumit simili tudinem frangentis arboris frondem impulsam,hoc est quæ cecidit:nam fractio fron dis impulsæ/p nihilo habetur.& similiter persecutio paleæ siccæ quæ a uēto propellit, actio uana est quæ pro nihilo reputatur. Ait itaq nunquid affligendo me/ folium im pulsum franges & paleam siccam persequeris? quasi dicat nequaq:quia nec uana nec pro nihilo reputas afflictionem qua me affligis/nec me reputas ut paleam siccam aut folium impulsum. Collige prudens lector ex istis iobem iustificare causam suam cum deo,in hoc q nisi deus notificet ei peccata pro quibus dicit affligi/deus reputat iobē inimicum aut pro nihilo. Et uere sententia ista/arrogantis est deberi sibi manifestatio nē causæ pro qua punitur:immo arrogantis sibi notitiam imputatorum sibi peccato & q non pro illis punitur scientis. nam opera dei tanq hominis opera pensat:deus autem altiori ratione occultat quandoq peccatum pro quo punit.unde in calce iob ue niam petet de huiusmodi arrogantibus uerbis.

¶ Scribis.n.contra me amaritudines. Parui refert q iuxta hebræu hr super me. Aduerte q duo officia simul intendit iob per hanc literam.alterum est reddere ratio nem eius quod dixerat:scz q deus non paruipendit afflictionem ipsius iobis. alterum est confutare sententiam zophar:scz q deus multa relinquit impunita:dixerat.n. zo phar hoc/dicendo q deus remanebat creditor ipsius iobis. Ad utrunq.n. conferunt ra tiones tres quæ hic scribuntur:quarum duæ ab ipso iobe/tertia autem a singulis homi nibus totius humani generis sumitur. Insinuatur autem redditio ratiōis dictorum per coniunctionem quia/dicēdo quia scribes super me amaritudines. si.n.deus pro nihilo haberet iobem aut affligere eum/ non scriberet super eum amaritudines pœnarum in fligendarum:& similiter si deus multa relinqueret impunita,non scriberet super iobem (qui leuia duntaxat peccata commiserat) amaritudines pœnarum. et consumere me vis peccatis adolescentie mee. Iuxta hebræu hr. et facies hereditare me iniquitates pueritiarum mearum. Quia homo prouectæ ætatis tanq al

ter est a seipso puero/& hæreditare iuris est,ideo hæreditantis similitudine significatur punitio iusta iobis pro iniquitatibus pueritiæ seu adolescentiæ eius.Pluraliter autē nominat pueritias/quia multas ætates comprǣhendit:ve3 pueritiam & adolescentiā. Et per hoc intendit peccata leuia:qualia sunt peccata quæ consequuntur illas ætates.ut p hoc q deus scribit & punit ipsum prouectæ ætatis pro peccatis pueritiæ, intelligatur & q nullum peccatum relinquit impunitum/ & q non pro nihilo habet ipsum & peccata eius puerilia & punire illum .

¶Posuisti in neruo pedem meum.Iuxta hebræum habetur. Et pones in vinculo pedes meos.Dictio interpretata uinculo/non plene explicatur : significat.n.ferream catenam/qualem apponi uidemus supra pedes seruorum laborantium ne liberum sit eis fugere.Nec fiat uis si uinculum illud fabricatum erat aliter q̄ per modum catenæ.ex contextu.n.habetur dūtaxat q per modum anuli cingebat infimam tibiæ partem/ut clare subiungitur.Et metaphorico sermone significat timorē diuinæ legis positum sibi a deo ad continēdum affectus & opera ab illicitis/ad instar ferripedis ne libere fugiat.Et secunda ratio ad probandum diuinam solicitudinem erga ipum iobem & peccata eius/hic incipit.et obseruasti omnes semitas meas.Ex duab⁹ actionibus dei integratur hæc ratio.altera est ponere in corde iobis timorem peccandi: altera est obseruare in materiis omnibus affectus & opera iobis.hæc.n. insinuat instar custodientis omnia loca uiarū per quas ferripes ire potest.et vestigia pedū meorum considerasti.Iuxta hebræū hī.super radices pedum meorū sculpes. Radices pedum appellat talos seu partem illam talarem/quoniam ex ea quasi nascit pes.huiusmodi.n.partes tanq̄ sculptæ(hoc est cauatæ ex impressione ferrei uinculi)describuntur.Et insinuatur per hanc metaphoram effectus timoris dei in animo iobis/ q sic a deo impressus erat animo eius timor offendendi deum ut tanq̄ cauatus esset animus eius:hoc est ut animus eius esset retractus etiam a licitis multis ex timore peccandi.Hinc.n.apparet magna dei cura erga iobem ne peccaret:ac per hoc q non reputat eum tanq̄ paleam siccam aut frondem impulsam.Et rursus hinc signum habet q nullum relinquit peccatum impune.¶Qui quasi putredo consumendus sum: et quasi vestimentum quod comeditur a tinea.Iuxta hebræū hī.Et ipse sicut putredo consumetur:sicut vestis comedit eam tinea.Obscurus ē sermo:q̄a nō apparet q̄d demōstret pnomen ipse.cōtextus tñ inuit q pnomen ipse demōstrat radicem pedis sculptā/hoc est cauatā impressiōe anuli ferrei:nā apud hebræos masculini est generis dictio interpretata radix.Et quadrat parabolæ ut radix pedis cauata/instar pomi putridi paulatim cōsumat,& instar uestis comestæ a tinea/plurib⁹ in locis consumat.Significat aūt p hāc parabolā q intima animi iobis unde oriunt affectus & opera, nō solum fuerunt retracta ex impresso a deo timore a multis licitis / sed ēt q quo ad peccati fomitem uelut res putrida paulatim & uelut uestis esa a tinea in diuersis animi pronitatibus ad illicita consumebantur.

CAPVT .XIIII.



Homo natus de muliere.Tertia ratio hic incipit.breui viuens tēpore/repletur multis miseriis.Iuxta hebræū hī.curtus dierum & satur iræ.Tres miserabiles conditiones hominis describuntur. prima q

natus est ex muliere:utpote ex parente imperfectissima originem habens. Altera q est curtus dierum:utpote cuius uita tam cito desinit. Tertia q e satur iræ:utpote repletus malis pœnæ quæ inferuntur a diuina ira/hoc e a diuina iustitia uindicatiua.

¶ Qui quasi flos egreditur & conteritur. Iuxta hebræu hr. Sicut surculus exiuit & incisus est. Incipit declarare propositas hominis conditiões. & omissa prima inchoat a secunda/declarando breuitatem uitæ hominis in iis qui ante tempus moriuntur:describens eos similes surculis (hoc est ramusculis teneris) egredientibus ex arbore/qui succiduntur anteq uegetentur in ramos perfectos & perficiant tempus quo essent naturaliter duraturi. innumera siquidem multitudo hominum uel uiolentia uel crapula uel accidente ægritudine ante tempus suum moritur. et fugit velut umbra & nunq in eodem statu permanet. Iuxta hebræum hr. et fugit velut umbra & non stabit. Plus declarat q proposuit:quoniam duo simul hic declarantur. Alterum in iis qui perficiunt tempus integrum ætatum suarum/ q uita eorum est similis fugæ:ita q non deambulant/sed ueclociter tanq fugientes iuerunt. Alterum cõe omnibus:q quemadmodum quæ transit umbra nõ stabit/ita homines moriunt. differentiam siquidem tangit inter corpus & umbram:penes hoc q corpus quod localiter transiit/perseuerat in suo esse:umbra uero existens in aliquo loco/quum desinit ibi esse,non perseuerat in suo esse/sed absolute desinit esse:nõ.n.migrat umbra unamet de loco ad locum. Et insinuat per hanc similitudinem q homo uiuit fugiens tãq umbra/ ita q nõ perseuerabit:mortuus.n.homo non est homo. ¶ Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos:et adducere eum tecum in iudiciũ. Iuxta hebræũ hr. Etiã super istum aperuisti oculos tuos:& me adduces in iudicium tecum. Ecce neruus rationis huius tertiæ,q q̃uis homo tot subiaceat miseriis/tu deus aperis oculos tuos super eum:hoc est instar aperientis oculos super aliquem consideras & iudicas ac punis eum. hinc.n. patet q deus non paruipendit hominem & pœnam eius. Adiungit autem iob seipsum,ut quantũcunq afflictus/iudicandus tamen a deo intelligatur. ¶ Quis potest facere mundũ de immundo cõceptũ semine,nõne tu qui solus es? Iuxta hebræum hr. Quis dabit mundũ ex immundo?non unum. Probat q omnes homines iudicantur & puniuntur a deo,quia nullus est homo qui non sit immundus fœditate peccati: nec potest seipsum aut alterum de immundo facere mundum/ut sic eximeretur a diuina punitione. hãc.n. rationem sonant uerba literæ dicendo quis dabit mundum ex immundo? quasi dicat nullus. Et subiungendo non unũ/explicat nullũ fieri ab homine de imundo mũdum.

¶ Breues dies hominis sunt/numerus mẽsiũ eius apud te est. Iuxta hebræũ hr. Si determinati dies eius/numerus mensium eius tecum. Oratio conditionalis est simul cum sequentibus particulis. constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt. Iuxta hebræum hr. statuta eius fecisti & non transibit. Ex quattuor particulis antecedens huius conditionalis integrat. prima est si determinati dies eius:secunda numerus mensium eius tecum:tertia statuta eius fecisti:quarta et non transibit. consequens autem immediate subiungetur. Sensus autẽ est. si inquit dies uitæ cuiusq hominis determinati sunt quo ad numerum/ & numerus iste non latet te sed est tecum/& statuta numerorum dierum cuiusq hominis fecisti tu

deus

de⁹(ita q̃ nõ solũ determinat⁹ ẽ nũer⁹ & manifest⁹ tibi sed ẽt tu fecisti huiusmõi deter minationẽ) & nõ trãsibit hõ aliqs statutũ sibi numerũ. Vbi uides prudẽs lector nihil hoꝝ affirmari in litera/sed sub conditiõe dici. Recede ergo paululũ ab eo vt qesi car: donec optata veniat ⁊ sicut mercenarij dies ei⁹. Iuxta hebræum hr. Laxa a supra eũ: ⁊ ꝓhibebit donec volet sicut mercenariũ dies eius. Ecce cõsequens inchoatæ cõditionalis. Et cõsistit cõsequẽs i solis uerbis istis: vz laxa ã supra eum. reliqua. n. modũ laxãdi explicãt. Iob itaq̃ disputans cũ deo quũ ꝓposuisset inter cõditiones hois q̃ ẽ satur iræ/incipit hic manifestare multitudinẽ iraꝝ quibus replet̃ hõ. & usq̃ ad finem capituli huius numerat iras sex: & in hac cõditionali cõpræhẽdit iras duas. altera ẽ q̃ terminati sunt dies uitæ ei⁹ a deo: altera q̃ de⁹ assiduus ẽ ad iudicandũ & puniendũ hoiem. & illã quidẽ insinuat in antecedẽte/istã uero in cõsequẽte huius cõditiõalis. Quãuis. n. ãtecedens nõ affirmet̃ explicite: q̃a tñ assumitur ut præsuppositũ tanq̃ manifestæ ueritatis, ideo ꝑma ira supputat̃ determinatio dieꝝ cuiusq̃ hois decreta a deo. et ex illa ꝑsupposita infert uitationẽ supadditi diuini iudicii: hãc. n. infert dicẽdo si determinati sunt dies &c. laxa a supra eum. pinde ac diceret si hõ subiacet ẽt huic miseriæ determinati numeri dieꝝ uitæ eius, sufficiant ꝓpriæ miseriæ/ & non supaddas tu de⁹ pœnas iudicii tui. ¶ Aduerte prudẽs lector q̃ si hæc cõditiõalis intelligit̃ absolute, iob leuiter ꝓfert hãc cõditionalẽ/simili errore ductus: vz q̃ de⁹ tanq̃ hõ gubernaret hoiem quasi mercenariũ. Si aũt intelligitur ut argumẽtum ad hominẽ (hoc est ad opinantẽ hoiem in sola hac uita puniri & præmiari) quartã ãtecedẽtis particulã oportet ãnotare: intelligẽdo p eã significari q̃ hõ nõ trãsibit penitus (hoc ẽ nec secũdũ aiam) statutos dies uitæ hois. & sic antecedẽs ẽẽt falsum simplr: & assumit̃ tãq̃ cõcessum ab aduersariis. Aduerte quoq̃ circa tertiã particulã ãtecedentis (vz & statuta ei⁹ fecisti) simul cũ quarta/vz & nõ trãsibit: q̃ iob meminit dei statuẽtis/ad differẽtiã corporꝝ cœlestiũ & cõplexionũ. tẽpus. n. uitæ hois tã definitũ in corporibus cœlestibus q̃ definitũ in ꝓncipiis intrĩsecis uitæ cuiusq̃ hois/põt hõ trãsire: sed tẽpus statutũ a ꝑma cã deo/nullus hõ põt trãsire. Qualẽ aũt relaxationẽ intulerit p subiũcta uerba explicat/dicendo & prohibebit eum donec uolet sicut mercenarium dies eius. est siquidem sensus q̃ homo relinquatur liber a iudicio diuino queãdmodum mercenarius: ita q̃ sicut mercenarium prohibet ab ocio non iudex sed dies sua (si. n. non laborat non punitur sed caret mercede illius diei) ita hominem tempus suum prohibeat a peccato donec uolet ipse homo non peccare: sicut mercenarius laborat q̃diu uolet/& quum nõ uult desistit priuando se mercede. Hoc consequens petit iob a deo tanq̃ consentaneum dictis a sociis / deducendo ad inconueniens absurdumq̃ manifestum: uidelicet q̃ deus non iudicet homines sed tractet sicut mercenarios: quod etiam ipsi socii reputabant absurdum.

Lignum habet spem si præcisum fuerit. Iuxta hebraũ ꝑponit̃ coniũctio: & habetur. Quia arbori spes si præcisa fuerit. Coniunctio quia insinuat q̃ accumulatur ratio rationi: accumulatio siquidem irarum suadet magis uitationẽ diuini iudicii prius illatam. Tertia itaq̃ ira scribitur/consistens in hoc q̃ mors hominis ẽ deterioris conditionis q̃ arborũ & maris ac fluminis: nam arbor si præcisa fuerit & etiã translata / germinabit. rursum virescit ⁊ rami eius pullulant. Iuxta

hebræum habetur. et adhuc faciet mutare/ & ramum suum nõ prohibebit. Et est sensus q si præcidens arborem etiam transferet eam incisam de loco ad locum / nihilominus incisa arbor & translata producet ramos. hoc enim quotidie experimur. ¶ Si senuerit in terra radix eius: & in puluere emortuus fuerit truncus. Post mortem quasi uiolentam arboris/affert ad idem quasi mortem naturalem arboris quæ per senectutem radicis contingit: dicendo q si senuerit in terra radix arboris/ac per hoc aruerit arbor, si truncus eius mortuus fuerit in puluere (hoc é instar mortui sepultus fuerit in puluere boni fimi) germinabit irrigatus. subditur. n. Ad odorē aque germinabit. hoc est quando sentiet aquam germinabit. et faciet comam quasi quum primum plantatum est. Iuxta hebræum hr. et faciet ramum sicut plantario. hoc est perinde ac si fuisset arbor nouiter plantata. ¶ Homo vero quum mortuus fuerit et nudatus atq3 consumptus/ vbi quęso ē? Iuxta hebræū hr. Et vir morietur & succidet/ & periit homo: & vbi ipse? Vtrunq mortis genus scribitur. naturalis quidem dicendo morietur: uiolentæ autē dicendo succidetur. Deinde quod commune est omnibus apponit/dicendo & periit homo. Et demum intentam deteriorem conditionem hominis in morte / subiungit & ubi ipse? quasi dicat nullibi. arbores. n. tam præcisæ q̃ aridæ remanent alicubi ad germinādum iterum ut dictum est: homo uero nullibi. ¶ Quomodo si recedant aque de mari: & fluuius vacuefactus arescat. Iuxta hebræum scribit̄ assertiue. Iuerunt aque de mari: & fluuius arescet & siccabitur. Et vir iacuit & non resurget. Et est sensus q marc non secundum totum sed secundum partem amittit aquam & recuperat eam. hoc. n. insinuatur dicendo iuerunt aquæ de mari: cointelligit̄ enim & redierunt. nam de mari per fluxum & refluxum existēte modo sine aqua & mō cum aqua/est sermo. Et clarius de fluuio dicitur q arescet/consumptis penit9 aq̄s eius, & tamen siccabitur iterum: hoc est postq̃ aruit recuperabit aquam & iterum siccabitur iterumq recuperabit aquam. Homo uero quum iacuerit per mortem/non resurget: ac per hoc est deterioris conditionis q̃ mare & aliqui fluuii / qui scilicet quandoq exiccantur. Donec atteratur celum. Iuxta hebræum habetur. Donec nisi celi. Et est sensus donec cœli soli sint: quod nunq̃ erit. explicat enim per hoc q homines nunq̃ resurgent. subiungitur enim iuxta hebræum in plurali numero. non expergiscentur & non suscitabuntur a somno suo. Declarat enim quod dixerat / ve3 q homo non resurget: manifestando q non resurget ex uiribus propriæ naturæ. propterea enim dicit non euigilabunt & non suscitabuntur a somno suo: illi enim qui expergiscunt̄ & qui suscitant̄ a somno suo/ex uiribus ꝓpriæ naturæ redeūt ad uigiliā. Et hūc esse literalē sensum/testant̄ subiuncta de desiderio suscitationis hois a deo.

¶ Quis mihi hoc tribuat. Iuxta hebræum duntaxat habetur. Quis dabit. et sunt uerba desiderantis. Vt in inferno ꝓtegas me & abscōdas me donec ptranseat furor tu9? Iuxta hebræū hr. in fouea abscōdes me / abscondes me donec reuerti furorē tuū. De fouea sepulchri quæ manifesta ē oībus loqtur: cupiēs tāq̃ res recōdita abscōdi in sepulchro, abscōdi inquā donec adueniat tuū reuerti a furore tuo/quo me & mori & mortuū tenere decreuisti. deū. n. alloqt̄/& de iraꝝ multitudine tractat: & ꝓpterea meminit furoris. ¶ Vbi aduerte q qa supputauerat iter iras

diuinas respectu hūani gñis mortē absq; facultate iterū uiuēdi/subiūgit tum desideriū resurgēdi tum q; de⁹ solus pōt adimplere hoc desideriū.hic.n.& firmātur dicta(sc3 q; homo ex uiribus propriæ naturæ non potest resurgere)& excluditur dogma putantiu q; post annum maximum redibunt īdimet homines uirtute corporum cœlestium. **et constituas mihi tēpus in quo recorderis mei.** Sententia recte redditꝰ:q̄uis hebraice uerba sint in futuro indicatiui.ex hoc.n.q; est sermo cupientis,sufficienter ha≠ betur q; futuro indicatiui utuntur hebræi hic pro futuro optatiui/habentes duntaxat indicatiui futurum. Quia itaq; dixerat donec reuertaris a furore tuo,determinat illud donec/dicendo ponas mihi tempus & recorderis mei. quantūcunq; longum esset tem≠ pus,modo esset determinatum/sat mihi esset. Et dicendo ponas mihi/insinuat q; cupit tempus constitui sibi:hoc est ita constitui q; notificetur sibi.

¶ **Putasne mortuus homo rursum viuet?** Iuxta hebræum habetur. **Si morietur homo si viuet.** Inchoatur longa conditionalis:cuius antecedens cōsistit in his duobis/si morietur homo si uiuet. Et est sensus si homo morietur & iterum ui≠ uet.& subiungit immediate consequens. **cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea.** Iuxta hebræum habetur. **cūctis die bus temporis mei sperabo donec veniet mutatio mea.** Prima consequen tis pars est hæc:explicans q; si mortuus homo iterum uiueret/omnibus diebus tempo≠ ris sui speraret donec ueniret mutatio eius qua fieret de mortuo uiuus. Et in hac senten tia insinuat iob q; si homo mortuus uiuet iterum/ anima hominis est immortalis:alio≠ quin non esset uerum q; speraret quousq; resurgeret.ex hoc enim q; asserit q; speraret omnibus diebus temporis sui/& manifestando quantitatem temporis apponit donec ueniet immutatio mea,patefacit q; remaneret anima eius sperans usq; ad resurrectio≠ nem. ¶ **Vocabis me.** Iuxta hebræū hr. **Vocabis/& ego respondebo tibi.** Secunda est hæc consequentis pars:significās q; si mortuus homo uiuet iterum/ fiet re surrectio te deo uocāte & me respōdente tibi. Et per hoc docet q; deus solus potest effi cere resurrectionem hominis. Quid autem responsurus est subiungit. **operi manuū tuarum porriges dexteram.** Iuxta hebræū hr. **operi manuum tuarum cō cupisces.** Responsio est gratiarum actionis:profitendo q; ratio in deo ad resuscitan≠ dum hominem est amor quo concupiscit homini tanq; operi manuum suarum uitam quam formando illum olim dederat. Et dicit concupisces ad significandum perseuerā tem in deo affectum ad uitam hominis/qui dei manibus formatꝰ in superiori tractatu describitur. ¶ Aduerte prudens lector duo. Alterum q; in uniuersa hac litera non asse≠ ritur futura resurrectio/sed desiderium eius:& conditionalis multa inferens. Alterum q; pro clariori sensu futura hæc (sperabo / uocabis & respōdebo) pro optatiuis recte exponuntur:sperarem/uocares/responderem,carent siquidem hebræi optatiuo mō.

Tu quidē gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Iuxta hebræum habetur. **Quia nunc gressus meos numerabis: non expectabis super peccato meo.** Quarta ira scribitur/ consistens in hoc q; deus nullum peccatum relinquit impune. Et specialiter ac directe dicit hoc contra zophar / qui dixerat deum esse creditorem iobis super peccatis eius. Ait itaq; quia nunc gressus meos numerabis/acsi aptius dixisset. locutus sum de statu

futuræ resurrectiõis sub desiderio & cõditiõe,redeo ad loquẽdũ de iis quæ de facto fa⸗
cis,nũc / hoc est in præsenti uita:& qa nunc in præsenti uita perseueras numerãdo gres
sus meos (hoc est affectus & opera mea) ideo consequens est q non expectabis tanq̃
creditor non exigens a debitore/non cogens illum ad soluendum. Et significanter dicit
super peccato meo quod committitur per ignorantiam/subiũcturus maiora peccata.
¶ Signasti quasi in sacculo delicta mea. Iuxta hebræum hr̃. Signata in
ligamine rebellio mea. In persona humani generis ascribit sibi rebellionem. nume
rat.n.iras quibus homo repletur:& quum dixisset de peccatis minimis nõ expectabis
super peccato/idem dicit de peccatis maximis,quæ ad similitudinem reconditorum in
ligamine aliquo diligenter clauso sub annulo principis/dicuntur reposita apud deũ ad
puniendum. sed curasti iniquitatem meam. Iuxta hebræũ hr̃. et adherebis
super iniquitatem meam. Tertium peccati genus quod studiose fit/adiũgit pec⸗
cato ex contemptu & peccato per ignorantiam:(ut nullum peccatum exemptum esse
a diuina punitione manifestet) dicendo & adhærebis iudicando & puniendo super
iniquitatem meam.

¶ Mons cadens defluit. Iuxta hebræum hr̃. Et profecto mons cadens
defluet. Dictio interpretata defluet/significat paulatim cadet,significatur.n. q mõs
uetustate sua cadens/non totus simul sed paulatim cadet: quẽadmodum homo senex
paulatim consumitur. Quinta hominis ira describitur:consistens in hoc q spes homi⸗
nis est similis monti cadenti & rupi & lapidibus & pulueris alluuiõi. et saxum trans⸗
fertur de loco suo. Iuxta hebræum hr̃. et rupes segregabitur e loco suo.
De rupe tota simul cadente / deficiente naturaliter continuitate ipsius cum reliquo
mõte,ẽ sermo, sæpe.n.uidemus rupes sic segregari e loco suo. ¶ Lapides excauãt
aque. Iuxta hebræũ habetur. Petras contuderunt aque. Et hoc quoq conti⸗
nue uidemus,dum contusas ab aquis petras aspicimus. et alluuione paulatim
terra consumitur. Iuxta hebræum habetur. abluet casus sui puluerem ter⸗
re. Sic iacet in hebræo, singulare tamen ponitur pro plurali: diluet pro diluent. Et est
sensus q casus aquarum diluunt puluerem terre. Non desunt tamẽ interpretantes ger
mina seu pullulationes aquæ,sed parui refert: quia inter cadentes aquas hæc suppu⸗
tantur. nisi enim descenderent non diluerent puluerem terræ. ¶ Aduerte q quat⸗
tuor hæc conueniunt in hoc q pedetentim fiunt. nam & mons senex paulatim
cadit: & rupes paulatim debilitatur in continuitate sui ad reliquum montem:& pe⸗
tra paulatim contunditur ab aqua: & puluis terræ paulatim a descendentibus abii⸗
citur aquis. Sed inter prima duo & reliqua duo differentia est:quia prima fiunt ab in⸗
trinseco/ postrema uero ab extrinseco,ut patet. Inter montis autem & rupis casum hoc
interest/q paulatinus casus montis est sensibilis:paulatina uero debilitatio rupis non
patet ad sensum,& similiter paulatina contusio lapidis non percipitur sensu:paulatina
uero abiectio terræ sensibiliter fit,aqua enim diluens puluerem turbulenta /sensibiliter
fluit. et homines ergo similiter perdes. Iuxta hebræum habetur. et spem ho
minis perdidisti. De spe uitæ præsentis est sermo. uita enim præsens est præcipuũ
quod amamus & speramus:iuxta illud/pellem pro pelle & cũcta quæ habet dabit ho⸗
mo pro anima sua. Est itaq sensus q spem hominis de præsenti uita reputas pro re p⸗

dita tanq̃ non sit tua.res enim perdita non subest curæ eius qui amisit illam. Et inten dit iob per hanc similitudinem non excludere præsentem uitam hominis a cura dei/sed dicere q̃ deus relinquit uitam hominis assimilari supradictis quattuor rebus:vc₃ quia homo in senectute est similis monti cadenti.post ætatem uero consistentiæ usq̃ ad sene ctutem est similis rupi,quia debilitať/& in omni ætate ab extrinsecus aduenięte alimẽ to contunditur:quoniam agendo in alimentum/repatitur:ac per hoc est similis petræ quæ contunditť ab aqua.& similiter est similis dilutæ terræ in omni ætate,dũ ab extrin secis excellentiis caloris uel frigoris sensibiliter patitur perdendo sanitatem.Ad hoc.n. præmissæ sunt similitudines istæ ut uita hominis describeretur similis illis:& propter ea dicitur perdita a deo.

Roborasti eum paululũ vt in perpetuum transiret. Iuxta hebræ um habetur. Vicisti eum ad semper/ꝛ iuit. Dictio interpretata uicisti/ non plene redditur:caremus enim uerbo respondente uerbo hebraico.quia tamen sen tentia seruatur/complectenda est interpretatio hæc.Sexta ira describitur: consistens in hoc q̃ deus mittit in morte animam hominis absq̃ notitia eorum quæ contingunt fi liis eius &c.Ad declarandam autem immortalitatem animæ utitur parabola pugnãti um:quorum uictor mittit uictum/& uictus uadit cariturus notitia eorum quæ erga su os aguntur. Describit itaq̃ deum & hominem tanq̃ pugnantes ad semper: hoc est p sempiternitate uitæ hominis.Et uerificatur huiusmodi pugna penes hoc q̃ homo uel let semper uiuere/a deo autem statutum est homini semel mori.Et quia deus est tanq̃ uictor in hac pugna,ideo dicit deo.uicisti eum ad semper (hoc est appetentem sempi ternitatem/tendentem uelleitate ad semper uiuere) & iuit.Præpostero ordine scribiť & iuit.nam post subiunctã sententiam inttelligendum est & homo secũdum animam iuit. Immutabis faciem eius ꝛ emittes eum.Iuxta hebræum habetur. mutabit faciem suam ꝛ misisti eum.Tempus quando uictus homo mittitur & uadit/de scribiť a mutatiõe faciei:hoc est a morte.mors.n.hois cõmuniter apparet primũ in fa cie mutata:ex mutata.n.facie cõsueuimus discernere/& dicere mortu⁹ iam ẽ.Ait itaq̃. mutabit homo faciem suam/moriendo,& tunc misisti eum/proculdubio secundũ ani mam,& iuit.prius.n.mittitur,& cõsequenter uadit.¶ Aduerte perspicax lector ex hoc q̃ homo in morte asseritur missus a deo & q̃ iuit/scribitur homo immortalis secũdum animam.nam neq̃ de cadauere uerificatur mitti & ire:neq̃ de nihilo si anima desiit es se/uerificari potest mitti & ire. quod enim non est/mitti nõ potest neq̃ potest ire.

¶ Siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles/ꝛ non intelliget: Iuxta hebræum hř. Multiplicabuntur filii eius/ꝛ nesciet: ꝛ deficient/ꝛ non intelliget eos.Affirmat iob q̃ anima separata non intelliget ea quæ fiunt hic: asserendo q̃ propriorum filiorum nescit statum,tum prosperitatis significatũ per mul tiplicationem rerum/tum aduersitatis significatum per defectum rerũ.minor est enim ratio intelligendi alia quæ hic fiunt.¶ Attamen caro eius dum viuet dole bit:ꝛ anima illius super semetipso lugebit.Iuxta hebraũ hř. Tantum ca ro eius super eum dolebit:ꝛ anima eius super eum tristabitur.Non so lum tollit ab intellectu animæ separatæ notitiam eorum quæ fiunt hic/sed etiam ab af fectu eiusdem tollit dolorem & tristitiam,dicendo q̃ tantum in hac uita dolor & tristi

tia conueniunt homini. dolor quidem carne sua existente in eo, quia dolor in solutione continui consistere dicitur. tristitia autem/anima hominis existente in eo: quia tristitia animi passio est/etiam si secundum carnem non doleamus. ¶ Aduerte hic duo. Alterum q exclusio tristitiæ ab anima separata/intelligenda est respectu eorum quæ fiunt hic: q scilicet non tristatur de malis cõtingentibus hic. hoc.n. manifeste sequit ad præmissa: scilicet q nescit ea quæ fiunt hic. secus autem est de anima separata respectu eorũ quæ patitur ibi: quia uere tristatur tam in inferno q̃ in purgatorio. Alterum q excludendo dolorem & tristitiam ab anima separata respectu eorum quæ fiunt hic / excludit pari ratione reliquas omnes animi passiones.

CAPVT .XV.

Respondit autem eliphaz themanites. Perpende seruatum loquendi ordinem inter tres disputantes cum iobe. incœperat.n. eliphaz: secutus est bildad/& demũ zophar. & ꝓpterea iterum qui cœperat eliphaz disputat/respondendo ad ea quæ dixerat iob. et dixit. Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens. Parui refert q hebraice hr. Nunquid sapiens respondebit scire venti. In principio duodecimi capituli laudauit seipsum iob/mordendo socios q loquebantur plebeia: ac per hoc scientiam suam præponens scientiæ sociorum. & propterea eliphaz arguit iobem/q officium insipientis exercuit respondendo cum scire uentoso: hoc est inflato uento propriæ reputationis. non est inquit hoc officium sapientis/qualem teipsum iactas. et implebit ardore stomachum suum: Iuxta hebraeũ hr. et implebit euro vẽtrem suum: Ventus orientalis qui etiam subsolanus uocatur (qui urens est) significatur. arguit siquidem iobẽ q non solum est inflatus uento iactantiæ/sed habet animum repletum uẽto urente: utpote aduersus socios insurgente. ¶ Arguis verbis eum qui nõ est equalis tibi. Iuxta hebraeũ hr. Disputando in re non proderit. Prosecutio ẽ sermonis nunquid sapiens respondebit scientiam uenti &c. prosequitur.n. subiungens disputando in re quæ non proderit. hoc.n. non est officium sapientis. et loqueris quod tibi non expedit. Iuxta hebraeũ hr. et verbis nõ iuuabit in ipsis. Disputationem iobis accusat tum in re tum in uerbis/dicens utraq fore inutilia. disputauerat enim de iustitia propria/& uerbis requirentibus a deo &c. & utrunq censet eliphaz inutile tum iobi tum sociis. ¶ Quantum in te est euacuasti timorem: & tulisti preces coram deo. Iuxta hebraeũ hr. Etiam tu frãges timorem: & minues locutionem in conspectu ei. Quia iob disputare cum deo cœperat tuendo se iustum & absq culpa tam uehementer afflictum ab ipso deo, arguitur ab eliphaz q defendere hæc est frangere in aliorum animis timorem dei/& minuere in aliis locutionem in conspectu ei: hoc est minuere supplicationes quæ offerunt deo, quia audientes alii q deus tam male tractat iustos timentes & colentes deum, retrahentur a timore & cultu diuino, deserendo uel saltem minuendo utrũq/ne male tractentur a deo sicut tu iob male tractaris. Et nominat deum ei/tanq cui maior tam timor q̃ honor debetur. ¶ Docuit.n. iniquitas tua os tuum. Parui refert q hebraice habetur do

cebit, significatur, n, perseuerantia per futurum docebit, ratione, n, præsumptuosæ disputationis reddit iniquitatem iobis perseuerantem ad docendum linguã eius. et imitaris linguam blasphemantium. Iuxta hebræũ hr. et eliges linguam callidorum. Arguitur iob tum q iniquus in uoluntate & ore/tum q callid9 in intellectu & lingua. eliphaz. n. attribuit astutiæ & iniquitati uerba iobis ad deum sonantia iustitiam ipsius iobis, qui dixerat quantæ mihi iniquitates &c. Condemnabit te os tuum & non ego: & labia tua respondebunt tibi. Iuxta hebræũ hr. Saciet impium te os tuum & non ego: & labia tua testificabuntur in te. Tam manifestã culpã reputat in disputatiõe iobis ut censeat nõ esse opus accusatore & testib9: qa sermo pprius iobis accusat cũ ipietatis, & labia ppria testificãtur cõtra eum.

¶ Nunquid prim9 homo tu natus es: & ante omnes colles format9? Iuxta hebræũ hr. et ante colles partus. seu paritus? Quia iob a cæteris dissentiens docebat deum affligere hominem absq culpa hominis, eliphaz irridendo eum dicit, nũquid tu ante colles (hoc est anteq formaretur mundus iste) genitus es, & natus primus homo/hoc est doctor humani generis. pmus. n. homo suapte natura ẽ doctor reliquorum hominum, utpote pater filiorum. Nunquid cõsilium dei audisti. Iuxta hebræũ hr. Nunquid in secreto eloha audies. Et hoc quoq irridendo subiungit/nunquid perseuerabis audiendo deum secreto tibi loquentẽ? docebat. n. iob ea quæ alios latebant de prouidentia dei. et inferior te erit eius sapientia? Iuxta hebræum hr. et minuetur ad te sapientia? Et est sensus/& sapiẽtia minor erit te? Nõ est sermo de sapientia dei, sed de scientia absolute. & irridendo dicitur nunquid ipsa scientia erit minor te/qui te nouum doctorem humani generis exhibes? Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? Quia iob ãnunciaturum se dixerat quædam quasi noua, respondet eliphaz quid nosti quod ignoremus? & quid intelligis & non nobiscum illud? Adæquat se & socios iobi tum in scientia tum in acumine intelligendi. Et senes & antiqui sunt in nobis/multo vetustiores q̃3 patres tui. Parui refert q hebraice hr. Etiam decrepitus etiã senex nobiscum: maior patre tuo diebus. Hebraico more præposterus seruatur ordo/scribendo prius decrepitum & postea senem. quia iob dixerat in cap. 12. in ãtiquis est sapientia (insinuans se ab antiquis didicisse) respondet eliphaz q si de antiquitate agitur/apud nos est senex & decrepitus maior secundum dies patre tuo a quo iactas te didicisse. Et intelligo per hoc q eliphaz præponit antiquitatem patrum natiõis suæ patribus nationis iobis: historia autem patrum utriusq natiõis/nõ ẽ nobis manifesta.

¶ Nunquid grande est ut consoletur te deus? sed verba tua praua hoc prohibent. Iuxta hebræũ hr. Nunquid parum tibi consolationes el: & verbum suaue tecum? Quia iob despiciebat temporalia bona quæ promittebant ei socii conferenda a deo si conuerteretur ad deum, ideo eliphaz arguendo eum dicit, nunquid parum tibi/hoc est pro modico habes, consolationes el/hoc est dei fortis? in contemptum siquidem dei fortis ad ulciscendum/intorquet huiusmodi paruipẽsionem. Et quia iob non erat contentus scientia communi de diuinis/ sed cælsiorem proferebat de diuina prouidẽtia sententiam, ideo eliphaz arguit eum/nunquid parum tibi q uerbum suaue tecum? Et appellat suaue uerbum scientiam quæ communiter habẽ

de diuinis:eo q ad instar incessus suauis progreditur ad homines doctrina cōmunis ho minibus sapientibus. Quid te eleuat. Iuxta hebræum habetur. tollet cor tuū. Et est sensus cur cor tuum tollit te supra te:quasi dicat non est in te excellentia notitiæ quæ efficiat ut cor tuum tollat te supra te. et quasi magna cogitās attonitos habes oculos? Iuxta hebræū hr. et quid innuent oculi tui? Quia iob disputan do cum deo suspicientes seruabat oculos tanq̄ familiariter alloquens deū, ideo eliphaz arguit eum/& quid innuent (hoc est perseueranter significant) oculi tui?nefas.n. repu tabat innuere familiaritatem cum deo. Et hunc esse literalem sensum subiūcta testant. Quid tumet contra deum spiritus tuus: ut proferas de ore tuo huiusmodi sermones? Iuxta hebræū hr. Quod reduces ad el spiritū tuū: & proferes ex ore tuo sermones. Effectus cordis testis explicatur/q iob perse uerabat reducendo spiritū suum tanq̄ impetum suum ad el (hoc est ad deum fortem) disceptando cum eo. hic.n. effectus est a corde tollente hominem supra seipsum. Signi ficanter autem dicit reduces, quia sæpe iob similia fecerat:ut patet in præcedentibus. Et quia hic effectus non continebatur intus / sed prodibat in sermōem exteriorem, ideo adiungit & proferes (hoc est perseueras proferendo) de ore tuo sermones disputatiōis directos ad el deum fortem/non reuerendo fortitudinem diuinam.

Quid est homo ut immaculatus sit & ut iustificetur natus de muliere? Parui refert q dictio interpretata immaculatus/sonat proprie mun dus. Hactenus increpauit iobem:modo incipit repræhēdere dicta ab eo. iob.n. pluries dixerat se iustum/tum respondēdo ipsi eliphaz in cap. 6. tum respondendo ad bildad in cap. 10. tum respondēdo ad zophar in cap. 13. & propterea eliphaz repetit ea quæ in cap. 4. in prima responsione dixerat de peccato omnium hominum: q uez null⁹ hō est mundus a peccato/nullus iustus apud diuinum tribunal. Probat autem hoc ex uili tate conditionis humanæ, dicendo quid est homo (subauditur.n. relatus ad deum) ut mundus sit a peccato/& ut iustificet se apud diuinū tribunal? Et uilitatem explicat ap ponendo natus de muliere/immundiciarum plena. Ecce inter sanctos ei⁹ ne mo immutabilis. Iuxta hebræū hr. Ecce in sanctis suis non credet. Scito prudens lector q eadem hebraica dictio scribitur hic quæ scripta est in cap. 4. dicēte eli phaz ecce in seruis suis non faciet firmitatem. dictio siquidem hæc interpretari potest utroq modo: uez facere firmitatem uel credere. Et ibi quidem exposuimus non facere firmitatem/hic uero exponemus non credere:ut utraq interpretatio manifestetur. Nō itaq attribuitur deo hoc quod est nō credere sanctis suis eo q lateat ipsum aliquid co gitabile a sanctis suis & timeat decipi:sed attribuitur ei non credere in sanctis suis ad insinuandum sanctos dei esse fallaces. ideo.n. alicui non creditur & in aliquo non confi dimus/quia fallax est. Et uerificatur de sanctis angelis q sunt fallaces (q possunt falle re) considerata eorum conditione secundum naturalia duntaxat. et celi non sunt mundi in conspectu eius. Nisi eliphaz cœlos animatos intellectiua anima credi disset, nequaq̄ de mundicia a peccato tractans dixisset & cœli non erunt mundi in ocu lis dei. argumentum.n. assumit a sanctis angelis & a cœlis / conuenientibus in hoc q utriq secundū naturalia eorum immundiciam peccati haberent si exacte iudicarentur a deo, saltē ꝑpter minorē gratitudinē relatiue ad diuina bñficia collata eis. Quan

to magis abominabilis & inutilis hō: qui bibit quasi aquā iniqtatē? Sententia optime redditur: ueruntamē iuxta hebræū hr̃. Etiā qa abominabilis & putrid⁹ hō: bibēs sicut aquas iniqtatē. Probauerat hoiem esse immūdum apud deū tum ex hois uilitate (utpote nati ex muliere) tū ex imundicia āgelo℞ & cœlorum / qui longe excellunt homines: probat tertio adiungendo / etiam quia homo est abominabilis & putridus bibens iniquitatem sicut aquam. Hæc autem tria retrogrado ordine consequenter se habent, nam ex hoc q̃ homo bibit sicut aquam iniquitatem, putrescit in animo / & inde redditur abominabilis tanq̃ res putrida. Describitur autem iniquitas hominis ad similitudinem potus aquæ: quia sicut aqua est naturalis potus hois quemadmodum & reliquorum animalium, ita iniquitas est naturalis homini propter p̃nitatem hominis ad peccandum. Et hūc esse germanum sensum huius literæ testantur uerba eiusdem eliphaz in cap. 5. homo natus est ad iniquitatem. repetit. n. quæ prius dixerat. Et directe per hoc probat q̃ homo nullus est mundus apud deum.

Ostendam tibi. Iuxta hebræum rectius hr̃. Annunciabo tibi audi me. audire. n. quadrat narrationi. quod vidi narrabo tibi. Iuxta hebræum hr̃. et hoc vidi & narraui. Scito prudens lector q̃ q̃uis legi possit narrabo / magis tamen quadrat narraui. promittens siquidem eliphaz narrare tradita a sapientibus, interponit q̃ uisa narrauit: dicendo & hoc (subauditur. n. relatiuum quod uidi) & narraui / in prima respōsione. tunc. n. narrauit apparitionem sibi factam. Vnde & statim subiūgit auditionem narrandorum. sapientes confitentur: & non abscondunt patres suos. Iuxta hebræū hr̃. Que sapientes annunciabunt: & non absconderunt a patribus suis. Et est ordo literæ / quæ sapientes non absconderunt & annunciabunt a patribus suis. metri. n. causa transpositio sæpe accidit. Authoritate itaq; sapientum qui didicerunt a propriis patribus (proculdubio etiam sapientibus) roborat narranda: profitendo q̃ hæc didicit ab illis sapientibus / non occultantibus sed manifestantibus quæ didicerūt a sapientibus patribus.

¶ Quibus solis data est terra: et non transibit alienus per eos. Iuxta hebræū hr̃. Eis solis eis data est terra: & nō transiuit alienus inter eos. Incipit eliphaz narrare audita a sapientibus. Et quia quæstio inter iobem & socios uersabatur circa duo (alterum q̃ iusti absq; propria culpa priuabantur a deo bonis præsentis uitæ: nā & hoc de seipso dixerat iob / & in cap. 12. dixerat q̃ religiosi & iusti sunt ridiculi. alterum q̃ iniqui & impii prosperantur in hoc mundo: dixerat. n. iob in eodem 12. cap. abundant tentoria prædonum &c. & in cap. 9. dixerat terra data est in manu impii: quod eliphaz intellexerat dictum de hominibus impiis / de quibus proculdubio uerificātur uerba hæc) ideo eliphaz intendit authoritate sapientum tueri contraria iis quæ dixerat iob. & primum de iustis / deinde de impiis iuxta ea quæ dixerat ipsemet eliphaz in prima responsione in cap. 4. & 5. De iustis itaq; ait / eis solis eis. directe contra sententiam iobis dicit duo: ve3 q̃ eis hoc est iustis / & solis eis ad excludēdum iniquos. Nec refert an pronomen eis demonstret sapientes uel iustos: quoniam iidem habentur sapientes & iusti apud intelligentes q̃ omnis malus ignorat / & q̃ errant omnes qui operantur malum. Significanter autem uniuersa opulentia data a deo exprimitur dicendo data est terra / ut directe respondeatur uerbis iobis terra data est in manu impii. Si-

gnificantius autem adiungitur & non transiuit alienus inter eos / ad manifestandum tranquillam esse fruitionem opulentiæ iustorum. tam quieta siquidem describitur ut nec alicuius alieni transitu perturbetur. Et per tranquillitatem tãtam insinuat eliphaz q̃ non loquitur de iustis qualitercunq̧: sed de iustis assecutis uirtutes purgati animi/ secundum ea quæ dixerat in cap. 5. ubi graduauit iustos secũdum uirtutes purgatorias/ dicẽs eos pati aliqua, demum autem purgato penitus animo/ pati nihil. propter quod breuissime hic de iustorum fœlicitate quam in hac uita ponebat loquitur.

¶ Cunctis diebus suis impius superbit. Iuxta hebræũ hr. Cũctis dieb⁹ impii/ ipse dolens. Tractat consequenter de miseria impiorum/ contra iobem qui dixerat pacifica erunt tentoria prædonum &c. longo siquidem sermone (usq̧ ad finẽ vc3 capituli huius) tractat miserias impiorum: ut ex tot annexis malis declaret opulẽtiam impiorum esse in hac uita infœlicem. huc. n. tendit uniuersus iste tractatus: ut per disparitatem hanc (vc3 q̃ opulentia iustorum est beata/ utpote quæ nec alieni transitu perturbatur: opulentia autem impiorum misera est/ utpote quæ habet tot mala pœnæ annexa) assequatur intentum. per hæc. n. eliphaz putat se probasse intentum: scilicet q̃ fœlicitas præsentis uitæ est dũtaxat iustorum. Narraturus autem impiorum miserias/ incipit a perturbationibus animi, dicendo q̃ impius cunctis diebus uitæ suæ afficitur dolore instar parturientis: talem. n. dolorem sonat hebraica dictio. anhelat siquidem ad patranda multa difficilia: & donec fiat uoti compos/ dolet tanq̃ parturiens. et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Iuxta hebræũ hr. et numer⁹ annorum absconditus est forti. Altera miseria cõsistit in continuo periculo uitæ ipsius impii potentis. Et est sermo de morte uiolenta: propter huiusmodi. n. periculum dicitur q̃ absconditus est forti numerus annorum. ¶ Sonitus terroris semper in auribus illius. Interpres addidit semper/ & mutauit plurale in singulare: nã hebraice scribitur terrorum. Tertia perturbatio animi describitur in multitudine terrorum quos patitur tanq̃ ille qui audit sonum aduentantium contra se terribilium. et quum pax sit/ ille semper insidias suspicatur. Iuxta hebræum hr. in pace prædo ueniet ei. hoc est in tempore quo quiescere arbitratur/ superueniet ex improuiso prædo seu uastator rerum illius. Et hæc est quarta miseria. ¶ Non credit q̃ reuerti possit de tenebris ad lucem: circumspectans vndiq̧ gladium. Iuxta hebræũ hr. Non credet plus ab obscuritate: & visus ipse ad gladium. Quinta miseria cõsistit in hoc q̃ quando non credet passurũ se amplius ab obscuritate (hoc est ab occultis insidiis) tunc uisus est ad gladium: hoc est tunc uisus est ab insidiantibus ut percutiatur eorum gladio. ¶ Quum se mouerit ad querendum panem: nouit q̃ paratus sit in manu eius tenebrarũ dies. Iuxta hebræũ hr. Vagus ipse ad panem, vbi nouit q̃ paratus in manu eius dies obscuritatis. Malum culpæ describitur ualde infame: vc3 q̃ uagatur ad tollendum panem undecunq̧ ubi nouit q̃ dies obscuritatis (hoc est dies insidiarum efficacium ad rapinam panis) paratus est in manu eius. ualde. n. infame est q̃ promiscue alienum panem quis tollat/ quando uidet sibi commoditatem tollendi per occultas insidias.

¶ Terrebit eum tribulatio: & angustia vallabit eum sicut regem qui præparatur ad prælium. Iuxta hebræũ hr. Terrebũt eum tribulatio & an-

gustia:roborabitur ipse sicut rex paratus ad gyrum. Duo mala describũtur, alterum pœnæ/alterum culpæ. Et malum quidem pœnæ est q terrebitur impius a tribulatione & angustia contingentibus ei:malum uero culpæ q impius aduersus tribulationem & angustiam roborabit se tanq rex paratus ad gyrũ hostium contra eum. docuerat siquidem eliphaz in prima responsione q beatus homo quẽ increpauerit de⁹ &c.& propterea culpabile censet insurgere aduersus tribulationes & ãgustias tanq ad oppugnandum illas armata manu. Et q̃uis loquatur de impiis in genere: mordet tamen iobem, qui territus est ab afflictionibus/& insurrexit aduersus eas oppugnãdo eas armatus propria iustitia & multitudine rationum querularum. ¶ Tetendit. n. aduersus deum manum suam: & contra omnipotentem roboratus est. Iuxta hebræum eadem sententia habetur. Quia extendit ad el manum suam: & ad saddai roborabit se. Ratio redditur peccati quod committitur inuehendo contra tribulationes & angustias/quia est inuehi aduersus deum actorem tribulationis & angustiæ. Et in hoc manifeste carpit iobem tanq extendentem manum suam aduersus el.i. deum fortem,& perseuerãtem roborando se aduersus saddai/hoc est deum uincentem omnia. querulis.n.sermonibus locutus fuerat iob q absq culpa fuerat afflict⁹ ab eo. Ad cumulum autem criminis & stultitiæ iobis dicitur q extendit manũ ad summe fortem/& ad uincentẽ omnia robur suum perseuerat exercendo. ¶ Cucurrit aduersus eum erecto collo. Iuxta hebræũ hr. Curret ad eum in collo. Pronomen eum demonstrat deum:& est sensus q impius instar currẽtis in collo erecto aduersus aliquem/insurget aduersus deum. superbia siquidem impii promittentis sibiipsi uictoriam describitur per hanc parabolam:& iobem carpit, qui dixerat in cap. 13. ecce ordinaui iudicium & noui q iustificabor. et pingui ceruice armatus est. Iuxta hebræũ hr. in grossitudine altitudinum scutorum suorum. Prosequitur parabolam currentis in collo/apponendo in grossitudine altitudinum scutorum suorum.ita q describitur non solum superbus ex collo sed etiam securus:utpote confidens in scutis suis tum grossis tum altis. Et per hanc parabolam rationes significantur quibus utebat iob ad sui defensionẽ. cõfidebat siquidẽ in cælsitudine & pfunditate rõnum suarũ.

¶ Operuit faciem eius crassitudo: & de lateribus eius aruina dependet. Iuxta hebræum hr. Quia operuit faciem suã in adipe suo: & fecit rugam super ilia. Ad aliud crimen impii transit:uc3 ad auaritiam accumulantem diuitias. Et prius describit impium opulentum ualde/sermone metaphorico assimilando eum homini tam pingui ut facies tegatur adipe & ilia complicata pinguedine operiãtur. Coniunctio autem quia/ad subiunctum refertur factum. ¶ Habitabit in ciuitatibus desolatis: & in domibus desertis que in tumulos sunt redacte. Iuxta hebræũ hr. Et habitauit ciuitates destructas: domos non habitabunt in eis quia parate sunt ad aceruos. Vnde diuitias impius accumulauerit manifestatur:uc3 ex rapina tum reipublicæ tum priuatarum facultatum. Et rapinam quidem rerum publicarum describit dicendo & habitauit in ciuitatibus destructis/ab ipsomet,non quo ad mœnia sed quo ad facultates. rapinam uero rerũ priuatorum hominum describit subiungendo domos (subaudi in quibus) non habitabũt: hoc est perseuerare non possunt habitatores. Et ratio subdit quia paratæ sunt ad acer-

pos ruinarum, ad similitudinem domorum ruentium ex quibus fiunt aceerui ruinarū describunt̄ ciuium facultates redactæ ab auaritia impii domini. ¶ Non ditabitur & non perseuerabit substantia eius. Quanuis tam nefarie cumulet diuitias/nõ tamen ditabitur cum firmitate diuitiarum. expositiue siquidem intelligẽdum est quod adiungitur: vc3 & non firmabitur substantia eius. nec mittet in terram radicē suam. Iuxta hebræum hī. et non extendet terre finem eorum. Et est sermo de fine intento: & dicitur q̄ impius q̄uis ex rapina ditetur/non tamen intentum finē magnitudinis suorum extendet in terra. sæpissime. n. uidemus tales deficere.

¶ Non recedet de tenebris. proculdubio peccatorum. Et est sensus quia non recedet de tenebris peccatorum suorum, ideo & præcedentia & sequentia mala uerificabuntur. Quanuis hoc de malo pœnæ possit intelligi: q̄ vc3 ipse impius semper erit comitatus tenebris multæ ignorantiæ. ramos eius arefaciet flamma. Parabola ē. describuntur siquidem filii ad instar ramorum arboris qui arefiunt a flamma: ad insinuandum q̄ deficient penitus eorum facultates/sicut deficit uiriditas rami exiccati a flamma. et auferetur spiritu oris sui ab eo. Iuxta hebræū hī. et recedet in spiritu oris sui. Mors repentina quam sæpe incurrunt tyranni describitur per recessum a præsenti uita in spiritu oris sui: hoc est absq̄ ægritudine/uigente spiritu oris ei⁹. ¶ Non credet frustra errore deceptus: q̄ aliquo precio redimendus sit. Iuxta hebræū hī. Nõ credet valido errans: q̄ vana erit mutatio ei⁹. Et est sensus. errans in hoc q̄ uana erit ad prosperitatem præsentis uitæ mutatio ei⁹ de iniquitate ad uirtutem/non credet ualido ueritate ac doctrina ad instruẽdum alios. Et hoc manifeste dicitur contra iobem/deridentem promissiones prosperitatis si iob mutaretur. & arguit iobem incredulitatis: q̄ scilicet non credit ipsis & sapientibus qui uere ualent ad instruendum eum de ueritate.

¶ Antequ3 dies eius impleantur peribit: & manus eius arescent. Iuxta hebræū hī. In non die suo succidetur: & ramus eius non refrigerat⁹ est. Ad instar arboris quæ succiditur ante tempus congruum, describitur miseria impii q̄ non prorogabitur uita eius usq̄ ad naturalem diem mortis eius sed prius occidetur, & ramus (hoc est filius seu minister) eius non est refrigeratus ad producendum fructum intentum. ¶ Ledetur quasi vinea in primo flore botrus ei⁹. Iuxta hebræū hī. Succidet̄ sicut vitis vua acerba eius. Dixerat succidet̄ in die non suo: manifestat diem non suum a similitudine uitis quæ succiditur habens uuam acerbam. hinc. n. clare apparet incisio in die non suo: non est enim tempus incidendi uites quando habent uuam acerbam. et proiiciet sicut olea florem suum. Dixerat & ramus eius non est refrigeratus: manifestat modo hoc a similitudine arborum producētium oliuas quãdo proiiciunt flores suos adustæ a uentis australibus.

¶ Congregatio enim hypocrite sterilis. Iuxta hebræum hī. Quia congregatio impii sola. Rationem reddit dictarum similitudinum explicando quorsum tendant: vc3 q̄ quemadmodum uuæ acerbæ & flores oliuarum pereunt ita quæ congregauit impius desolabuntur. et ignis deuorabit tabernacula eorū qui munera libenter accipiunt. Iuxta hebræū breuius dicitur. et ignis deuorauit tentoria munerum. hoc est ditata ex muneribus quæ offeruntur a redimẽtib⁹ uexationē

uexationem suam & a corruptoribus iustitiae. Concepit dolorem & peperit iniquitatem: & vterus eius praeparat dolos. Iuxta hebraeu hr. Cocipiendo iniquitate & pariedo tortu: & venter eor parabit dolu. De tentoriis munerum dicuntur haec, narrat siquidem iniqtas eor tam in aio quam in operib9/ad similitudine mulieris cocipientis prolem & fouentis ea in utero & demu parientis, ait, n, cocipiendo iniquitatem/quo ad primu:& pariendo tortu/quo ad tertiu:& uenter eor parat dolu / quo ad secundu, haec, n, sunt officia magnatum qui ex muneribus ditantur.

CAPVT .XVI.

R Espondit aut iob/& dixit. Audiui frequenter talia. Iuxta hebraeu hr. Audiui sicut hec multa. Quia eliphaz & socii in respolionibus pmis dixerat similia istis quae dixit eliphaz, ideo iob respodendo dicit audiui multa pus sicut ista q nuc dixisti, siqs, n, dilgeter pspiciat pmas eor respolones, inueniet oes conatus eor adhibitos fuisse ad mostrandu q iusti no affligu tur a deo sed impii:& hoc pbasse qa impior psperitati anexa sunt inumera mala /uero aut iustor psperitas imunis e a malis. cosolatores onerosi oes vos estis. Parui refert q hebraice hr. cosolatores laboris oes vos. hoc est cosolatores adiicientes laborem mihi estis uos omnes, multiplicates siqdem eadem diuersis uerbis/ saepe respodedo ingerut laborem & fastidiu cordis patienti. Nunqd habebut fine verba vetosa: Iuxta hebreu hr. Nu finis verbis veti: Arguerat iobem eliphaz inflatiois seu uenti/sermone plixo ualde laudado se & socios & pferendo antiqtatem nationu suar:& ppterea iob dicit nu finis uerbis uenti quem in me rephenditis & quem in uobis mostratis: censet, n, resecada esse uerba ta rephendentia q pferentia uenti. Et ronem subiugit. aut aliqd tibi molestu est si loquaris: Iuxta hebraeu hr. vel qd roborabit te qd respodebis: Ecce ro resecandi uerba uenti / quia nihil prosunt ad roborandu te ut respodeas rationibus meis.

Poteram & ego similia vri loq. Parui refert q hebraice hr. Etia ego sicut vos loquar. Et est sensus q queadmodu uos attribuitis uerba mea uento uanae gloriae, ita etia ego si uellem attribuerem uerba ura uento simili. atq3 vtina esset aia vestra p aia mea. hoc est utina uita ura esset afflicta loco uitae meae. Nec sunt uerba cupientis tantu malu sociis: sed sut uerba uelleitatis/qua qsq mauult alteri malu q sibiipsi. cosolarer & ego vos sermoib9. Iuxta hebraeu hr. cumulare sup uos sermones. no repeterem eadem sicut uos facitis/sed multiplicarem sup uos sermones rohales. et mouere caput meu sup vos. more mulier comiseratiu no solu uerbis sed gestibus codolere. Roborare vos ore meo. cui9 oppositu uos facitis iponendo mihi pcta q no comisi. et mouere labia mea qsi parces vobis. Iuxta hebraeu hr. et motio labior meor phibebit. hoc est & labia mea no mouerent ad displicentia uobis sed phiberent molestia: cui9 cotrariu uos facitis.

SEd qd aga Interps haec addidit. Si locut9 fuero no quiescet dolor me9. In idem redit qd hebraice scribit no phibebit dolor me9: hoc est si loquar respodendo uobis no ppterea uitabo dolorem meu, eo q materia tristem uos igeritis. et si tacuero no recedet a me. Iuxta hebraeu hr. et phibebo qd a me abibit: Subauditur repetita coniunctio: & si prohibebo locutionem meam silendo/ quid doloris a me propterea abibit: quasi dicat nihil. Collige itaq q sermo sociorum

non erat consolatorius / sed addebat fastidium: & q nec sermo proprius nec silentium proprium mitigabat dolorem ei⁹. Nũc aũt oppressit me dolor meus. Iuxta hebræũ hr. Tantũ nũc lassauit me. Et ẽ sensus, iter duo extrẽa (vcз loquẽdi respõdẽdo ad singula & tacẽdi penit⁹) eligã mediũ: vcз nũc dicã solũmõ id qđ lassauit me / id qđ fatigauit me usq3 ad extremã lassitudinẽ. subiũctur⁹ ẽ.n. afflictiõem suam & quo ad magnitudinẽ & quo ad cãs tũ pmã tũ secundã tũ meritoriã, ad cõfutãdũ sententiã eliphaz qua dixerat solis iustis datã eẽ terrã ita q nullus pturbaret eos. subiũgit.n. & se eẽ iustũ / & actore deo se afflictũ ab impio hoste. hæc.n. directe aduersant̃ sententiæ eliphaz quã dixit se accepisse a sapiẽtib⁹. et i nihilũ redacti sunt oẽs art⁹ mei. Iuxta hebræũ hr. desolasti oẽm cõgregationẽ meã. Incipit narrar̃ magnitudinẽ mali ppii dirigẽdo sermonẽ ad deũ. Et sũmarie ad duo capita / oĩa q passus ẽ colligit. dicẽdo.n. desolasti oẽm cõgregationẽ meã, cõpra hẽdit nõ solũ tot cõgregatiões ouiũ & chameloꝝ & asinaꝝ & seruoꝝ & filioꝝ / sed et cõgregatione mẽbroꝝ pprioꝝ. fuerat.n. percussus in mẽbris ppriis oĩbus tã grauiter ut desolata dicãt̃ mẽbra. Rugę meę testimoniũ dicũt cõtra me: ꝛ suscitat̃ falsiloqu⁹ aduersus faciẽ meam contradicẽs mihi. Iuxta hebræũ hr. Et fecisti rugare me / testis fuit: ꝛ surrexit i me macies mea / in facie mea testificabit̃. Alteꝝ caput est cõsumpta iã propria caro: ita q nõ solũ membra oĩa desolata / sed caro cõsumpta narrat̃. Describit̃ aũt cõsumpta caro a rugis in pelle. hoẽs.n. carnosi / absq3 rugis sunt: cõsumpta aũt carne / rugat pellis. Et tãq3 in teste cõsumptæ carnis affert maciẽ ppriã. & propterea ad instar testis testificantis contra aliquem in conspectu illius, introducit maciẽ / uerissime contra ipsius ualetudinem testificantem coram & palam.

Collegit furorẽ suũ i me cõminãs mihi. Iuxta hebræũ hr. Furor eius rapuit ꝛ odit me. Et ẽ odic pteriti tẽporis. postq3 sũmarie mala ppria attribuit deo actori, incipit p partes attribuere illa satanæ tãq3 cãæ secũdæ / ad directe cõfutãdũ uerbũ eliphaz q alienus nõ trãsiuit iter eos. Subiũctur⁹ aũt hostẽ, de illo dicit tũ internum odiũ contra ipm iobẽ tãgẽdo toti⁹ psecutiõis radicẽ ex parte satanæ, tũ actionẽ exteriorẽ: vcз rapuit lupino more. huiusmõi.n. rapere significat hebraica dictio. exulcerat⁹ siqdẽ in mẽbris / tãq3 mors⁹ lupina aggressiõe describit̃. fremuit cõtra me dẽtib⁹ suis. Instar bestiaꝝ irataꝝ frẽdentiũ dẽtib⁹ describit̃ furor satanæ / ad insinuãdũ imanitatẽ eius. hostis me⁹ terribilib⁹ oculis me ituit⁹ ẽ. Iuxta hebræũ hr. hostis me⁹ acuet oculos suos i me Ecce cui⁹ descripsit odiũ furorẽ ac fremitũ, eiusdẽ.n. subiũgit oculoꝝ acumẽ directũ aduers⁹ ipm iobẽ: qđ ueꝝ eẽ / pspicuũ est ex scriptis in pncipio hui⁹ libri. Apuerũt sup me ora sua. Nõ digredit̃ iob trãsiẽs a satana ad ministros ei⁹ / socios vcз iobis: qm tãq3 ministri satanæ uexabãt iobẽ. et exprobrãtes pcusserũt maxillã meã. Iuxta hebræũ hr. in opprobrio pcusserunt maxillas meas. Nõ alapis sed opprobriis (iponẽdo crimina) pcusserũt socii iobis maxillas illi⁹ / uituperãtes eũ corã. saciati sunt penis meis. Iuxta hebræũ hr. simul sup me cõgregabũt. Qui simul uenerãt ad cõsolãdũ me / pseuerãt congregati contra me. in hoc.n. officio ministri erant satanæ.

Cõclusit me de⁹ apud iniquũ. Iuxta hebræũ hr. Tradet me el tortificãti. Attribuerat pus deo / deĩd satãæ suã afflictonẽ. mãifestat nũc modũ quo ab utroq3 pcuss⁹ ẽ / dicẽdo tradet me el tortificãti: hoc ẽ pseuerat tradẽdo me tortificãti de⁹ fortis.

Nō dicit elohim:quoniam non iudicio sed potestati dei attribuit q̄ dederit eum in manus dæmonis, cuius officium est efficere tortum.utitur siquidem deus iniquo officio & dæmonum & hominum ad bonum electorum,quibus omnia cooperātur in bonum secundum apostoli sententiam.et manib⁹ impioꝝ me tradidit Iuxta hebræū hř. et super manus impiorum humiliabit me.Multos dæmones operatos fuisse aduersus se manifestat.Et dicit humiliabit/ad insinuandum perseuerantiam.perseuerabat.n.iobis afflictio/continuando dolorem & multiplicando opprobria.

¶ Ego ille quondam opulentus/repente contritus sum. Iuxta hebræū hř. Pacificus fui & cōtriuit me/& tenuit ceruicem meam & fregit me. Quia apud hebræos pacis nomine salus uniuersa significatur,propterea unico uerbo iobis quieta tam opulentia q̄ sanitas significatur dicendo pacificus fui. ¶ Pro intelligentia aūt subiunctorum aduerte prudens lector duo.Alterum q̄ iob utitur tribus parabolis ad explicandas uexationes quibus afflixit eum satanas.quarum prima spectat ad res iobis/secunda ad propriam personam/& tertia ad ordinem afflictionum.Alteꝝ circa ordinem literæ.nam metri causa multa transposita sunt:& particula illa in calce harum parabolarū scripta curret super me sicut potens/debet esse prima.Ita q̄ postq̄ dictum est pacificus fui,intelligendum est subiungi & curret super me sicut potens & appræhendit ceruicem meam/& fregit me & contriuit me.Hic est ordo rectus quo ordinanda est hæc prima parabola .assimilat siquidem dæmonem uiro robusto ac potenti/ex improuiso aggredienti aliquē(hoc.n.significat dicendo curret super me sicut potēs) & appræhendenti hoīem per ceruicē/ut nō se possit defendere manibus aut dentibus (& per hoc significat q̄ dæmon uexauit iobē sic ut nō relinqueret ei modū resistendi/ut testant afflictiones illatæ) & frangenti ac conterenti eū.Ad instar tenētis hoīem p ceruicē/& interim p suos ministros diripientis omnia penitus,describit prima uexatio iobis per frāgere & cōterere.absq̄ resistentia siquidē omni/quasi fregit iobem tollendo chamelos oues asinas & boues,contriuit aūt occidendo filios & filias. et posuit me sibi quasi in signum.Iuxta hebræum hř.et posuit me sibi in scopū. Altera parabola assimilat dæmonē statuēti hoīem in scopū sagittarioꝝ.dicit.n.q̄ satan statuit ipsum iobem in scopū,ad insinuandū tum studium ad intime affligendum personam eius quēadmodū sagittātes student ad ppius attingendū centrū scopi:tum multitudinē pcussionū/quēadmodū scopus pcutitur uniuersus a multitudine sagittantium. ¶ Circūdedit me lāceis suis.Iuxta hebræū hř.Circūibunt super me sagittarii eius.Ecce multitudo sagittātiū nō ex uno loco sed circūcirca/ut in mēbris oībus oī ex parte pcussum se significet.cōuulnerauit lūbos meos/nō pepcit: & effudit in terra viscera mea.Iuxta hebræū hř.scindet renes meos & nō miserebit:effundet ad terrā fel meū.Describit seipsum uulneratū sagittis non solū ante & retro sed ex utraq̄ parte uulneratū intime:p hoc q̄ in parte posteriore scissi sunt renes/& in parte anteriore effusum est fel.renes enim intima membra sunt posterius/& fel intimum quid est anterius. Et quia parabola est, intellige per hæc percussam totam personam eius non solum in pelle sed etiam intime/citra tamen mortalia uulnera . Et describuntur hæc facta absq̄ misericordia/ad insinuandum q̄ satan nullo est usus moderamine ad inferendum personæ iobis quæ poterat mala.

Vtitur aũt uerbis futuri temporis/ad inſinuandum perſeuerantiam uulnerum. conſeruabat ſiquidem ſatan uulnera uiuida ad continuandum dolorem. ¶ **Concidit me vulnere ſuper vulnus.** Iuxta hebræũ hr̃. **Dirumpet me diruptiõe ſuper faciem diruptionis.** Tertia eſt hæc parabola/ad inſinuandum excellentiam mali ex continuata ſucceſſione mali ad malum. explicat enim id quod in principio libri narratum eſt de ſucceſſione unius afflictionis ad alteram abſq; mora:& propterea dicit diruptione ſuper faciem diruptionis:hoc eſt ſuper non reparata ſed exiſtente & apparente diruptione. aſſimilat ſiquidem accumulationem afflictionum ſuarũ multis diruptionibus unius muri ſeu ſepis quarum una ſuperuenit alteri non reparatæ ſed ſeruanti faciem ſuam/hoc eſt apparenti. Dixi aũt ſeu ſepis:quoniam hebraicum uerbum a diruptione ſepium tractum eſt. **irruit in me quaſi gigas.** Iuxta hebræũ habetur. **curret ſuper me ſicut potens.** Hec eſt enim particula tranſpoſita quam in principio primæ parabolæ expoſuimus intelligendam.

¶ **Saccum conſui ſuper cutem meam.** Poſtq̃ iob manifeſtauit authorem afflictionis ſuæ deum per dæmonem/ſubiungit conſequenter qualiter ipſe ſuſcæpit afflictiones. & quum narrauerit odium ac ſæuitiam dæmonum erga ipſum, non dicit qualem ſeipſum exhibuit odio & ſæuitiæ dæmonum/ſed qualem ſe exhibuit deo principali authori afflictionum. Et quum afflictus fuit in rebus & filiis, ſcidit pallium ſuum/totondit caput & adorauit deum ut in primo capitulo ſcriptum eſt, ut deo humilianti exhiberet ſe humilem. amplius autem humilianti illum deo propriam perſonam percutiẽdo, exhibuit ſe amplius humilem induendo ſeipſum ſacco non ſuper aliud indumentũ ſed immediate ſuper carnem/ut hic ipſe narrat. Et quia cruor tanq̃ glutinum affixerat ſaccum cuti, ideo dicit conſuiſſe ſe ſaccum ſuper cutem ſuam. **et operui cinere carnem meam.** Iuxta hebræũ hr̃. **et exercui me in puluere cornu meum.** non ſolum exhibui me humilem in indumento ſed etiam in loco. ſedit enim in cinere, ut in ſecundo capitulo ſcriptum eſt. Et cinerem appellat hic puluerem/narrans q̃ exercuit ſe in puluere comedens etiam ibi & bibens. Adiungit autem cornu meum/ad inſinuandũ q̃ ſciens & prudens deiecit cælſitudinem ſuam ad huiuſmodi uilitatem. ¶ **Facies mea intumuit a fletu.** Iuxta hebræum habetur. **Facies mea contracta eſt a fletu.** Quemadmodum enim cutis contrahitur iuxta ignem, ita cutis quæ remanſerat in facie iobis contracta eſt adurẽte eam calore multi fletus. fluũt enim calidæ lachrimæ. Et quoniam flere inter humilitatis actus hic ſupputatur, intelligendus eſt hic flet⁹ tanq̃ uoluntarius/ut procedit ex interna animi triſtitia. Ac ſi apertius dixiſſet. quemadmodum humilianti me deo exhibui me humilẽ exterius in ſacco & cinere, ita deo cõtriſtãti me exhibui me triſtẽ in aĩo cũ multitudĩe flet⁹ extra. **et palpebre mee caligauerũt.** Iuxta hebræũ hr̃. **et ſup palpebras meas ũbra mortis.** Quia attenuato ualde hũido retracti ſũt ad interiora oculi iobis/& ꝓpterea ũbra nõ modica fiebat a ſupciliis ad palpebras, ideo dicit & ſup palpebras meas ũbra mortis. ꝓferebat .n. ũbra illa horrẽdũ qd ſicut ũbra mortis/ſicut ũbræ truces. & hoc narrat tãq̃ cõcomitãs cõſũmatũ fletũ. Et p hæc mãifeſtat iob q̃ nõ ẽ indignat⁹ aduers⁹ deũ ut ſocii iponebãt ei/ſed humilr̃ ſuſcæpit mala de mãu dei. hæc. n. hũilitatis & patiẽtiæ internæ ſũt ſigna.

¶ **Hec paſſus ſum.** Interp̃s hæc uerba addidit:& diuiſit unã ſẽtẽtiã in duas, nam

iuxta hebraicam ueritatem legitur. Super non torto in manib⁹ meis: & oratione mea műda. Terra non operies sanguinem meum: & non erit locus clamori meo. Vbi clare cernitur unica sententia: & est imprecatiua duorum malorum ad testificandum innocentiam & religionem ipsius iobis. tractat. n. ut prædictű est causam meritoriã propriæ afflictionis/repetens q̃ non propter iniquitatem aut irreligiositatem afflictus est. Et quoniam prius asserenti hoc idem non credebant socii, ideo mõ asserit idem adhibito duplici iuramento/hoc est utroq; modo iurandi: vz per execrationem & per inuocationem. Iurando autem per execrationem, apostrophat ad terram/imprecans q̃ non tegat ipsius sanguinem si in manibus eius iniqtas aut oro eius immunda fuit. Et per non tegi a terra sanguinem significat corpus inhumatum, & consequenter expositum feris & auibus. Videbat siquidem iob corpus suum tam desolatum ut nullum censeret superesse malum præsentis uitæ quod posset corpori suo imprecari, & propterea imprecatur illi pessimum quod reputatur euenire mortuo in hoc mundo: vz q̃ relinquatur inhumatum. Quo ad animam uero imprecatur q̃ clamori eius non sit locus: hoc est q̃ preces suæ cum quantocunq; animi clamore effundentur ad deum/non exaudiantur. Ha c inquam duo mala imprecatur ad testificandum tum super nõ torto seu iniquo in manibus/hoc est in operibus eius aduersus proximű: tum super oratione sua munda relatiue ad deum, imponebatur enim iobi & q̃ non mundas ad deum preces funderet sed peccatorum sordibus fœdas, tum q̃ iniquus fuerit aliis hominibus: ut sociorum uerba pluries insinuarunt. ¶ Ecce. n. in celo. Iuxta hebraicum hr. Etiam nunc ecce in celis testis meus. Ipsa continuatio textus monstrat q̃ iuramentum iuramento iob adiungit/dicendo etiam nunc ecce in cœlis testis meus. deum enim demonstrando inuocat ipsum in testem super innocentia sua. et cõscius meus. Iuxta hebraeű hr. et testis meus in excelsis. hoc ẽ quãuis deus nõ testificetur innocentiam meam in his inferioribus/testificatur tamen in excælsis coram angelis. Et hoc uerum esse patet ex scriptis in primo & secundo capitulo/in q̃bus deus laudat iobem coram angelis.

¶ Verbosi amici mei. Iuxta hebraeű hr. Patroni mei/socii mei. Hactenus iob mõstrando se iustum & afflictum a deo per dæmonem/cõfutauit sententiã eliphaz & sociorum dicentium q̃ iustis data est terra sic q̃ prosperitas eorum non perturbať: modo respondet eliphaz increpanti eum q̃ præsumpserit disputare cű deo. Et respõsio consistit in hoc q̃ disputatio debet fieri inter socios: sed quia ipse caret sociis, ideo stillãte oculo ad deum/conuenit homini disputatio cum deo. Omnes siquidem has propositiones iob profert in hoc contextu, quanuis non eodem ordine. incipit. n. ab illa: vz q̃ non habet socios/dicendo patroni mei socii mei. Ironia est. & est sensus q̃ socii mei non exhibent se mihi socios sed patronos ironice: hoc est sed aduersarios in causa mea. ad deum stillat oculus meus. Iuxta hebraeum hr. ad eloha stillauit oculi mei. Ita iacet in hebraeo. & est sensus q̃ uterq; oculus stillauit non simul: & propterea usus ẽ uerbo singularis numeri stillauit. exiccato siquidẽ ualde humore cerebri, uix stilla lachrimæ nűc ex uno oculo nűc ex altero disputãte iobe cű deo colabať. Ecce particula una alterius propositionis: vz stillãte ad deű oculo cõgruit hoi disputatio cű deo. Et hæc particula manifestat modum humilem requisitum ad disputationem hominis

cum deo:simulq; declarat iobem talem modum seruasse. Significanter autem dicitur ad eloha: quia ad deum quatenus iudex est/sermonem disputãdo dirigebat. Aliqs. **Vtinam sic iudicaretur vir cum deo: quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.** Interpretes mutando contextũ/occultarũt ueritatem hebraicæ literæ: nam iuxta hebræum hr̃. **Et disputabit homo cum eloha: & filius hominis cum socio suo.** Vbi clare apparet in calce scribi illam propositionem: vez disputatio humana est inter socios. hoc. n. significatur dicendo & filius hominis cum socio suo. disputatio enim inquisitio é ueritatis: & suapte natura exigit q̃ fiat a iuuantibus se mutuo ad inuestigandam ueritatem: officium autem sociorum est adiuuare se inuicem. Et propterea iob perspicaciter respondet ad eliphaz/q̃ optime nouit disputationem filii hominis debere esse cum socio suo: cum deo autem deficiẽtibus sociis cõgruit homini disputare non simpliciter & absolute sed stillante oculo. hoc. n. significat dicendo/ad eloha stillauit uterq; oculus & disputabit homo cum eloha. Et per hoc excludit præsumptionis uitium in sua cum supremo iudice disputatione. aperit quoq; p stillantem oculũ necessitatẽ disputãdi cum deo dicente ius: quia stillans oculus/iam exhausto capite inducebat ad quærendum a deo causam tantæ afflictionis: ita q̃ stillans oculus & necessitatem & modum disputandi insinuat/præcipue tamen modum.

Ecce. n. breues anni transeunt: & semitam per quam nõ reuertar ambulo. Iuxta hebræum habetur. **Quod anni numeri venient: & semitam non reuertar ibo.** Hinc incipere deberet aliud capitulum: quia particula ista initium est immo pars subiunctæ sententiæ. ad manifestandum siquidem q̃ iam complebuntur anni uitæ suæ/subiunget spiritum suum destructum &c. Trãsit itaq; iob ad confutandum promissiones sociorum de futura in hac uita prosperitate ipsius iobis. iurauerat. n. se esse iustum/& mundas ad deum preces fundere: & propterea secundum promissiones sociorum debebat prosperari. aduersus itaq; huiusmodi promissiones affert propinquum se esse morti/dicendo q̃ anni numeri uenient. Annos paucos appellat annos numeri. decurtatum siquidem ualde tempus uitæ suæ credebat: & propterea appellat uitæ suæ annos paucos, dicens de eis q̃ uenient/subauditur nunc nũc. Et per semitã qua ibit & non reuertetur/mortem describit.

CAPVT .XVII.

Spiritus meus attenuabitur/dies mei breuiabuntur: & solũ mihi superest sepulchrum. Iuxta hebræum hr̃. **Spiritus meus destructus est/dies mei incisi sunt: sepulchra mihi.** Subauditur adsunt. Ad manifestandum quod proposuit (scz q̃ ãni pauci suæ uitæ nũc uenient ad finem) affert tanq̃ testes destructum spiritum diesq; succisos/ita q̃ sepulchrorum officia imminent. Potest autem nomine spiritus intelligi tam flatus q̃ internus spiritus/qui a physicis asseritur instrumentum animæ ad operatiões uitales & animales. & flatum quidem suum ait destructum/quia loquebatur cum difficultate: internum autem spiritum deductum fere ad nihilum, ipsa carnis consumptio & oculorum retractio & somni amissio manifestabant: dies uero succisos ad manifestandum paucitatem annorum affert. Et hinc apparet q̃ iob non erat senex quando passus est

succisos.n.dies causantes paucitatem annorum / non potest allegare senex etiam si ante moreretur q̃ꝫ naturaliter uicturus fuisset.

¶ Nõ peccaui, ꝛ in amaritudinibꝰ moratur oculus meꝰ. Iuxta hebræũ hř. Si non illusiones mecum: ꝛ in mutare eoꝝ dormiens oculus meus. Dixerat eliphaz carpendo iobẽ/ non credet ualido errans ꝙ uana mutatio sua: & propterea iob respondet ꝙ ipse putans mutationem suam esse uanam ad prosperitatem uitæ præsentis / non errat immo bene facit non credens huiusmodi illusionibus: ita ꝙ doctrinam quam eliphaz appellauit ualidam/iob appellat illusiones. Consutando itaqꝫ promissiones futuræ in hac uita prosperitatis/inchoat propositionem cõditionalem, cuius antecedens habet duas partes. altera est si non illusiones mecum/ altera & in mutare eorum dormit oculus meus: hoc est si promissiones prosperitatis non sunt illusiones / & securus quiesco in mutatione quam socii mei dicunt futuram.

¶ Libera me ꝛ pone me iuxta te. Iuxta hebræũ hř. Pone nunc fideiussionem mei tecum. Ad eliphaz sermonem dirigit: petens ut si uult ipsum iobem credere pollicitis/fideiubeat ꝙ ita eueniet sicut promisit ne leuitatis argui possit credendo facile. Et hæc est propositio consequens ad integrandum inchoatam conditionalẽ: lonantem si promissiones non sunt illusiones / detur mihi fideiussio. et cuius suis manus pugnet contra me. Iuxta hebræũ hř. quis ipse manui meæ tangetur: quasi dicat nullus est qui manum suam manui meæ iungat fideiubendo. Et exclusa fideiussione intelligi uult promissiones sibi factas fore illusiones.

¶ Cor eorum longe fecisti a disciplina. Iuxta hebræũ hř. Quia cor eorũ abscondisti ab intelligentia. Dixerat eliphaz iobem non credentem promissionibus istis errare: respondet iob alloquendo deum ꝙ ipsi non intelligunt diuinæ prouidẽtiæ mysteria/dicendo. quia cor (hoc est intimũ) eoꝝ/tum socioꝝ meoꝝ tum sapientũ quos citant socii, abscondisti ab intelligentia/proculdubio mysteriorum diuinæ prouidentiæ. Significanter autem nominat cor/ad insinuandam causam meritoriam abscõsionis ab intelligentia esse peccatum quod corde committitur. Et absconsionem hanc attribuit deo ut actori/ad insinuandum ꝙ pœna ẽ propter eorum peccatum: propter quod non dicit abscondisti intelligentiam (quoniam deus intelligentiã proponit omnibus) sed dicit abscondisti cor eorum ab intelligentia. propterea non exaltabuntur/ prædam pollicetur sociis. Iuxta hebræũ hř. ideo non exaltabis ad blandiciam/annunciabit socios. Quia cor eorum abscondisti ab intelligẽtia, ideo nõ exaltabis eum qui socios annunciat: hoc est qui socios iustorum ac suos annunciat ad blanditiam/hoc est ad blandas prosperitates uitæ præsentis. Et per hoc manifeste arguit & socios & sapientes a quibus didicerunt annunciantes blanda iustis/ quos solos socios sapientum appellant. & dicit deo ideo non exaltabis huiusmodi sapientes/optime inferendo ex prima pœna hanc secundam. Et est sermo de exaltatione ad gloriam ueræ doctrinæ. & propterea subiungit effectum. et oculi filiorum eius deficiẽt. hoc est & oculi imitatorum doctrinæ eius/deficient seu consumentur expectando uerificationem talis doctrinæ & non ui dendo uerificari eam. ¶ Posuit me quasi in prouerbium vulgi. Iuxta hebræum hř. Et statuet me in parabolã populorum. Tertia est hæc ratio non cred:ndi promissionibus sociorum. prima fuit quia

non inuenitur fideiussor:altera quia deo puniente sapientes non uerificatur eorum doctrina:tertia uero deducit ad absurdum. Est enim sensus q̄ si crederem annuncianti blanda/ipse annuncians statueret me in parabolam populorum:hoc est ego credens ei redderer parabola populorum iocantium de me q̄ destitutus penitus in rebus filiis & corpore ita ut alterum habeam in sepulchro pedem/crediderim promittentibus foelicitatem uitæ præsentis. apud populos siquidem in parabolam (hoc est in similitudinem) uersus fuisset iob/dicendo spes tua erit sicut spes iobis. **et exemplum sum coram eis.** Iuxta hebræum habet̃. **et in inferno prius ero.** hoc est ideo efficiar parabola populorum credendo annuncianti blanda/quia prius moriar q̃ blanda adesse possint mihi. Dictio interpretata infernus non proprie significat infernum/sed locum cõbustionis:quia tamen aiunt hebræos nomine thopheth intelligere infernum/ideo sic interpretata est. certum est autem q̄ mors describitur per hæc. ¶ **Caligauit ad idignationem oculus meus: & membra mea quasi in nihilum redacta sunt.** Iuxta hebræum habetur. **Caligauit ab indignatione oculus meus: & mẽbra mea sicut umbra omnia ipsa.** Adiungit suprascriptis malis propriis alia duo mala. alterum est obtenebrationis oculorum ab indignatione:hoc ẽ ab ira suscæpta. nominat .n. afflictiõem suam non iustitiam sed indignationem, quia nõ ex merito peccatorum suorum affligebatur/sed tanq̃ ex indignatione dei erga ipsum iobem. Alterũ q̄ oĩa eius mẽbra erant sicut umbra:hoc est q̄ non erant amplius membra/q̄ non poterant exercere membrorum officia, sed erant uelut umbra membrorum. umbra enim membrorum non exercet membrorum officia/sed repræsentat duntaxat membra. Et per hæc iob manifestat se propinquissimum morti.

¶ **Stupebunt iusti.** Parui refert q̄ iuxta hebræum habetur. **Stupebunt recti super hoc.** Respondet ad id quod dixerat eliphaz/franges timorem & minues locutionem coram deo:respondet inquam q̄ recti super hoc (id est super coniunctione calamitatis cum innocentia) non temere iudicabunt ex calamitate iniquitatem ut uos iudicatis, sed admirando stupebunt pauentes mysteria diuinæ prouidentiæ. **et incẽs contra hypocritam suscitabitur.** Iuxta hebræum hr̃. **et mũdus super impium mouebit se.** Considerabit siquidem mundus q̄ iusti calamitas documentum est ad intelligendum quanta erunt supplicia impiorum:iuxta petri apostoli in primæ epistolæ cap. 4. sententiam. ex hac .n. cõsideratione mouebit se uir mundus a peccato super impium:hoc est repræhendendo impium male interpretãtem calamitatem iusti. ¶ **Et tenebit iustus uiam suam.** Non minuetur timor dei aut diuinus cultus in hoĩbus iustis/sed appræhẽdet quilibet iustus uiam suam:hoc est firmiter eam tenendo prosequetur illam. **et mundis manibus.** Legendum est. **et mundus manibus augebit fortitudinem.** non solum uitabitur diminutio diuini cultus, sed mũdus manibus (hoc est munda habens opera) augebit fortitudinem/ tum propriã tum aliorum ad aggrediendum quæ dei sunt & sustinendum aduersa. ¶ **Igitur omnes uos conuertimini.** Iuxta hebræũ hr̃. **Et profecto omnes ipsi reuertemini.** Recti quidem stupebunt non declinantes a uia sua, uos uero certe reuertemini ad tuendam doctrinam contrariam quam protulistis. Et per hoc monet eos ut agnoscãt seipsos non rectos esse. **et uenite.** Iuxta hebræum hr̃. **et ueniētis nunc: & non**

inueniam in vobis sapientem. Respondet ad id quod dixerat eliphaz ꝙ sapiẽtes docuerunt eos: ad hoc inquam respondet. uenietis nunc / non corporeo gressu sed mentis attentione ad me subiungentem quæ dicam, & uidebitis ꝙ non inueniam in uobis sapientem: hoc est uere sapientem quemcunq; eorum quos iactatis sapientes.

¶ **Dies mei transierunt.** Ostensurus ꝙ sapientes citati ab eliphaz nõ uere sapiũt imo ꝙ desipiunt, resumit se esse propinquissimum morti / dicendo dies mei transierũt. **cogitationes mee dissipate sunt.** Iuxta hebræũ hr. **cogitationes mee solute sunt** Accumulat rationes ad probandum ꝙ est propinquus morti / adiungẽdo ꝙa perdidit penitus somnũ: & a causa somni perditi inchoat, dicendo cogitatiões meæ solutæ sunt / a naturali regimine impotente reducere eas ad quietem. **torquentes cor meum / noctem verterunt in diem.** Iuxta hebræũ hr. **cogitationes cordis mei noctem ponent in diem.** Causam ad effectum applicatam narrat: vcȝ ꝙ solutæ cogitationes cordis sui perseuerant tollendo somnum. Priuationem siquidem somni describit per noctem positam in diem. nox. n. est naturale tempus dormiendi / dies uero uigilandi: & propterea significatur tempus dormiendi occupatũ a uigilia. **et rursum post tenebras spero lucem.** Iuxta hebræũ hr. **lucem propinquam a facie obscuritatis.** Non solum solutas sed etiam pauidas cogitationes causantes uigiliam narrat: dicendo ꝙ cogitationes suæ ponent lucem propinquã (hoc est lucem candelæ propinquam iacenti propter timorem) a facie obscuritatis: hoc est cogitatiões meæ terrent me in tenebris iacentem sine somno / usq; adeo ut oporteat ad euitandum horrorem obscuritatis habere lucernam accensam propinquam oculis meis. Et per hoc firmatur ꝙ penitus perdiderat somnum.

¶ **Si sustinuero.** Iuxta hebræum habetur. **Si sperabo.** Prænarrata propinquitate mortis suæ format rationem aduersus sapientiam sapientum / dicendo, si sperabo / foelicitatem præsentis uitæ quam iuxta uestrorum sapientum sententiam promititis mihi, ecce quid eueniet: vcȝ. **infernus domus mea est.** Iuxta hebræũ hr. **fouea domus mea.** Incipit narrare quæ euenient: & inchoans a domo / dicit domum suam foueam sepulchri. **et in tenebris straui lectulum meum.** Descripta domo describit lectum in obscuritate perpetua: utpote intra sepulchrum. ¶ **Putredini dixi pater meus es: mater mea & soror mea vermibus.** Iuxta hebræũ hr. **Foueam vocaui / pater meus tu: mater mea & soror mea vermẽ.** Surrogat sibi loco patris foueam / & loco matris & sororis uermes. Ita ꝙ foueam sepulchri loco domus & loco patris surrogauit, ea forte ratione quia principium generationis attribuitur non solum patri sed loco. ¶ **Vbi est ergo nunc præstolatio mea? & patientiam meam quis considerat?** Iuxta hebræũ hr. **Et vbi nũc spes mea? & spem meam quis videbit ipsam?** Si sperabo quod promittitis, sequetur nunc nunc mors mea: & ubi spes mea in hac uita adimplebitur (quasi dicat nullibi) & quis uidebit impleri spem meam? quasi dicat nullus. ¶ **In profundissimum infernum descendent omnia mea: putasne saltem ibi erit requies mihi.** Iuxta hebræũ hr. **In foueam descendent / si simul super puluere requies.** Dixerat quis uidebit: subiungit irrisorie nisi aliq in sepulchrũ meũ descẽdãs ad uidendũ si simul in puluere requies foelicitatis ꝓmissæ mihi est: quod est ridiculũ.

RESpondit autem bildad subites. Ordinate respondent iterum eo ordine quo prius respõderant. & dixit. Usq3 ad quem finem verba iactabis? Iuxta hebræum hr. Usq3quo ponetis finẽ verbis? Honoris gratia alloquitur bildad iobem in secunda persona numeri pluralis/dicendo ponetis. arguit autem eum q multiplicat uerba declinando ab eo in quo præcipue consistit quæstio:& propterea subiungit. intellige prius & sic loquamur. Iuxta hebræũ habet. intelligetis & postea loquemur. Arguit iobẽ q nõ penetrat præcipuum difficultatis mysterium. & occasionem sumpsit ex eo q iob multiplicauerat uerba ad monstrandum propter propinquitatem suam ad mortem uanas fore promissiones sibi factas. Ac si apertius bildad dixisset. non intelligis q non consistit neruus quæstionis in assecutione nouæ prosperitatis tuæ/sed in hoc q soli impii patiunt hmõi aduersitates. in hac. n. sentẽtia diffundit uniuersus sermo psentis capli.

¶ Quare reputati sumus vt iumenta: & sorduimus coram te? quid perdis animam tuam in furore tuo? Iuxta hebræum habetur. Quare reputati sumus sicut bestia: absconditi sumus in oculis vestris/rapiens animam suam in furore suo? Metri causa transpositæ sunt particulæ. ordo. n. literæ est. quare reputati sumus sicut bestia rapiens animam suam in furore suo/abscõditi sumus in oculis uestris? Anteq̃ sententiam incipiat doctrinæ/respondet bildad ad ea quæ dixerat iob: vc3 q deus abscondit cor eorum ab intelligentia/q q ipsi annunciant socios ad blanditiam. Ad hæc inquã respondendo dicit duo. alterũ quare abscõditi sumus in oculis uestris: hoc est quare iudicio uestro habemur absconditi ab intelligentia? alterum quare sumus reputati sicut bestia rapiens animam suam in furore suo: hoc est sicut bestia acta a passionibus animæ. hoc. n. maxime apparet quum bestia furibunda absorbet id parum iudicii quod habet & agitur furore. dicit. n. hoc directe respondendo ad obiectam eis doctrinam blandam. hoc enim nihil aliud est q̃ doctores agi a passionibus animi etiam docendo: quod est eos esse subiectos passionibus adeo ut nec in doctrinæ iudicio liberi sint/& propterea similes esse bestiæ furibũdæ. ¶ Nũquid propter te derelinquetur terra. Metaphora est aduersus doctrinam iobis. & sumitur similitudo ab expugnatore terrarum/cuius timore derelinquitur ciuitas ab habitatoribus. Acsi apertius dixisset nunquid propter tuam doctrinam desinent homines in qua soliti sunt uersari doctrina manere/nunquid tam potens eris doctrina tua q efficies eos qui sunt nati & nutriti in communi doctrina quam profitemur deserere illã? quasi dicat minime. et tranferentur rupes de loco suo? Iuxta hebræũ hr. et recedet rupes e loco suo? Metaphora est/rupis nomine significans fixam ac immobilem doctrinam quam sapientes & socii iobis profitebãtur. nũquid tam potens erit doctrina tua q doctrina quam profitemur fixa ac immobilis tanq̃ rupes/recedet e loco suo: hoc est a mentibus sapientum quæ sunt propria loca doctrinæ.

¶ Nonne lux impii extinguetur. Parui refert q hebraice habetur. Etiã lux impiorum extinguetur. Duo simul officia facit bildad. nam & iobis doctrinam nõ sat fuit dixisse inualidam/sed dicit etiam extinguendã: & in genere dicit q lux (hoc est doctrina) impiorum extinguetur. Incipit itaq3 enarrare miserias quæ solis impiis eueniunt/inchoans ab extinctione doctrinæ: quæ nominatur lux/eo q doctrina illumi-

natiua est mentium. et non splendebit flamma. Iuxta hebræũ hr̃. et non splendebit scintilla ignis eius. Pronomen eius demonstrat impium. & usq; adeo doctrinam impiorum extinctum iri dicit ut nec scintilla splendeat/ad instar ignis qui sic extinguit̃ ut nec scintilla remaneat. ¶ Lux obtenebrescet in tabernaculo illius. Parui refert q̃ hebraice scribitur in præterito obtenebrata est. Ad instar deficientis luminis in tabernaculo describitur defectus celerrimus doctrinæ impii, dicendo q̃ in ꝓprio tabernaculo obscurata est: hoc est in propria familia defecit. et lucerna que super eum est extinguetur. Iuxta hebræũ hr̃. et candela eius super eum extinguetur. hoc est ad instar cãdelæ quæ extinguitur cum homine/doctrina impii extinguetur super ipsum: hoc est cum ipsomet & non remanebit lucens.

¶ Arctabuntur gressus virtutis eius. Extinctioni doctrinæ adiungit duas alias miserias: altera est arctabuntur gressus fortitudinis seu roboris eius. altera subiungitur. et precipitabit eum consilium suum. hebraice tamen habetur & ꝓiiciet. Post doctrinam/apte subiungit prudentiam quæ relucet in consilio/& fortitudinem uirium corporis & facultatum exteriorum. Et progressus quidem uirium arctãdos/prudentiam autem proiicientem in deterius proponit, declaraturus singula. ¶ Immisit enim in rete pedes suos: & in maculis eius ambulat. Iuxta hebræum hr̃. Quia fuit missum rete in pedes eius: & super rete ambulabit. Dictio secunda uice interpretata rete/non proprie significat rete sed aliquid simile. Duo proposuerat: consilium vꝫ & robur. & propterea inchoans a consilio/declarat impii cõsiliũ ducere ipsum in malum, tum quo ad pericula cognita / tum quo ad pericula latentia. Et pericula quidem cognita describuntur ad instar retis missi ante pedes eius/ita q̃ uidens illud confidit ambulare super illud & pertransire. sæpe. n. accidit ut parata pericula non æstimemus sed inter illa progrediamur/faciendo quod facturi sumus confidentes euadere. ¶ Tenebitur planta illius laqueo: & exardescet contra eum sitis. Iuxta hebræũ hr̃. Apprehẽdet calcaneum laqueus: roborabit super eum latrones. Sic iacet in hebræo: sed frequenter mutatur plurale in singulare/roborabit pro roborabunt. est enim sensus q̃ multitudo latronum robur exercebit super eum. Terminus describitur impii ambulantis super rete nomine calcanei/ quod est extrema pars corporis. acsi apertius dictum fuisset q̃ malo usus consilio non euadet, sed tandem capietur/incidet in laqueum & tanq̃ superuenientibus latronibus male tractabitur. ¶ Abscondita est in terra pedica eius: & decipula eius super semitam. Latentia pericula describuntur ad instar laqueorum absconditorum in terra super semitam. ¶ Undiq; terrebunt eum formidines. Rectius diceretur terrores. et inuoluent pedes eius. Iuxta hebræũ hr̃ et dispergent eum ad pedes eius. Describitur terminus impii in periculis occulte paratis ei, ad instar hominis non intendentis transire per semitam/& tamen territus ex in circumitu imminentibus sibi malis dispergitur ambulando hac atq; illac/& sic uenit ad semitã in qua abscõditus est ei laqueus ad illaqueandum pedes. simili siquidem modo impii incidunt in latentes insidias/ꝓprio utentes consilio ad euadendũ ab iminentibꝰ sibi malis aliis.

¶ Attenuetur fame robur eius: & inedia inuadat costas illius. Iuxta hebræũ habet̃. Erit famelici robur eius: & fractionis parate ad costam.

eius. Frequens apud hebræos usus nominis abstracti pro concreto/insinuat intelligẽdum esse nomine fractionis paratæ effractoris parati ad costam eius. Declarato consilio impiorum quo ad euentum malum, declarat consequenter arctari robur impii tum quo ad facultates tum quo ad uires corporis. & de opibus quidem dicit q̃ erũt famelici & effractoris parati ad latus eius. Vtinam quotidie non uideremus hæc. uidem⁹.n. multorum opes exhauriri stipendiis satellitum paratorum ad latus diuitis: qui hic appellantur effractores & famelici, quia sunt uiri tenues & prompti ad mala. Deuoret pulchritudinẽ cutis eius: & consumat brachia illius primogenita mors. Iuxta hebræũ hr. Comedet membra pellis eius: comedet membra eius primogenitus mortis. Vires corporis consequenter describit exhauriendas in impiis a primogenito mortis: hoc est a mœrore. mœror.n. appellatur primo genit⁹ mortis/quia primum quod gignit mors in animis nostris est mœror: quilibet.n. tristatur cogitans se moriturum. & mœror comesturus describitur mẽbra pellis: hoc est quia ẽt corrodit mẽbra sub pelle immediate existentia consumptis carnibus: iuxta illud prouerb. 17. spiritus tristis desiccat ossa. propter quod exaggerando repetit comedet membra eius. Quãuis autem bildad dicat hæc de impiis in genere, carpit tamen iobem dolore consumptum q̃ adhuc magis consumetur.

Auellatur. Rectius legitur. Soluetur e tentorio suo spes eius. Propinquitatem ad mortem tantam ut nõ sit spes uitæ/describit per spei effixionem a ꝓpria domo: homo.n. non sperans amplius uiuere/soluit spem manendi in domo sua. narratis siquidem miseriis impii uiuentis/transit ad miseriam impii morituri. et calcet super eum quasi rex interitus. Iuxta hebræũ hr. et faciet deambulare ipsum ad regem terrorum. hoc est ad mortem quatenus est supremum terribilium secundum doctrinam negantium aliam uitam. Duo itaq̃ mala in impio moriente describuntur. alterum desperatio ducens ipsum paulatim ad mortem tanq̃ deambulantem: alterum terror. propterea.n. describitur pergens ad regem terrorum.

Habitent in tabernaculo illius socii eius qui non est. Iuxta hebræũ hr. Habitabit in tentorio eius ex in non ei. Transit ad miserias impii post mortem. & habitator significatur alienus a consanguineis & affinibus defuncti/ dicendo q̃ in tabernaculo eius defuncti habitabit homo ex iis qui cõprǽhenduntur in non ei: hoc est in non coniunctis ei. aspergatur in tabernaculo eius sulphur. ad ignominiam/loco aromatum quæ in domo mortui diuitis cremabantur. Deorsum radices eius siccentur: sursum autem atteratur messis eius. Futura indicatiui sunt hæc omnia uerba: & secunda particula iuxta hebræũ hr. et sursum icidetur ramus eius. Metaphorico sermone significat inchoata opera ab impio defuncto defectura, tum quia arescet radix (hoc est id quod fouet & alit inchoatum opus) tum quia succidetur ramus: hoc est quicquid in inchoato opere prouectum erat. Memoria illius pereat de terra. Iuxta hebræũ hr periit. & est sermo de memoria laudis & gloriæ. et non celebretur nomen eius in plateis. Interpres addidit celebretur ad claritatem sensus. in platea siquidem congregati homines soliti sunt conferre de nomine defuncti/ miserãdo & laudando tẽpore quo defunctus est. Inter miserias itaq̃ defuncti supputat & q̃ in posterum non erit memoria eius/& q̃ tunc non erit nomen

men eius in platea. Expellet eũ. Legẽdũ ẽ. Pellẽt eũ de luce ad tenebras. hoc est quem glorificabant uiuum/uituperabunt mortuum. et de orbe transferet eum. Iuxta hebræũ hr. elõgabunt eum. hoc est indignum orbe terrarum dicent eũ. Non erit semen eius neq; progenies. Iuxta hebræũ hr. Non filius ei et non nepos in populo eius. Sententia est clara. nec vlle reliqe in regionibus eius. Iuxta hebræũ hr. in habitationibus eius. nec est opus expositione. In die eius stupebunt nouissimi: & primos inuadet horror. Iuxta hebræũ hr. Super diem eius stupebunt posteri: & priores apprehendit pauor. Quamuis memoria laudis non erit, erit tamen memoria calamitatis tantæ q & posteri stupebunt & antiquiores superstites affecti sunt pauore quemadmodum nauigantes in fluctibus & procellis: talem. n. timorem insinuat hebraica dictio.

Hec sunt ergo tabernacula iniqui: & iste loc⁹ eius qui ignorat deũ. Iuxta hebræũ hr. Tantum hec habitacula iniqui: et iste locus non nouit el. hoc est eius qui non nouit deum fortem. Annota prudens lector aduerbium tantũ: quoniam in eo consistit neruus totius sententiæ bildad aduersus iobem. manifestat. n. per hanc exclusionem q prædictæ omnes miseriæ accidunt impiis duntaxat: ut hinc conuincat iobem inter impios. Nec intendit bildad q cuilibet impio eueniant uniuersa mala hæc: sed q nulla harum miseriarum afficitur nisi impius. Describit itaq; miserias dictas sub specie habitaculorum & locorum in quibus quasi habitant & conuersantur iniqui relatiue ad homines & ignorantes deum notitia obsequii: eo q euitare has miserias nequeunt/quemadmodum nec habitaculis nec locis carere possunt.

CAPVT .XIX.

Respondit autem iob/ & dixit. Vsq;quo affligitis. Paruire fert q hebraice hr. Contristabitis animam meam. Ac si apertius dixisset. tanto dolori quem sustineo in corpore / usq;quo perseuerabitis in gerendo tristitiam in animo. et atteritis me sermonibus? Futurum est apud hebræos. Duo absurda committebant socii iobis. alterum q perseuerabant dicendo contristantia iobem qui tamen uenerant ad consolandum eum. Alterum q multiplicabant non rationes sed uerba: & propterea iob dicit usq;quo atteretis me sermonibus? En decies confudistis me. Iuxta hebræum habetur. Hoc/decẽ vicibus pudore afficietis me. Si supputatur numerus alterni sermonis, quinquies locuti sunt hacten⁹ socii/& iob quinquies quoq; respondit connumerata responsione ista. & propterea dicit hoc decem uicibus: hoc est cum isto supputato colloquio decem uicibus affecistis me pudore/quinquies audiendo & quinquies respõdendo. et nõ erubescitis opprimentes me. Iuxta hebræũ habetur. non erubescetis, audebitis in me? Debebant. n. erubescere ex tali officio: nec debebant audere in socium tam uehemẽter afflictũ/sed cõdolere & cõmiserari. Nempe etsi ignoraui/mecũ erit ignorãtia mea. Iuxta hebræũ hr. Et ẽt pfecto erraui: mecũ dormiet error me⁹. Verba sunt non asserẽtis se errasse/sed cõcedentis sociis: acsi dixisset esto q erraui, respõdet siqdẽ tacitæ obiectioni: vc; q rõne erroris contristabant eum socii

& audebant in eum. Et appellatur error sermo excusatorius iobis: vtz q erat afflict9 non propter peccata propria. de hoc. n. dicit & profecto etiam erraui/id est esto q erraui, non uos lædet error meus sed quiescet mecum: hoc est ex quo uidetis me fixum in hac sententia, esto q errem non propterea perseuerare debetis audendo & contristando me/quia non nocet uobis error meus sed mecum dormiet nulli molestus. Et dicit hec respondendo ad bildad, qui in præcedēti capitulo dixerat iobi nunquid propter te relinquentur ciuitates &c.

¶ At vos contra me erigimini: & arguitis me opprobriis meis. Iuxta hebræū habetur. Si certe super me ingrandescetis: & arguetis sup me vituperium meum. Inchoat conditiōalem cuius antecedens habet duas partes. quarum prima est q si certe grandes fietis super me dissentientem a uobis. altera est & uituperium meum (hoc est & afflictionem meam tanq̄ uituperium meum) reprætendetis super me/hoc est super merito meo. Tangit. n. in hoc antecedente utrunq: vtz & dissidentes doctrinas de aduersitatibus hominum in prima parte/& dissidentes sententias de merito ipsius iobis. nam dissentiebant de aduersitatibus hominum in cōmuni: affirmante iobe affligi quandoq homines a deo sine eorum culpa: affirmantibus autē sociis homines affligi a deo pro peccatis duntaxat. Dissentiebant quoq consequenter applicando hæc ad iobem: asserentibus sociis iobem puniri pro peccatis eius: affirmāte autem iobe se longe plus pati q̄ mereantur peccata sua. ¶ Saltem nunc intelligite: quia deus non equo iudicio afflixerit me/& flagellis suis me cīxerit. Parui refert q iuxta hebræum habetur. Scite nunc q eloha fecit tortū mihi: & laqueum super me fecit circundare. Ecce consequens ad integrandū inchoatam conditionalem: & constat consequens ex duabus partibus. altera est eloha (hoc est deus iudex) fecit tortum mihi quo ad quantitatem mali/affligendo me plusq̄ mereor. altera est q fecit malum meum incurabile. hoc enim significatur metaphora laquei circundantis, dicendo & laqueum circundare fecit super me/ut nulla ex parte possim euadere. ¶ Aduerte prudens lector q iob nō blasphemat: quia nō absolute sed sub conditione affirmat deum non rectum fecisse iudicium. est. n. sensus q si deus affligit pro peccatis duntaxat, fecit non rectum iudicium mihi/ puniēdo me longe plusq̄ mereor. Nec putes iobem confisum in proprio scrutinio meritorum suorum / prorupisse in hāc conditionalem: quoniam inexcusabilis esset a blasphemia: scriptum est. n. delicta quis intelligit? sed cōfisus in diuina reuelatione protulit hanc conditiōalem/q̄uis minus prudenter. reuelatum siquidem fuisse iobi q deus afflixit eum ad probādum q etiam tam uehementer afflictus non peccaret sed perseueraret in rectitudine animi/ap paret superius cap. 10. Dixi autem minus prudenter: quia in modo loquēdi retorquet iniustitiam in deum. debuisset siquidem dicere se plus pati q̄ meretur, & non ponere os in iudicium dei. unde & inferius arguitur iob a deo q hæc dixerit. Est itaq cōditionalis ista uera q̄uis tam antecedens q̄ cōsequens sit falsum: queadmodū uera ēt est ista cōditionalis si leo uolat leo habet alas/& tñ tā ātecedens q̄ cōsequēs ē īpossibile.

¶ Ecce clamabo vim patiens / & nemo audiet. Iuxta hebræum habetur. Ecce clamabo tortū/& nō respōdebitur mihi. Prosequit̃ cōditionalē inchoādo a secūda parte cōsequētis: vtz laqueū sup me fecit circundare, declarat siquidem q

nulla sibi relicta est uia euadendi / incipiens a uia clamoris queruli clamando sibi fieri tortum: quantuncunq; enim clamauero, non inuenitur respondens / hoc est releuans me. **Vociferabor ⁊ non est qui iudicet.** Parui refert ꝙ hebraice habetur. **et non iudicium.** non solum careo releuante / sed etiam non inuenio iudicium. præsupponit enim se pati iniustum. ¶ **Semitam meam circumscripsit ⁊ transire non possum: ⁊ in calle meo tenebras posuit.** Iuxta hebræum habetur. **Viam meam obstruxit ⁊ non transibo: ⁊ super semitas meas tenebras ponet.** Tertio facultatem euadendi tanq̃ per recessum a loco in quo patitur ademptã sibi describit / ad instar hominis cui uia publica obstructa est & cui obscuratæ sunt particulares semitæ. Et intendit per has similitudines dicere consequẽter ꝙ deus priuauit intellectum eius lumine ueritatis in multis rationibus mouentibus eum / & obstruxit ei uiam ad assequendum bonum indurando cor eius ad uolendum sistere in uita solita: hæc enim sequuntur ex illa conditionali. si enim asseritur opinio sociorum de iobis punitione / & iungitur innocentiæ eiusdem quam tuetur, sequuntur omnia hæc: scilicet & ꝙ non inueniat iudicium / & ꝙ obtenebratus est intellectus iobis / & ꝙ obstinata est uoluntas eius, ut nunq̃ transeat ad euadendum malum & assequendum bonum fœlicitatis prædicatæ a sociis.

¶ **Spoliauit me gloria mea.** Legẽdũ esset. **honore meo.** Manifestato laqueo circundante ipsum, manifestat magnitudinem afflictionis / colligendo prænarrata mala sua summarie & explicando mala alia prius tacita. & dicit hæc ad inchoandum probationem consequentiæ. Dico ad inchoandum: quia ad uerificandum sequelam consequentis ex antecedente non sat est manifestare magnitudinem afflictionis / sed adiungere oportet ꝙ afflictus est iustus. ex ambobus. n. simul & non ex altero tantum / uerificatur ꝙ plus patitur q̃ mereatur: ut patet. & propterea iob manifestat prius afflictionis propriæ magnitudinem / & deinde propriam coram deo iustitiam. Verũ magni refert discernere hanc manifestationem ab immediate præcedente: qm̃ illa innititur sententiæ falsæ / assumptæ in antecedente conditionalis dictæ: ista autem innititur ueritati rerum gestarum. subiungit. n. mala quæ uere passus est / & uere testantur magnitudinem afflictionis. & inchoat a priuatione honoris: non. n. amplius honorabatur. **et abstulit coronam de capite meo.** hoc est authoritatem qua auditione dignus tanq̃ rex habebar. ¶ **Destruxit me vndiq; ⁊ pereo.** Iuxta hebræũ hr̃. **Destruet me in circũitu ⁊ iui.** hoc est perseuerat destruendo me in circũitu & iui in manus eius. metaphorico sermone direptionem ac cõsumptionem opum suarum describit. **et quasi euulse arbori abstulit spem meã.** Iuxta hebræũ hr̃. **et mouit sicut arborẽ spem meam.** Spem suam appellat filios propagaturos progeniem eius. & modum quo interierunt commemorando / assimilat commotioni arboris. consueuerunt siquidem arbores euelli ex magno uenti turbine: & sic occisos fuisse filios testatur historia in principio huius libri scripta. cõcussit siquidem uentus domum in qua erant &c.

¶ **Iratus est contra me furor eius.** Afflictionem propriæ personæ percussæ a planta pedis usq; ad uerticem commemorat. **⁊ sic me habuit quasi hostẽ suũ.** Parui refert ꝙ hebraice hr̃. **et supputauit me sibi sicut hostes suos.** Narratis malis illatis sibi a deo / narrat modum quo intulit hæc deus. & describit fuisse mo

dum hostilē: hoc est ꝙ tanq̃ contra hostē suū processit deus. Et explanando hunc modū subiungit. **Simul venerunt latrones eius.** Iuxta hebræum habetur. **Simul venient societates eius.** Vere secundum historiam simul tempore venturæ ordinatæ fuerunt & venerunt societates diuersæ: vcȝ chaldæorum sabæorum & dæmonū tum excitantium uentos tum immittētium ignem. Et pronomen eius demonstrat deū, sub cuius potestate sunt societates istæ tanq̃ societates militum. **et fecerūt sibi viā per me.** Iuxta hebræū hr̃. **et calcarunt super me vias suas.** hoc est uno eodemq̃ tempore calcarunt uias suas diuersas contra me. **et obsederunt in gyro tabernaculum meum.** Ad uerificandum ꝙ deus processit contra eum tanq̃ hostem/ describitur tanq̃ circundatus societatibus istis ad expugnandum eum. Et uere sic fuerāt: quoniam ad expugnandum animum eius ut rueret in peccatum, occisi sunt filii & famuli / consumptæ oues & direpta reliqua animalia. quo ad hoc siquidem uerificatur similitudo hostilitatis & non solum secundum res gestas exterius: q̃uis deus non intenderit expugnare, sed tradiderit eum dæmonibus intendentibus expugnare.

¶ **Fratres meos longe fecit a me.** Narratis malis sibi illatis directe, subiungit mala quæ per modum sequelæ euenerunt sibi. & fratres quidem appellat consanguineos & affines. **et noti mei quasi alieni recesserunt a me.** Iuxta hebræum hr̃. **et noti mei tantum alienati sunt a me.** hoc est & mihi tantum noti (utpote qui mihi soli communicabant secreta sua) alienati sunt a me. ¶ **Dereliquerunt me propinqui mei.** Iuxta hebræū hr̃. **Prohibuerunt appropinquantes mihi.** hoc est soliti appropinquare mihi uisitando me, prohibuerunt officia salutationis / uisitationis / comitatus & huiusmodi. **et qui me nouerāt obliti sunt mei.** et uniuersaliter illi obliti sunt mei inter quos & me mutua erat notitia. ¶ **Inquilini domus mee ⁊ ancille mee sicut alienum habuerunt me: ⁊ quasi peregrinus fui in oculis eorum.** Hinc apparet ꝙ famuli & famulæ iobis habitantes in domo iobis / non fuerunt percussi percussis aliis iobis famulis, sed ex industria a satana reseruati ad multiplicandam tristitiam iobis uidendo se despici a domesticis famulis qui remanserant. ¶ **Seruum meum vocaui ⁊ non respondit: ore meo deprecabar illum.** Habebat iob domi non solū famulos seu ministros quos interpres appellauit inquilinos domus sed ēt seruos ēt despiciētes iobem. ¶ **Halitū meū exhorruit vxor mea.** Iuxta hebræū hr̃. **Halitus meus alienus vxori mee.** hoc est tanq̃ alienus habetur ab uxore mea: quod est dicere uxorem suam uitare ipsum tanq̃ uirum alienigenam. **et orabam.** Iuxta hebræum habetur. **et miseratus sum filios vteri mei.** defunctorum siquidem filiorum iacturam miseratus erat. Et ad cumulum miseriarum iobis spectabat proculdubio miseratio hæc. ¶ **Stulti quoqȝ despiciebant me.** Iuxta hebræum habetur. **Etiam iniqui abominati sunt me.** Et quod deterius est. **quum ab eis recessissem / detrahebant mihi.** Iuxta hebræum habetur. **surgam ⁊ locuti sunt in me.** Iniq abominati sunt me sedentē/ & surgentē ad honorandū eos ꝓsecuti sunt iniuriis uerbo⁊. & ī hoc carpeř uidet̃ socios iniquos. ¶ **Abōīnati sunt me quōdā cōsiliarii mei.** Iuxta hebræū hr̃. **Abōīnati sunt me oēs gētes secreti mei.** Diuersarū nationū cōsiliarios se habuisse insinuat / a qb⁹ ēt despiciebať. **⁊ quem maxime**

diligebam/aduersatus est mihi. Iuxta hebræu͂ hr. et iste amaui versi sunt in me. Dicendo uersi sunt/insinuat q pronomen iste demõstrat multos. demõstrat.n. quemlibet sociorum præsentium quos alloquebat / demonstrat cœtum illorum. Et hebraica phrasi subintelligitur relatiuum/& iste quem amaui uersi sunt contra me.

¶ Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum. Iuxta hebræu͂ hr. In pelle mea & in carne mea affixum est os meum. Post consecuta extrinsecus/manifestat quid consecutum fuerit intrinsecus (hoc est in corpore proprio) ex percussione suscæpta: dicendo q ossa per uniuersum corpus tanq͂ affixa congluti nata sunt tam carni q͂ pelli suæ. Et hinc apparet q non tota iobis caro consumpta erat: sed quicquid carnis remanserat/& quicquid fractæ pellis erat, cohærebat ossibus tanq͂ affixum/ita q non poterat iobis cutis digitis alienis trahi in rugam. et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Iuxta hebræu͂ hr. et euasi in pelle dentium meorum. Excipit ab affixa pelle pellem dentium: quam ex industria fatã reliquit solutam/ut facultas loquendi ad maledicentiam & blasphemiam remaneret in iobe. ¶ Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei. Interps addidit saltem: & mutauit socios in amicos. quia manus eloha tetigit me. Sententia est clara. ¶ Quare persequimini me sicut deus: & carnibus meis saturamini: Iuxta hebræum hr. Quare persequemini me sicut el: & carne mea nõ saturabimini: Inter subsecuta mala supputat postremo officia sociorum mala erga eum/prouocando eos ad misericordiã, & dicit quare persequemini me sicut el/idest deus fortis: arguendo eos q perseuerant persequendo eum hostiliter, nam sic (hoc est hostiliter) deum persequi ipsum iobem/paulo ãte descripserat. Et significanter dicit sicut el: quoniam absurdum est socios imitari potentiam diuinam affligentem aliquem. Quod autem dicit & carne mea non saturabimini / ad manifestãdum sociorum peccatum spectat. uobis inquit nõ sat est cruciatus carnis meæ quem uidetis, sed perseueratis apponendo cruciatum animi/contristando continue me.

Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei. Deficit nu͂c/& superfluit mihi: hebraice enim habetur. Quis dabit nunc & scribentur sermones mei. Occultata siquidem hactenus in corde suo prolaturus/dicit quis dabit nunc: hoc tempore quo manifesto tam excælsum mysterium dei. Et est sermo mutilus: metri enim causa transposita est particula in libro. Ita q clausula ista ad sui integritatem ordinanda est cum dicta particula, & est sensus quis dabit nunc & scribentur in libro sermones mei /non quos dixi sed quos proferam, post narratam siquidem magnitudinem afflictionis propriæ, intendit manifestare propriam iustitiam / non operum sed fidei: ut integre pateat ipsum tam uehementer afflictum fuisse / & esse iustum apud deum. quis mihi det vt exarentur in libro. Stylo ferreo & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice. Iuxta hebræu͂ habet. quis dabit in libro & sculpentur: In stylo ferri & plumbo, ad semper in petra incidentur: Vt prædictum est particula in libro / non ad hanc sed ad præcedentem immediate spectat sententiã. Ita q iob cupit uerba subiuncta scribi dupliciter (tum in libro tum in petra) dicendo, quis dabit & sculpentur in stylo ferri & plumbo / ad semper in petra incidentur: Vbi manifeste patet petram esse in qua incidendo sculpen

da sunt uerba instrumento ferreo. Et ratio affertur ad hoc ut seruentur in perpetuum: libri. n. facile & consumuntur & perduntur. Quod autem dicitur de plumbo, spectat ad hoc q incisæ in petra concauitates literarum impleantur plumbo / ut facile legi possint.

¶ **Scio. n. q redemptor meus uiuit.** Iuxta hebræum hr. **Et ego sciui redemptorem meum uiuum.** Ecce uerba scribenda in libro & sculpenda in petra. & merito / quia fidem mesiæ redemptoris humani generis resurrectionisq; futuræ continent. Fidem itaq; suam non uacillantem sed certam manifestat dicendo & ego sciui. Incipit autem a coniunctione copulatiua / ad manifestandum q non solus habuit hanc notitiam. dicendo. n. & ego sciui / insinuat q alii quoq; hoc idem sciuerunt: ut intelligeremus q fides mesiæ & resurrectionis antiquior est iobe. Et dicendo redemptorem meum / spem suam in redemptore positam manifestat. redemptorem autem (ut subiuncta testatur) a seruitute corruptionis corporeæ significat. Et dicendo uiuum / aperit redemptorem suum esse deum: utpote qui perseuerat uiuus. non. n. dicit uiuet sed uiuum / ad significandum q tunc & semper uiuit redemptor eius. **et in nouissimo die de terra surrecturus sum.** Iuxta hebræum hr. **et nouissimum super puluerem leuabit.** subauditur enim more solito relatiuum. Ita q ordo literæ est / & nouissimum q super puluerem leuabit. Et aiunt hebræi posse subintelligi in uerbo leuabit pronomen se. ita q duplex est lectio: uel leuabit se / uel leuabit. Profitetur itaq; iob redemptorem suum non solum uiuum sed etiam nouissimum: hoc est q post eum non erit alius redemptor / ad excludendum fictum a quibusdam philosophis redemptorem hominum nunq; postremum sed quilibet eorum habet successorem. opinati sunt enim corpus cœleste post completum annum maximum producere iterum eosdem homines: & sic deinceps completo maximo quoq; anno / denuo producere eosdem homines. ac per hoc nullum esse redemptorem hominum nouissimum: quia nullus annus maximus est ultimus, sed in æternum cuilibet succedet alius. Ad excludendum ergo huiusmodi redemptorem appellat redemptorem suum nouissimum. ¶ Et si subintelligitur pronomen se, resurrectio ipsius mesiæ significatur dicendo qui super puluerem leuabit se. Et sic naturæ duæ significantur in mesia: altera qua semper est uiuus / altera in qua post mortem resuscitatus est a se ipso. Si uero non subintelligitur pronomen se, resurrectio communis significatur efficienda a mesia dicendo qui super puluerem leuabit / proculdubio quos redemit. effectus. n. redemptionis describitur. ¶ **Et rursum circundabor pelle mea.** Iuxta hebræum hr. **Et postea pelle mea circundati sunt ista.** Et e fæminini generis ac numeri singularis pronomen ista. & est ordo literæ / & postea pelle mea ista fuerunt circundati artus mei seu membra mea. est. n. masculini generis membrum apud hebræos. Verificatur autem & postea / secundum utranq; lectionem: nam post mesiæ resurrectionem resurrectio erit aliorum / & prior est naturaliter actio leuationis q passio eius qui leuatur ex puluere. Nec me latet dictionem interpretatam circundati / posse etiam interpretari incisi uel consumpti: sed quia contextus horret has significationes in hac litera, ideo electa e significatio circundationis quadrans contextui. **et in carne mea uidebo deum saluatorem meum.** Iuxta hebræum hr. **et de carne mea uidebo eloha.** Substantiuum uerbum præsentis temporis in hebræo non sæpe sed semper omissum / insinuat subintelligendum hic esse uerbi substantiui participium ens. ita q ordo literæ est

& de carne mea ens uidebo eloha. Manifeste profitetur se resurrecturum cum propria
pelle & propria carne & deum iudicem se uisurum, dicendo & constans de carne mea
uidebo eloha: hoc est deum iudicem. ¶ Quem visurus sum egoipse & oculi
mei conspecturi sunt/& non alius. Iuxta hebræū hr. Quē ego videbo mi
hi & oculi mei videbunt/& non alienus. Salutarem sibi deum iudicem fore af-
firmat dicendo quem ego uidebo mihi/non aduersus me. Et corporali uisione uisurū
se eloha manifestat dicendo & oculi mei uidebunt. Et per hoc duas in eloha naturas ite
rum manifestat: alioquin oculis suis non esset uisurus eloha. nisi .n. deus iudex esset etiā
homo/corporeis oculis non uideretur. Et ad excludendum deliramēta quæ secutus est
pythagoras dicens se olim fuisse euphorbium, subiungit & non alienus. subauditur .n.
pro me seu loco mei, ad declarandum siquidem q ipsemet penit⁹ resurget/excludit om
nem diuersitatem substantialem dicendo & non alienus a me loco mei. reposita est
hec spes mea in sinu meo. Iuxta hebræū hr. consumpti sunt renes mei in
pectore meo. Consummato sermone fidei de mesia redēptore in duabus naturis (di
uina scilicet & humana) & de resurrectione hominum & de postremo iudicio, dicit
iob metaphorico sermone nihil remansisse in intimis suis. uniuersam .n. fidem ac spem
suam per dicta uerba protulerat. Et ad instar renum consumptorum (utpote in quib⁹
nihil remansit pinguedinis ac humoris) describit intima animi sui dicendo consumpti
sunt renes mei, ad insinuandum .n. q metaphorice loquitur/adiungit in pectore meo.
renes .n. corporei longe sunt a pectore: secreta autem animi dicuntur recōdita in pecto
re. Assimilantur autem etiam apud hieremiam cap. 17. intima animi renibus/ quia re-
nes in corpore purgatorii sunt secundum physicos: & ideo intima animi quatenus pur
gatoria animi esse debent/appellantur renes. Et in proposito aptissime renibus cōsum
ptis assimilantur intima animi iobis purgaroria ipsius exhausta/proferendo palā quic
quid in eis latebat. Et dixit hoc ad manifestandum sociis q hactenus retinuerat apud
se fundamentum iustitiæ suæ/fidem scilicet mesiæ & resurrectiōis &c. modo autem co-
actus est manifestare/sicut nō expectēt amplius audire in quo cōsistit iustitia eius.

¶ Quare ergo nunc dicitis: persequamur eum & radicem verbi inue
niamus contra eum? Fugite ergo a facie gladii. Iuxta hebræū hr. Quia
dicetis quis persecutus est eum? & radix verbi inuenta est in me. Ti-
mete vobis a facie gladii. Post manifestatam propriam iustitiam monet iob so-
cios ne perseuerent in temerario iudicio iniquitatis ipsius iobis. monet autem prædicē
do tum eorum obstinationem tum pœnam. Et obstinationem quidē prædicit ut cām
pœnæ/dicendo, quia dicetis/hoc est perseuerabitis dicentes hæc duo: alterū qs p secutus
est eum/nisi deus qui omniū hominū merita nouit? alterū & radix uerbi (hoc est rei .i.
persecutionis: uerbum .n. quandoq sumi pro re apud hebræos perspicuum est) inuen-
ta est in me. Et intendit per radicem/iniquitatem tanq persecutionis radicem: utpote
meritorie germinantem persecutionem. dicebant .n. socii iobis q deus inuenit in iobe
radicem persecutionis/hoc est iniquitatem merentem persecutionem. Quia iniquā per
seuerabitis hæc dicendo temerario iudicio, ideo timete uobis a facie gladii/ supremi iu-
dicis quem manifestaui me uisurum. quoniam vltor iniquitatum gladius
est. Iuxta hebræū hr. quia ira iniquitatibus gladii. Et est ordo literæ/ quia ira

gladii imminet iniquitatibus, ecce ratio pœnæ metuendæ / quia uindicta gladii imminet iniquitatibus. Et gladii nomine potestatem exterminatricem significat. **et scitote esse iudicium.** Iuxta hebræũ hr. **propterea scietis q̃ iudiciũ.** Intẽdit iob q̃ iudicium superest in alia uita. & de illo dicit propterea scietis q̃ iudicium est / propter iniquitates uestras scietis experientia teste q̃ iudicium superest.

CAPVT .XX.

REspõdit autem zophar naamathites. Tertius socius tertio loco respondet iterum. **et dixit. Idcirco cogitationes mee uarie succedunt sibi.** Iuxta hebræũ hr. **Idcirco cogitationes mee facient respondere me.** Dixerat in postremis uerbis iob q̃ ira gladii imminet iniquitatibus: accæpitq̃ zophar hanc sententiam ex ore iobis confessam / & dicit. idcirco / hoc est propter hanc quam confiteris sententiam q̃ ira diuini gladii decreta est iniquis, cogitationes meæ quæ fundãtur super hac sententia facient respondere me / tuendo & prosequendo quæ prius dixeram & quæ socii dixerunt: uz q̃ ira dei est propter iniquitates. ¶ Vbi aduerte q̃ zophar iuertit iobis uerba ad suum propositum non ignoranter sed sciens & prudens illudendo iobi: ut in sequenti capitulo iob testat̃. comminatus siquidem fuerat iob in calce præcedentis capituli iram gladii diuini decretam iniquis / intendens loqui de ira iudicii diuini post hominis mortem: zophar uero q̃uis sensum iobis intelligeret, uerba tamen iobis festinus accæpit / & inuertit utendo illis pro sententia sua tanq̃ iob confessus fuerit sententiam sociorum suorũ: & propterea festinãter inchoat ab occasione sumpta ex uerbis iobis dicẽdo ideo &c. **& mẽs in diuersa rapitur / doctrinam qua me arguis audiam.** Iuxta hebræũ hr. **et pro festinatione mea in me / correctionem erubescẽtie mee audiam.** Insinuat ipsemet zophar festinationem propriam ad respondendum: hoc est q̃ quum audiuit iobem confiteri q̃ ira diuini gladii decreta est iniquis / statim ex ore iobis festinanter accæpit uerbum tanq̃ ad confutandum iobem uerbis ipsiusmet iobis. & pro huiusmodi festinatione petens ueniam, præoccupando correptionem quam meretur (indecens. n. est huiusmodi festinatio) offert se auditurum pro festinatione sua qua usus est correctionem erubescentiæ suæ / hoc est facientem ipsum erubescere. **et spiritus intelligentie mee respondebit mihi.** Iuxta hebræũ hr. **et spiritus ab intelligentia mea testificabitur mihi.** Intelligentiam suam zophar appellat sententiã quã ipse intelligebat / quam profitebatur: uz q̃ ira dei decreta est iniquis. spiritũ autẽ ab huiusmodi ueritate intellecta procedentem appellat impulsum internum in mentibus hominum / & etiam in uerbis ipsius iobis apparentem tanq̃ iob ab huiusmodi spiritu actus protulerit uerba illa. & ꝓpterea dicit & spiritus procedẽs ab intelligẽtia mea (hoc ẽ a ueritate a me intellecta) testificabit̃ mihi / utpote cõmunis humano gñi. ¶ **Hoc scio a principio.** Iuxta hebræũ hr. **Num hoc nosti a semper, a constitutione hominis super terram?** Quasi dicat optime nosti. & ad exponendũ semper / subiungit a positione hominis super terram. Nec est perspicuum an zophar crediderit mundum atq̃ hominem fuisse ab æterno an creatum in principio tẽporis ut

moyſes ſcripſit.ſi.n.philoſophorum opinionem ſequebatur/legendum eſt appoſitiue
a ſemper a poſitione hominis ſuper terram:ſi uero ueritatem reuelatæ fidei ſequebatᷣ,
intelligendum eſt poſitionem hominis ſuper terram limitare ſemper.ita ꝙ quum dixiſ-
ſet a ſemper,limitando æternitatem ad tempus quo factus eſt homo/ſubiungit a poſi
tione hominis ſuper terram.perinde acſi dixiſſet a ſemper non ſimpliciter & abſolute
ſed ex quo poſitus eſt homo ſuper terram.Et intēdit per hoc dicere ꝙ non oportet fin
gere reſurrectionem mortuorum cum iudice iniquorum:quoniam ex quo conditus eſt
homo ſuper terram/ſemper iniqui fuerunt puniti a deo.huc.n.tendit uniuerſum capi
tulum hoc:ut in hoc principio & in calce patet. ¶ **Quod laus impiorum bre-
uis ſit:⁊ gaudium hypocrite ad inſtar puncti.** Iuxta hebraū hᷣ. **Quod
cantus impiorum ex propinquo: ⁊ letitia hypocrite vſq; vnius pū-
cti.** Ecce demonſtratum per pronomen hoc (dicendo num hoc noſti) uerificatum ſem
per ex quo poſitus eſt homo ſuper terram.& duo ſignificantur de proſperitate impio
rum:propinquitas ſcʒ ad caſum/& momentanea duratio. Et propinqtas quidem ad
caſum deſcribitᷣ inſtar propinquitatis localis ad perturbantia/dicēdo ꝙ cantꝰ impioꝝ
ex propinquo habet perturbantia & tollentia ipſum.momentaneam uero durationem
ſignificat ad ſimilitudinem morantis uſq; ad unum temporis punctum (hoc eſt quaſi
indiuiſibile momentum) dicendo & lætitia hypocritæ uſq; unius puncti:hoc eſt inſtan-
tis moram. Nominat autem cantum & lætitiam/ut tam internum ꝗ̃ externū gaudiū
compræhendat:& meminit impiorum & hypocritæ ut tam occulte ꝗ̃ patēter iniquos
compræhendat.Et hæc proponit tanꝗ̃ genera miſeriarum quibus iniqui afficiuntur in
hac uita a deo/declaraturus modos quibus ambo uerificātur.zophar.n.ordinate pro-
cedens ad manifeſtandum propoſita,primum manifeſtat ſenſum propoſitorum/pate
faciendo etiam de quibus impiis loquitur:deinde manifeſtat modos quibus uerificatᷣ
propinquitas:& demum quomodo uerificatur celeritas pœnarum. ¶ **Si aſcende-
rit vſq; ad celum ſuperbia eius.** Iuxta hebræum habetur. **Si aſcēdet in ce
lum celſitudo eius:⁊ caput eius nubes attinget.** Dixerat cantum impioꝝ
ex propinquo:& propterea ad confutandum apparentem elongationem proſperitatis
dicit.ſi aſcenderit uſq; ad cœlum (quaſi elongata a perturbantibus) cælſitudo impii,&
caput eius ad nubes attigerit:hoc eſt ad locum excælſum in quo ſuſpicimus nubes. me
taphorico.n.ſermone maxima cælſitudo humanæ proſperitatis deſcribitᷣ. ¶ **Quaſi
ſterquilinium in fine perdetur.** Iuxta hebraū hᷣ. **Sicut ſtercus eius in
perpetuum peribit.** E regione eleuationis ad cœlum ponit eiectiōem ſtercoris pro
prii ad inferiora/non ut recondatur ſed ut in perpetuum pereat. per hanc metaphorā
inſinuans concomitantiam ruinæ ad cælſitudinem:ita ꝙ quemadmodum cælſitudinē
impii hominis concomitatur naturaliter in corpore uiliſſimum ſtercus eiiciendum, ita
in ſtatu excælſo comitatᷣ futura ruina in uilitatē abominabilē.Intēdit.n.ꝑ hoc ꝙ in im
piis proſperitas fert ſecum neceſſitatem cadendi quemadmodum neceſſitatem egeren
di.& propterea dicit ꝙ in perpetuum peribit ſicut ſtercus eius. **et qui viderunt/di
cent vbi ipſe:** hoc eſt qui cum uiderant in tanta cælſitudine/aſpicientes illius ruinam
admirādo dicent ubi ipſe eſt:locum tam ſordidum aut nullum inter humanas dignita
tes conſiderātes. ¶ **Velut ſomnium auolans.** Optime interpretatus eſt hebrai-

eam literam Sicut somnium volabit. quoniam subintelligitur relatiuum: & est sensus sicut somniū quod uolabit. postq̄.n.zophar manifestauit quo sensu intelligat prosperitas impiorum ex propinquo ex metaphora præcedente/declarat consequenter quo sensu intelligatur eorundem prosperitas momentanea, assimilando eam somnio/non retento in memoria sed uolanti a memoria somniantis. Et proprerea subiungit. non inuenietur. Iuxta hebræum hr. et non inuenient illud. qui somniauerunt. transiet sicut visio nocturna. Iuxta hebraū habet. et profugus erit sicut visio noctis. Assimilatur secundo impius diues uisioni noctis: hoc est spectris seu simulachris apparentibus in nocte timentibus hominibus in uigilia, aiunt.n.uidisse se imaginem quandam quæ uelut profuga non apparet amplius. Assimilatur ergo prosperitas impii somniis & spectris statim transeuntibus, ad insinuandum tum eam esse ualde uanam/tum nullius durationis. Vnde & subiungitur. Oculus qui eum viderat non videbit. Iuxta hebraū hr. Oculus vidit eum & nō adiciet. proculdubio ad uidendum iterum. De simulachro uiso in nocte dicitur oculus uidit illud semel secundum existimationem uidētis, & quum uult iterum uidere illud non uidet amplius. momentaneam.n.durationem per hanc similitudinem insinuat. neq; vltra intuebitur eum locus suus. Particula hæc metri causa transposita est. pertinet.n.ad metaphoram localem primo dictam si ascenderit in cœlum &c. Ita q; coinntelligenda est in calce illius metaphoræ postq̄ scriptum est ubi ipse subiungitur.n.& nō adhuc uidebit eum locus eius: hoc est & non redibit ad pristinam celsitudinem.

¶ Filii eius atterentur egestate. Iuxta hebraū hr. Filii eius placabunt pauperes. Manifestat consequenter zophar de quibus impiis loquitur: ve3 de perseuerantibus in iniquitate. Et oportuit hoc manifestare, quia iobi quem censebant ex propria iniquitate percussum/fœlicitatem si conuerteretur ad deū & bona opera promiserant. Describit itaq; perseuerantem impium ab operibus filiorum placantium pauperes qui conqueruntur de patre. Ac si apertius dixisset. de illo impio loquor qui sic perseuerat ut non ipse placet pauperes querulos/sed filii eius hoc faciunt officium: qa pater tam terribilis est usurpator alieni ut pauperes queruli non possint habere quod suum est ab eo. et manus illius reddent ei dolorem suum. Iuxta hebræum hr. et manus eius restituent male partum. Manus filiorum demonstrantur restituentes pauperibus male acquisita a patre/ad uitandum infamiam ex clamoribus pauperum consurgentem: contingit.n. nōnunq̄ hoc officium fieri a filiis inuito patre. ¶ Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius. Iuxta hebraū hr. impleta sunt pueritiis eius. Et est sensus q; perseuerauit in uitiis a pueritia sua. ossa.n. sustentantia corpus/pro moribus & consuetudinibus sustentātibus moralem uitam ponuntur repleta pueritiis: hoc est uitiis etiam a pueritia contractis. iam.n. dictum est q; perseuerantes impios intendit describere. propter quod & subiūgit. et cū eo in puluere dormient. Ecce perseuerātia uitiorum usq; ad mortem: utpote quæ comitabuntur eum usq; ad puluerem sepulchri seu cadaueris.

¶ Quum.n. dulce fuerit in ore eius malum. Iuxta hebraū hr. Si dulcebit in ore eius malum. Postq̄ manifestauit q; loquitur de impiis perseuerantibus, adiungit modum ac rationem quo & qua aliquis perseuerat in malo morali. Et consi

stit tam modus q̄ ratio in delectatione.ideo.n.perseuerat homo in mala uita quia delectat̄ in malis operibus.Describit itaq; huiusmodi delectatiōem ad instar cibi dulcis/ qui retentus intra os delectat, dicendo si malum (proculdubio morale) dulcebit.hoc est tanq̄; cibus dulcis in ore eius delectabit animum eius.abscondet illud sub lingua sua.Prosequitur similitudinem delectati in dulcedine cibi dulcis in ore,q; ad continuandam delectationem non transglutiet cibum dulcem,sed tanq̄; absconditum sub lingua retinebit:ut hinc intelligamus q; delectatio faciet retinere id quod delectat ut cōtinuet̄ delectatio. Parcet illi.Iuxta hebraū hr̄. Miserabitur super illud. Quod potest dupliciter exponi.primo ut intellexit interpres antiquus / non deglutiet illud.& sic cōtinuatur similitudo explanando magis illam.Secundo ut explicetur hypocrisis eorum qui delectantur in malo,dicendo miserabitur super illud/ proculdubio malum:hypocritæ.n.audiendo homines opprimi/miserantur eos,& tamen nō desistūt ab oppressione hominum,& propterea subiungitur.et non derelinquet illud.sed retinebit.et celabit in gutture suo.Iuxta hebraū hr̄.et prohibebit illud intra palatum suum.ad instar cibi dulcis prohibebit ne exeat a palato suo.Ecce modus quo perseuerat homo in malo declaratus est ex similitudine retinentis rem dulcem diutius in ore quia delectat.

Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Vltima dictio (scilicet intrinsecus) iuxta hebraū hr̄.prope eum.Incipit zophar declarare q; facultates impiorum habent malum propinquum,declarando hoc in comestis/in suctis/in habitis a natura/in solutionibus/in cōmutationibus & in accumulationibus. Inchoādo itaq; a facultatibus uoratis/appellat eas panem eius: quia tanq̄ panem suum reputat eas impius.& dicit q; quemadmodum comestus cibus in uisceribus uertitur in amaritudinem similem amaritudini existentium prope serpentes,ita facultates uoratæ uertentur in amaritudinem impii tanq̄; habentes prope serpentes regulos.Quia.n.propria nomina animalium minus certa sunt apud hebræos/ ideo uarie transferuntur ab interpretibus.& quoniam non legimus aspidem sed regulum infi cere propinqua,ideo melius legeretur regulorum q̄ aspidum. Diuitias quas deuorauit euomet.Iuxta hebraū hr̄. Substantiam deglutiuit & euomuit eam.Declarat panem dicendo substantiam.& substantiæ nomine significatur aurum argentum & uniuersaliter quicquid possidemus.Declarat & amaritudinis effectum instar uomitus/ad significandam inuitam restitutionem seu extractionem. propter quā subiungitur.et de ventre illius extrahet eas deus.Nomen est el.diuina enim fortitudo scribitur extractura deglutitas alienas res de uentre impii: hoc est etiam de penetralibus eius.

Caput aspidum suget.Si legendum est caput/non est legendum aspidum sed uiperæ.nam zophar hæc dicens/ credidit scriptoribus narrantibus q; fœmina uiperæ concipit ex sputo/quod perspicuum est ex capite immitti.& propterea dicit suget caput:quoniam tanq̄ sugendo sputum concipit.Quæ suctio significare potest amputationem capitis masculi quam scribunt interuenire in tali coitu.aiunt.n.masculum spuere in os fœminæ/quæ amputat illius caput.Et per hoc significatur impii iniquitas occidentis etiam hominem ut habeat facultates illius.Pœna autem subiungit̄ dicēdo.et

occidet eum lingua vipere. Legendum esset. lingua cerastis. uel lingua naderos. de his. n. serpentibus legitur q lingua est uenenosa. Et apte hæc pœna redditur culpæ prædictæ. Si uero quia hæc fabellis similia a physicis creduntur/legitur. Venenum reguli suget: occidet eum lingua naderos. seu cerastis. significat propinquitas ruinæ in suctis. reipublicæ siquidem bona tanq matris ubera sucta ab impio insinuantur sicut in uenenum incurabile sugat sibiipsi impius. Et quia ad usurpandũ reipublicæ honores officia atq res/utitur officio linguæ alienæ & propriæ, ideo adiungitur q uenenosa lingua occidet eum. Et ueneno reguli attribuitur sugi/quia sola respiratio sufficit ad hoc ut homo inficiatur ueneno reguli propinqui.

¶ Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri. Iuxta hebræũ hr. Nõ videbit in partitiõibus: flumina torrentũ mellis & butyri. In acquisitis ex naturalibus operibus apum & uaccarum propinquum impio malum pœnæ describitur: q cum tanta copia mellis & butyri abundet ut tanq fluenta torrentum impetu magno currentium sint, tam amara est illius animo auaro distributio butyri & mellis pro usu domesticorum famulorum & seruorum q ex industria non uidebit huiusmodi partitiones/ne crescat tristitia sua uidendo huiusmodi partitiones. Et in melle ac butyro intellige reliqua. ¶ Luet que fecit omnia nec tamen consumetur. Iuxta hebræũ hr. Reddet laborem & non deglutiet. In solutionibus propinquum impio malum describitur: q quando soluit mercedem laboris illis qui laborauerunt in uineis agris uel aliis exercitiis, tanta afficitur passione auaritiæ ut comedendo non deglutiat: hoc est ut non exerceat officium gutturis, quod est delectari cibo atq potu. in gutture. n. huiusmodi delectatio sentitur. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic & sustinebit. Iuxta hebræũ hr. sicut substantia permutatio eius & non letabitur. In commutationibus emendo res quibus op⁹ ẽ/ malum propinquum impio describitur: q q̃uis commutatio eius dãdo pecuniam pro rebus sit sicut substantia (hoc est sit opportuna ac utilis sicut reliqua quæ possidet) nõ tamen lætabitur/quia nummos proprios minuit.

¶ Quoniam confringens nudauit pauperis domum: rapuit & non edificauit eã. Iuxta hebræũ hr. Quia fregit/reliquit pauperes: domum rapuit & non edificabit eam Interserit iniquitates impii tres. Prima est fregit. & sub hac compræhẽduntur omnia mobilia male acquisita: nam tanq frangendo res alienas mobiles partem tollunt. Secunda est reliquit pauperes. & sub hac compræhendit̃ uniuersa erga pauperes animi cruditas. Tertia est domum rapuit. & sub hac compræhenditur omnium immobilium occupatio. Significanter autem adiũgitur & non ædificabit eam/ad insinuandũ q rapuit domum nõ indigentem restauratione: ut intelligamus q nõ rapuit bona imobilia ruentia & instauratiõe indigẽtia/sed optima.

¶ Nec est satiatus venter eius: & quũ habuerit que cõcupierat/possidere nõ poterit. Iuxta hebræũ hr. Quia non sciuit pacificatiõem in ventre suo: in cõcupito suo non euadet. In accumulationibus rerum declarat̃ malum propinquum impio/inchoando a desideriis. Et ait. quia nesciuit in uentre suo/hoc est in animo suo, pacificationem/hoc est facietatis quietem, ideo non euadet in concupito suo: hoc est quia animum habuit insaciabilem, ideo semp habet animũ illaqueatũ

aliquo

aliquo concupiscibili / ita φ non potest euadere a laqueo concupiscibilium. ¶ Non remansit de cibo eius: ꝛ propterea nihil permanebit de bonis eius. Iuxta hebræũ hr. Non reliquie cibo eius: super sic non faciet expectare bonum suum. Ad cumulum seruandi facultates/impius miser disponit ut non sint reliquiæ cibo suo: hoc est ut tam modicum paretur sibi pro cibo ut non supersint reliquiæ: & tamen non assequetur intentam durationem rerum suarum. hoc enim significatur dicendo / super sic non faciet bonum suum expectare: hoc est plꝰ durare. ¶ Quũ saciatus fuerit arctabitur ꝛ estuabit: ꝛ omnis dolor irruet sup eum. Iuxta hebræum habetur. In implere sufficientiam suam angustia ei: omnis manus laborantis veniet ei. Postremo describitur propinquum malum impio in accumulatiõe rerum ad sufficientiam suam: dicendo φ quis fructus omnium laborantium sint prouentus ipsius / tamen angustia erit ei. Et hic terminatur declaratio primo propositi a zophar: vcʒ cantus impiorum ex propinquo.

Vtinam impleatur venter eius / vt emittat in eum iram furoris sui. Iuxta hebræum habetur. Erit in implere ventrem suum/ mittet in eum iram furoris sui. Intendit manifestare consequenter alterum propositum: vcʒ & lætitia hypocritæ usqꝫ ad unum punctum. Vbi prudens lector etiam considerabis φ propinquitatem mali manifestauit ex intrinsecis passionibus ipsius impii: paruitatem autem temporis manifestat ab extrinseca diuina punitione. & ad insinuandum celeritatem diuinæ punitionis dicit / φ non expectabit deus φ impius sit repletus concupitis: sed erit hoc φ dum implet impius uentrem suum (hoc est dum studet ad saciandum animum suum) mittet/ proculdubio deus, in eum iram furoris sui. Et declarando hanc iram subiungit. et pluet super illum bellum suum. Ad instar pluuiæ describitur prælium diuinum aduersus impium/ad insinuandum tum multitudinem præliantium tum impossibilitatem resistendi. Quale autem sit hoc præliũ / subiungit declarando illud per partes. Et si diligentius perspectæ fuerint subiunctæ partes, apparebit φ zophar quanuis in communi de impiis loquatur/carpit tamẽ manifeste iobem, nam colligit afflictiones iobis inchoando a percussione personæ ipsiꝰ iobis sub metaphora pcussi a sagitta: sub qua metaphora iob in cap. 16. descripserat se percussum. ¶ Fugiet arma ferrea: ꝛ irruet in arcum æreum. Iuxta hebræũ secunda particula hr. transibit eum arcus chalybis. Prosequendo similitudinem pluuiæ/assimilat impium fugienti pluuiam. & dicit φ fugiet a præliantibus gladiis ferreis, & percutietur a sagittariis habentibus sagittas ex chalybe/quod est ualentius ferro: hoc est fugiet minora mala & percutietur maiori malo. Et ad literam intendit φ impii euadunt illæsi a multis malis minoribus / sed non euadunt maiora mala diuini furoris. sæpe enim uidemus impios euadere multa pericula. ¶ Eductus ꝛ egrediens de vagina sua: ꝛ fulgurans in amaritudine sua. Iuxta hebræum habetur. Euaginauit ꝛ exiuit ex intimo eius ꝛ fulgur ex felle eius. Lege uerba iobis cap. 16. & perpendes zophar aduersus iobem describere ipsius percussionem. ille dixit scidit renes meos & effudit fel meum: iste dicit φ sagitta chalybis penetrauit intima impii / sic φ tanqꝫ in uagina conclusum gladium

oportuit educere illam. ad ſignificãdũ.n.ꝙ tota ſagitta penetrauit eũ/ dicit euaginauit. & ad euaginationis metaphorã explanandum addit & exiuit ex intimo eius/ procul dubio ſagitta: de qua ſubditur & fulgur ex felle eius. chalybs.n. ſplendens deſcribitur ad ſimilitudinem fulguris. Idem autem ſignificatur per fel & per intimum / nec ſuperflue: quia hebræa non ſonat intimum ſed intra: & adiungendo fel/ exprimitur intimũ. Percuſſio itaq; perſonæ iobis penetrans intima/ deſcribitur propter impietatem eius a prælio diuino effecta. **Vadent et venient ſuper eum horribiles**. Iuxta hebræum habetur. **ibit ſuper eum terrores**. Sic iacet in hebræo. & eſt ſenſus ꝙ multitudo terrorum ibit ſuper eum. Et hoc quoq; dixerat de ſeipſo iob in cap.7. eſt enim ſermo de terroribus ſomniorum & uiſionum. ¶ **Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis eius**. Parui refert ꝙ hebraice habetur. **Omnis obſcuritas abſcondita abſconſionibus eius**. Expoſitio eſt præcedentis clauſulæ. appellatur enim obſcuritas abſcondita obſcuritas inuiſibilis: qualis erat obſcuritas terrentium iobem. Et appellat abſconſiones eius ſegregationes ipſius iobis ab aliis: quando uc3 erat ſolus alicubi tanq̃ ſi eſſet abſconditus. tunc enim apparebant ei terrentia eum. **Deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur**. Iuxta hebræum ultima dictio habetur. **ſufflatus eſt**. ignis enim non ſufflatus ſcribitur. Et appellatur ignis non ſufflatus / ignis non ab homine accenſus: qualis ſcribitur tempore abrahæ ſuper ſodomam / & tempore eliæ ſuper quinquagenos. Et ad literam loquitur de igne qui conſumpſit oues iobis / ut narratur in principio libri huius. **affligetur relictus**. Iuxta hebræum habetur. **frangetur remanſio in tentorio eius**. Et conſequenter intelligendo / remanſionis nomine appellat filios, qui naturaliter remanſuri ſunt in paterna domo. ſecundum hiſtoriam nanq; fracti fuerunt filii / concuſſa domo in qua erant & ſuper eos ruente.

¶ **Reuelabunt celi iniquitatem eius**. Iob aſſeruerat ſe iuſtum, & in teſtes attulerat deum in cœlis & terram non operientem cadauer eius: ut patet. cap. 16. zophar autem affert cœlos & terram / factis detegere iniquitatem iobis. Et de cœlis quidem poſtq̃ ignem non ſufflatum qui de cœlis conſumpſerat oues / & contritionem filiorũ a uento qui fit in aere (quem hebræi inter cœlos ſupputant) attulerat, quaſi concludendo dicit reuelabunt cœli iniquitatem eius. De terra autem ſubiungit. **et terra conſurget aduerſus eum**. Rectius iuxta hebræum habetur. **et terra ſurgens ei**. Et eſt ſermo de ſabæis & chaldæis qui diripuerunt armenta iobis &c. Vnde ſtatim ſubiungitur ad declarandum hunc ſenſum. **Apertum erit germen domus illius: detrahetur in die furoris dei**. Iuxta hebræum habet. **Captiuabit fructum domus eius: tractiones in die furoris eius**. Terra ſurgens aduerſus iobem captiuauerat armenta fructum domus iobis. Dictio autem interpretata tractiones / non plene exprimitur: quoniam hebraica dictio ſignificat uiolentas tractiones quæ fiunt trahendo aliqua ſuper imam terram: quod uulgari italico dicimus ſtracinare. huiuſmodi enim tractiones deſcribuntur ad deſcribendum uiolentam cum feſtinatione deductionem armentorum. Diem autem furoris eius (.i. impii) intellige paſſiue: hoc eſt furoris quem impius patitur.

¶ Hec est pars hominis impii a deo. Nomen est elohim. Ne putares q̄ deſcripta mala poenæ euenirent casu impiis/concludit zophar q̄ a deo summo iudice decreta est pars hæc impiis. et hereditas verborum eius a domino. Iuxta hebræū hr. et hereditas dicti eius ab el. Tanq̄ hæreditaria portio congeries afflictionum asseritur decreta impiis a deo forti ad puniendum: ut intelligamus deberi impiis iure mala poenæ/quemadmodum debetur eis hæreditas. Et dicit hoc ad excludendum iustos tanq̄ extraneos ab huiusmodi hæreditate: ad significandum q̄ soli impii affliguntur a deo. Meminit autem dictorum impii ad insinuandum etiam peccata oris/q̄ etiam propter illa punitur impius a deo.

CAPVT .XXI.

Respōdit autē iob/ & dixit. Audite queso sermōes meos. Iuxta hebræū hr. Audite audiendo sermonem meum. Quia zophar interruperat sermonem iobis festinanter accipiens uerbum ex ore ei⁹, ideo iob patienter audito sermone zophar rogat respondēdo ut audiant non qualitercunq; sed audiendo: hoc est perseueranter usq; ad finem. et agite penitentiam. Iuxta hebræū hr. et erit ista consolatio vestra. hoc est & patientia audiendi erit uestra consolatio pro qua uenistis. pronomen.n. ista/demonstrat patientiam audiendi. Pronomen autem uestra/non passiue sed actiue (hoc est a uobis) demōstrat: perinde acsi dixisset & erit patientia audiendi loco uri officii consolādi me. ¶ Sustinete me vt ego loquar: & post mea si videbitur/verba ridete. Sētentia recte redditur. nisi q̄ interpres addidit illas duas dictiones si uidebitur: & mutauit singulare in plurale. nam interpres scripsit ridete: iuxta hebræum autem habetur irride. Omnes quidē rogat ut patienter audiant: sed quia solus zophar irriserat eum inuertendo uerba iobis contra eum, ideo singulariter dicit irride seu subsanna.

¶ Nunquid contra hominem disputatio mea est. Iuxta hebræum habet. Nunquid ego ad hominem eloquium meum. Iustificauerat se iob manifestando fidem & spem suam in deum redempturum ipsum &c. zophar autem hypocrisi iobis professionem hanc attribuens/nisus est probare esse figmentum quia semper impii fuerunt puniti in hac uita a deo: & propterea iob respondendo ad zophar/incipit a confirmatione professionis suæ de uenturo mesia & futura resurrectione &c. Suam itaq; professionem demonstrat dicendo eloquium meum. & est sensus/nunquid ego ad hominem professionem meam habeo? quasi dicat minime sed ad deum: hoc est non spectando ad testimonium humanum sed ad testimonium diuinum professus sum fidem qua iustificor. Intendit.n. per hoc manifestare q̄ non ficte sed in ueritate locut⁹ ē ea quæ dixit de futura uita: q̄a de⁹ nō pōt falli/quia nō est loc⁹ fictiōi inter hoīem & deū sed iter hoiem & hoiem. Ad excludēdū ergo fictionē dicit nunqd ego ad hoiem eloquiū meū habui/nūqd ego ad cōplacēdū hoī dixi hæc: hoc ē nunqd finxi hæc ad cōplacendū deo quasi hoi adulādo sicut fit iter hoies? vt merito non debeam

contristari? Iuxta hebræũ hr̃. et si/quare nõ decurtabit se spũs meꝰ? hoc est et si uerum est ꝙ eloquium meum non est ad hominem sed uerum coram deo, quare spiritus meus nõ decurtabit se quo ad pollicita præsentis uitæ? ad socios siquidem monentes iobem ut speraret fœlicitatem præsentis uitæ (quod esset protrahere spem in lõgum) respondet quare non decurtabit se spiritus meus/nulla est rõ quare spiritꝰ meus protrahat in longum præsentis uitæ spem & non decurtet illam. si non superessent bona futuræ uitæ/protraheret forte spiritus meus spem in hac uita: sed existẽte uero quod dixi/nulla est ratio protrahendi sed decurtãdi: utpote qui sum iam fere mortuꝰ/ ut priꝰ patefeci. ¶ Attendite me ⁊ obstupescite: ⁊ superponite digitum ori vestro. Iuxta hebræũ hr̃. Vertite ad me ⁊ admiramini: ⁊ ponite manum super os. Tria monet seruanda a sociis circa tantum mysterium futuri iudicii & resurrectionis. Primum est uertite ad me/non corpoream faciem sed mentis consideratiõẽ uertite ad mea dicta. per hoc. n. excludit contemptum dictorum. Secundum est & admiramini magnitudinem mysterii. & per hoc excludit temerarium iudicium. Tertium est ponite manum super os: hoc est silete/continete sermones uestros a blasphemia redẽptoris uestri. ¶ Et ego quando recordatus fuero pertimesco: ⁊ cõcutit carnem meam tremor. Parui refert ꝙ hebraice hr̃. Et si recordatꝰ fui ⁊ fui territus: ⁊ apprehendet carnem meam tremor. Nõ miremini ꝙ monuerim uos considerare admirari & tacere: qñquidem sola recordatio (hoc est ad mentem reuocatio) futuri iudicii/gignit in me terrorẽ tãtũ in aĩo ut redũdet in carnis tremorẽ.

¶ Quare ergo impii viuunt. Iuxta hebræũ hr̃. Quare impii viuent. Confirmata professione fidei suæ iob accedit ad monstrandum futuri iudicii necessitatem ex parte impiorum qui in hac uita non puniuntur. ita ꝙ duo simul officia facit: dum & mõstrat quosdam impios in hac uita impunes (quod est directe contra doctrinam sociorum) & hinc necessitatem futuri iudicii ad puniendum dictos impios infert. Ad monstrandum autem quosdam impios in hac uita non puniri, inchoat a fœlici quorundam impiorum in hoc mundo uita. & describendo fœlicitatem eorum/incipit a bonis naturæ, dicendo quare impii uiuent/integra incolumitate? Et inchoat interrogatiue/quia responsurus est in hoc eodem capitulo. et subleuati sunt. Iuxta hebræum hr̃. et senescent. Ecce aliud bonum longæuæ uitæ. cõfortatiq; sunt diuitiis? Iuxta hebræũ hr̃. et roborati sunt substantia? hoc est auro/ argento & reliquis bonis fortunæ. ¶ Semen eorum permanet coram eis. Iuxta hebræũ hr̃. Semen eorum directum coram eis cum eis. Tria bona relatiue ad filios describuntur: ye; ꝙ filii bene directi sunt/& ꝙ directio hæc est coram parentibus non in partibus remotis/ & ꝙ filii concordes sunt parentibus. huiusmodi enim unanimitas significatur dicendo cum eis. propinquorum turba ⁊ nepotum in conspectu eorum. Iuxta hebræũ hr̃. et germina eorum in oculis eorum. Agrorum & uinearum germina describuntur & non a remotis sed in eorum oculis. ¶ Domus eorum securæ sunt ⁊ pacatæ. Iuxta hebræum habetur. Domus eorum pax a timore. Præcipuum domesticæ familiæ bonum pax describitur tanta ut etiam externo careat timore. et non est virga dei super illos. Nomen est eloha. significatur enim ꝙ deus iudex non flagellat eos. ¶ Bos eorum concepit ⁊ non

abortiuit. Iuxta hebræũ hr. Bos eorum grauidauit & non abominabit. De tauris est sermo:& dicitur q tauri eorum non abominantur consortia armétorum/ sed uacant ad grauidandum uaccas. Vacca peperit & nó est priuata fetu suo. Iuxta hebraeũ hr. euadet vacca eorum & non abortiet. hoc est multitudo uaccarum eorum euadet pericula uentris & non abortiet sed tépore cógruo pariet. ¶ Egredientur quasi greges paruuli eorum: & infantes eorum exultant lusibus. Iuxta hebræũ hr. Mittent sicut pecudes filios suos: & pueri eorum saltabũt. Multitudo & exultatio filiorum paruulorum describitur. ¶ Tenét tympanum & citharam: & gaudent ad sonitum organi. Iuxta hebræũ hr. Eleuabitur in tympano & cithara: & letabũtur ad vocem organi. Eleuabũt uel seipsos saltando/uel uoces cantando. Nec ponderes nomina musicorum instrumétorum: sed intellige illa quorum usus est in huiusmodi. ¶ Ducunt in bonis dies suos. Iuxta hebræũ hr. Consument in bono dies suos. Perseuerantia in bono fœlicitatis mundanæ usq ad mortem describitur. et in pũcto ad inferna descẽdunt. Iuxta hebræũ hr. et in puncto foueæ frangentur. Ad complementum fœlicitatis pertinet q morituri non longa ægritudine uexentur sed breuissima, & talis breuitas describitur dicendo & frangentur ægritudine non longa sed in puncto foueæ: hoc est tã breui perinde ac si esset in momẽto sepulchri. ¶ Qui dixerũt deo. Iuxta hebræũ hr. Et dixerunt ad el: recede a nobis/& scire viarum tuarũ nolumus. Non sat fuit descripsisse istos impios in principio: sed in calce describit eos contẽptores dei fortis ad puniẽdũ eos: Et quattuor blasphemias eorum refert. prima ẽ recede a nobis: hoc est a nr̃o cultu & a nr̃a gubernatiõe. Secunda est scire uiarum tuarum nolumus: hoc ẽ documenta uiarum tuarum ad hoies/& uiarum ducentiũ hoies ad te nolum⁹, respuunt. n. nosse tã gratiam & ueritatẽ quæ sunt uiæ dei ad hoies/q̃ præcepta dei quæ sunt uiæ dei ducentes homines ad deum. ¶ Quis est omnipotens vt seruiamus ei. Vt alias diximus/hebraice habetur quis saddai: hoc est uincens omnia, negãt enim hac tertia uoce inueniri deum omnipotentem: & inde inferunt negationem seruitutis suæ ad colendum eum. et quid nobis prodest si orauerimus illum: Sententia reddit': significat'. n. hac quarta blasphemia uanas esse pces q̃ fundunt' deo.

¶ Verũtamen quia non sunt in manu eorum bona sua. Iuxta hebræum hr. Ecce non in manu eorum bonum eorum. Descripta fœlicitate impiorũ declarat iob quale est uniuersum bonum fœlicitatis eorum, dicendo, ecce/demonstrando uniuersum bonum descriptæ fœlicitatis, non in manu (hoc est in potestate) eorum est bonũ eorum. Duo siquidem sunt genera bonorum hominis, alterum bonorum quæ sunt in potestate hominis: qualia sunt bona animi/uirtutes scz, alterum bonorũ quæ nõ sunt in potestate hominis: qualia sunt bona naturæ & bona fortunæ. Ad differẽtiam itaq bonorum animi, dicit de bonis impiorum/ecce nõ in manu eorum bonũ eorum. Et propterea merito subiungit. consilium impiorũ longe sit a me. Iuxta hebræũ hr. lõge fuit a me. ego. n. studui ad acqrenda & accumulãda bona q̃ sunt in hois potestate: ut sunt uirtutes ai, quas null⁹ inuit⁹ amittit/q̃ue nulli nisi uolẽti & studioso cõmunicant': bona aũt tã naturæ q̃ fortunæ & ab inuitis auferunt'/& absq nr̃o labore sæpe habẽt': ut patet i hæredib⁹. ¶ Quoties lucerna ipiorum extinguet & superueniet eis

inūdatio. Iuxta hebræū secūda particula hr̃. et Veniet super eos fractio eoꝝ. Mouerat q̄stionē quare ipii uiuāt &c. respōdet q̄sito q̄ quoties ipii frāgent̃ ægritudine & extinguetur uitalis lux eorū. et dolores diuidet furoris sui. Iuxta hebræū hr̃. dolores distribuetur in furore eius. Ita iacet in hebræo. & est sensus/dolorum multitudo distribuetur in furore dei. Ecce responsio ad quæsitum/q̄ ideo impii fœlicitate huius tēporis gaudent q̄a reseruantur ad dolores post mortem. Significanter autē dicit dolores distribui/quia secundum merita partit̃ deus impiis pœnas sensus appellatas dolores. ¶ Erunt sicut paleæ ante faciem uenti: ꝛ sicut fauilla quā turbo dispergit. Iuxta hebræū hr̃ secunda particula. et sicut gluma / furatus est eam turbo. Non solum pœna sensus sed etiam pœna dāni describitur post mortem q̄ eiicientur impii a facie dei ut res quæ pro nihilo habentur / ut fœnum seu palea quæ pellitur a uēto/ & ut gluma seu quisquilia quam turbo surripit. Et disparitas metaphoræ insinuat q̄ pœna damni/non æque molesta est impiis: sed unus ægre fert eam magis q̄ alter. ¶ Deus seruabit filiis illi⁹ dolorem patris. Iuxta hebræum hr̃. Eloha reseruabit filiis illius male partum eius. hoc est deus nō puniet mortuum priuando filios male acquisitis a patre. dicit. n. hoc cōtra socios/ dicētes patres puniri in filiis. Vbi prudens lector aduerte, dupliciter posse intelligi peccata parentum puniri in filiis: uel relatiue ad mortuos uel relatiue ad uiuentes in hac uita. Et iob quidem dicit deum non punire peccata parentum in filiis relatiue ad parētes mortuos. Et uerum dicit: quia pœnam debitam mortuis non transfert in filios. In multis autem locis sacra scriptura dicit deum punire peccata parentum in filiis etiam usq̄ ad tertiā & quartam generationem. & uerum est relatiue ad uiuentes uel parentes ipsos uel alios: ut uel sic moneātur. et quum reddiderit tunc sciet. Iuxta hebræū hr̃. reddet ei ꝛ sciet. Deus iudex non puniet filios pro patre mortuo, sed reddet ei patri mortuo & sciet: hoc est & cognoscet pœnam qua punitur. Et in hoc tangit rationem utriusq̄/affirmationis ỿc; & negationis: hoc est & quare non punit filios pro patre mortuo (quia pater mortuus ignorat quid erga filios agitur) & quare punit patrem mortuum in se ipso quia cognoscit se puniri. uiuit. n. secundum animam/& notitia intellectuali percipit se puniri. Propter quod subdit̃. Videbunt oculi eius interfectionē suā. Iuxta hebræū hr̃. fractionem suam. Quia res intellectualis ordinis occultæ sunt nobis (qui per sensibilia duntaxat cognoscimus illas) ideo pœna animæ intellectiuæ separatæ a corpore significatur ad instar sensibilis fractionis: ut intelligamus dolores animæ saltem similes doloribus quos sentimus dum franguntur membra. et de furore omnipotentis bibet. Nomen est saddai. Assimilatur secundo pœna animæ furori bibito, ut intelligamus pœnam penetrare intima animæ/quēadmodum bibitum penetrat intima corporis. Assimilatur itaq̄ pœna animæ & extrinsecæ fractioni & intrinseco bibito/ut plenus dolor intelligatur. ¶ Quid. n. ad eum pertinet de domo sua post se: ꝛ si numer⁹ mensium ei⁹ dimidietur? Iuxta hebræū hr̃. Quia que complacentia eius in domo sua post se: ꝛ numer⁹ mensium eius conclusi fuerunt? Quia dixerat deum non punire filios pro patre mortuo, ideo rationem reddit suæ sententiæ ex hoc q̄ anima defuncti nullam habet complacentiā aut displicentiā de cōtingentibus domui quōdam eius, & rō reddita est superi⁹ in cap. 14.

quia animæ defunctorum nesciunt quæ fiunt hic. Dicit ergo, quia quæ/ quasi dicat nul la, complacentia eius/idest patris, in domo sua/idest in filiis suis, post se/ ad differentiã complacẽtiæ quam habet pater in filiis suis coram se. Adiungit autem & numerus men sium eius clausi sunt: hoc est quando iam est mortuus / ad differentiam complacentiæ quam pater uiuens habet uidendo q filios suos post se relinquet diuites & in pace &c. Et tota sententia est interrogatiue legẽda: quasi dicat nulla est complacentia/ & pari ra tione nulla est displicentia.

¶ Nunquid deum docebit quispiam scientiam? Nomen est el: & ultima dictio rectius interpretatur sapere. Aptissime siquidem iob post narratum diuinum iudicium erga impios in alia uita/subiungit nunquid deum fortem ad puniendum hic & ibi docebit aliquis sapere? ut sc. aliter iudicet/ut non reseruet impios puniẽdos in alia uita. Et dicit hoc quia nouerat multos ægre ferre huiusmodi dilationẽ: unde & pro phetæ sæpe proponunt hanc quæstionem deo. et ipse excelsos iudicabit. Ratio redditur quare nullus potest docere deum/ab officio diuino quod est iudicare cœlos. ni hil. n. excælsius cœlis apparet: & ideo nominantur per antonomasiam excælsi. fatuum est autem cogitare ut quis doceat iudicem cœlorum. Et hinc insinuatur q apud anti quos certe credebatur cœlos esse animatos. Et dicit iudicabit/qa pseuerat iudex.

Iste moritur robustus et sanus/diues & felix. Iuxta hebraũ hr. Iste morietur in proprietate perfectionis sue: totus ipse quietus ac pa cificus. Postq̃ iob mõstrauit futuri iudicii necessitatem ex parte impiorũ fœlicium in hac uita, respondet ad obiecta a sociis de ãnexis miseriis prosperitati impiorum: respõ det autem distinguendo de impiis. Et consistit responsio in hoc q non est uerum uni uersaliter impiorum prosperitati annexas esse huiusmodi miserias: sed quidam moriun tur perpessi huiusmodi miserias/quidam autem exempti ab huiusmodi miseriis. Et ab istis inchoans dicit/iste morietur in proprietate perfectionis suæ: hoc est absq ulla ad mixtione contrariorum perfectionis suæ. Et ad manifestandum proprietatem exclusi uam contrariorum/subiungit totus ipse quietus & pacificus. cuncta. n. perturbãtia qc quid est eius/excluduntur dicendo totus ipse quietus: & secura tranquillitas adiũgitur dicendo & pacificus. Ad manifestandum uero de qua perfectione loquitur subiungit. Viscera eius plena sunt adipe: & medullis ossa illius irrigãtur. Iuxta hebraũ hr. Vbera eius repleta sunt lacte: & medulla ossa illius irriga buntur. Vniuersa opulentia compræhẽditur in duobus istis: scilicet ossibus & uberi bus. metaphorico siquidem sermone assimilat ossibus abundantibus medulla qua os sa fouentur/res quæ sunt tanquam sustentantes opulentum statum: ut sunt filii /serui/ famuli/agri/armenta/greges & huiusmodi. assimilat autem uberibus repletis lacte/ fru ctificationem rerum prædictarum. ¶ Alius vero moritur in amaritudine a nime sue absq villis opibus. Iuxta hebraũ hr. Et iste morietur in ani ma amara: & non comedit bonum. Ecce alterum distinctionis membrum. nam de impiis quoq quibusdam dicit iste morietur in anima (hoc est in uita) amara/ pter admixtas miserias eorum diuitiis: & non comedit bonum/quoniam auaro deest tã qd habet q̃ quod non habet. Et concedit per hoc iob sociis uerificari eorum sententiã de annexis miseriis in quibusdam impiis/negat autem uerificari in omnibus. ¶ Et ta

men simul in puluere dormient: et vermes operient eos. Disparitas quidem fuit inter eos in hac uita: pares autem sunt post mortem quo ad corp9. Et per hoc insinuat reliquum esse ut non sint pares post mortem quo ad animas.

¶ Certe noui cogitationes vestras: et sententias cõtra me iniquas. Parui refert q hebraice hr. Ecce noui cogitationes vestras: et cogitatiões super me tortificabitis. Prædicit iob q socii perseuerabunt in iudicio suo iniquo aduersus eum. Et quale sit huiusmodi iudiciũ iniquum/subiungit dicendo. Quia dicetis vbi est domus principis? Rectius diceretur nobilis. De ipso iobe dicturi erant ubi est domus nobilis/hoc est familia iobis nobilis: extincta.n.erat. et vbi tabernacula impiorũ? Iuxta hebræũ hr. et vbi tentorium tabernaculorum impiorum. Multitudo tentoriorum possessa a tabernaculis impiorum/ad famulos armenta & greges iobis spectat. Et dicẽdo impiorũ/manifestatur q collocaturi erant iobem inter impios afflictos a deo propter eorũ iniquitates. propterea.n.ic b appellat cogitationes eorum tortas/quia ex afflictione iobis inferebãt impietatẽ eius. afflictio.n. tangitur dicendo ubi est domus &c. impietas uero tangitur dicendo impiorum. Et intendit per hæc manifestare q q̃uis uerba sua sint uera/sunt tamẽ eis infructuosa.

¶ Interrogate quemlibet de viatoribus: et hec eadem illum intelligere cognoscetis. Iuxta hebræũ hr. An non interrogastis transeuntes per viam: et signa eorum non alienabitis? Transeuntes per uiam publicam/producuntur in testes futuri post mortem iudicii aduersus impios qui fuerunt hic fœlices. postq̃.n. iob respondit ad obiecta/& præuidere se dixit obstinationem sociorum, redit ad principalem materiam de futuro post mortem iudicio diuino. Et ad hoc suadendũ multiplicat argumenta. quorum primum sumitur a cantu transeuntium per uiã publicam/tanq̃ a prouerbio communi & noto omnibus. & propterea dicit & signa eorum non alienabitis: hoc est non habebitis ut aliena sed ut communia. Et appellat signa/significatiua uerba eorum.i.mysteria contenta in uerbis eorum. ¶ Quia in diẽ perditionis seruatur malus: et ad diem furoris ducetur. Iuxta hebræum hr. Quia in die fractionis prohibebitur malus: in die irarum portabuntur. Ecce uerba transeuntium per uiam/contestantia sententiam dictam a iobe de futuro post mortem iudicio aduersus impios in præsenti uita impunes. sonãt.n. transeũtium uerba hæc sententiam hanc: nam reddunt pro ratione futuræ magnæ punitionis impiorum impunitatem eorum tempore paruarum pœnarum. aiunt.n. quia malus in die fractionis (hoc est in tempore paruæ pœnæ) prohibebitur/ne parua afflictiõe attingatur, ideo in die irarum (hoc est magnarum pœnarum) portabũtur/inuiti subibũt magnas pœnas. Ex hoc.n. prouerbio suadet iob q quia multi impii nõ puniuntur in hac uita/reseruantur cruciandi in futuro post mortẽ iudicio maiorib9 pœnis. ¶ Quis arguet coram eo vias eius. Parui refert q hebraice habetur annunciabit. Alterũ argumentum assumit ex defectu arguentium impios diuites in hoc mundo. ex hoc.n. q in hac uita nullus arguit eos uerbis/nullus repensat factis & sic impunis moritur, intelligi uult necessarium fore iudicium post hanc uitam. Describit itaq; in p̃mis defectũ arguentium uerbis/dicendo quis annunciabit coram eo uiam eius? quasi dicat nullus in hac uita. et que fecit. Sententia recte redditur: q̃uis hebraice legatur, et illud fe-

est.hoc est & illud malum quod fecit. quis reddet ei? quasi dicat nullus in hac uita. describitur.n.defectus punientium. ¶ Et ipse ad sepulchra portabitur? hoc est & sic morietur. et in congerie mortuorum vigilabit. Iuxta hebraeũ hr̃. et super aceruum continuabit. et est sermo de aceruo manipulorum tritici ordei & similium. Quia per pronomina duntaxat locutus fuerat in hoc argumento/ manifestat nunc de quo impio loquitur: vez de impio opulento. Describit autem impiũ diuitem a cõtinua copia frugum terrae. & propterea dicit & super aceruum/ hoc est super multitudinem aceruorum qui constituuntur ex manipulis frugum tempore messis, perseuerabit in tota uita sua. ¶ Dulcis fuit glareis cocyti. Iuxta hebraeũ hr̃. Dulcuerunt ei glebe vallis. Modus narratur quo continuata fuit annis singulis copia frugum: quia vez pars agrorum non sata sed quiescens in glebis planiciei dulcuit ei/ hoc est delectabilis fuit ei. Industria solita narratur qua partes magnorum agrorum alternatim seruntur & quiescunt/ ut singulis annis habeantur segetes &c. et post se omnem hominem trahet.. Hyperbole est/ ad significandum multitudinẽ ingentem impiorũ similiũ futurã tanq̃ tractã exemplo impii diuitis atq̃ impunis. Similisq̃ multitudo describitur in tempore praeterito subiungendo. et ante ipsum non numerus. Et dixit haec iob ad manifestandum q̃ non loquitur de aliquo uno singularissime inuento homine impio ac foelici in hac uita: quia innumerabilis multitudo huiusmodi hominum & futura est & praeteriit. per hoc.n. respondet tacitae obiectioni: vez q̃ ipse iob assumit argumenta a rarissime contingente. excludit.n. hanc obiectionem ex innumerabili multitudine impiorum q̃ sunt diuites & impunes in hac uita.

¶ Quomodo igitur consolamini me frustra. Rectius legitur, vanitate. Concludit iob aduersus socios q̃ consolantur ipsum promissionibus uanis: promittebant.n. foelicitatem huius uitae. quum responsio vestra repugnare ostẽsa sit veritati. Iuxta hebraeũ hr̃. et responsiones vestre remansit mendacium? Rationem reddit consolationis uanae/ quia respõsiones eorum ex dictis ab ipso iobe remanserunt mendaces. ex monstrata.n. necessitate futuri iudicii post mortem/ conuincebantur falsa dicta sociorum dicentium poenas & praemia in hac dũtaxat uita.

CAPVT .XXII.

Respondit autem eliphaz themanites. Seruato ordine, primus inter socios/ tertio loquitur. et dixit. Nunquid deo potest comparari homo: etiam quum perfecte fuerit scientie? Iuxta hebraeũ hr̃. Num ei proderit vir: quia proderit super eos intellectori? Aduerte prudens lector/ ex conclusione illata ab eliphaz post tot negationes interrogatorie assertas haberi intentionem eliphaz: quorsum vez tendunt haec. Intẽdit siquidem inferre q̃ iob est percussus a deo propter multitudinem iniquitatum eius: inferre inquam ex hoc q̃ homo non potest prodesse aut nocere deo: hoc est q̃ nulla actio dei erga homines emanat a deo propter acquirẽdum aliquod bonũ ipsi deo/ aut ꝓpter uitandum aliquod malum in ipso deo. ex hoc.n.q̃ afflictio iobis caret ratione ex parte dei/ infert q̃ ratio eius est ex parte iobis: ac per hoc multitudo iniquitatum iobis est ra-

tio afflictionis ei⁹. Ad hoc itaq; tendens eliphaz/ut ratione afferat integra lustrat par tes hominis cōmunes bonas & malas: monstrando q; nec gubernatio hominum (et hoc quo ad commune omnibus) nec iustitia nec perfectio hominis prodest deo/ & hoc quo ad partes bonas: deinde quo ad malas q; iniquitas hominis non potest nocere deo. A gubernato homine itaq; inchoans ait, num uir prodcrit el/hoc est deo forti nullo indi gēti? quasi dicat nequaq;. Et ad manifestandum modum pdessendi de quo loquitur / subdit quia proderit uir intellectori super eos/homines: hoc est homo proderit deo isto modo quia deus super eos est intellector gubernando eos/& proficiens in intelligentia ex experientia regendi homines. Excludit itaq; a deo profectum sciendi ex hoc q; guber nat homines, dicendo num el proderit uir quia proderit super eos intellectori? ut intelli gamus q; deus non gubernat homines propter bonum ipsius dei. Quid prodest deo si iustus fueris. Iuxta hebræum hr. Num complacentia in saddai q; iustificabis. Postq; dixit q; homo quatenus gubernatur a deo non prodest deo/dicit consequenter q; homo quatenus iustus non prodest delectationi dei uincentis omnia. Vbi scito q; licet deo placeant iusti (ut scriptura sæpe testatur) nihil delectationis tñ deus acquirit ex hoc q; iustos facit homines / ex hoc q; iustus est aut fit homo. Et hunc sensum intendit eliphaz. si. n. deus acquireret aliquid gaudii de hominis iustitia, sequere tur q; iustificatio hominis prodesset deo/& q; deus propter acquirendum delectatiōis bonum inseipso iustificaret hominem. Significanter autem nominat deum saddai / ad monstrandam impossibilitatem. si. n. acquireret deus delectationem ex iustitia homi nis/nō uinceret omnia: quia quo ad plenitudinem sui gaudii penderet a iustitia hominis &c. aut quid ei confers si immaculata fuerit via tua? Iuxta hebræum hr. et num vtilitas quia perficies vias tuas? Subauditur repetitum in saddai. ita q; sensus est & num utilitas in saddai quia perficies uias tuas? quasi dicat minime. excludit siquidem quācunq; in deo utilitatem ex hoc q; homo perfectus est in omnibus operibus suis: ita q; deus non propter propriam utilitatem operatur ad faciendum ho minem perfectum in operibus suis. Collige prudens lector q; eliphaz per hæc tria (vz notitiam delectationem & utilitatem) comprehendit omne genus boni honesti delecta bilis & utilis quod imaginabile est: ad excludendum a deo dependentiam a quocunq; ex trinseco/ad manifestandum q; deus dat homini bona non ut ipse deus lucretur aut ser uet aliquid in seipso deo. Nunquid timens arguet te: & veniet tecum in iudicium? Iuxta hebræū clarius hr. Num a timore tuo arguet te: veniet te cum ad iudicium. Postq; declarauit q; deus non propter bonum proprium dat bo na hominibus, declarat consequenter q; deus non propter malum aliquod uitandum in seipso/infert mala hominibus affligendo eos & exercēdo iudicia sua cum eis. hoc. n. significatur dicendo num a timore tuo arguet te/eo modo quo principes timētes sibi ipsis ab aliquorum audaciis castigant eos. Et ad manifestandum castigandi modum iustum, subiungit ueniet tecum ad iudicium: hoc est subiiciet te iudicio/exercebit tecum iudicium? quasi dicat minime. non. n. est deus ut humanus princeps: qui quandoq; ti mens sibi/subiicit aliquos iudicio. Et non propter maliciam tuā plurimam & infinitas iniquitates tuas? Iuxta hebræū hr. Nonne malum tuum grā de: & non finis iniquitatibus tuis? Ecce intēta conclusio/ ecce ex prædictis il

latio.ex eo.n.q deus afflixit iobem / & non propter ipsum deum,intulit q ppter maliciam magnam & iniquitates sine numero iobis afflixit eum. hæc itaq est uis rationis eliphaz aduersus iobem. Et ne uideretur temere iudicare iobem iniquum, subiungit in specie iniquitates iobis.

Abstulisti.n.pignus fratrum tuorum sine causa. Iuxta hebræu habet. Quia exiges pignus a fratribus tuis gratis. hoc est absq rationabili causa. debebas.n.fratribus tuis mutuare absq pignore:quia fratres tui sunt/nec suberat specialis ratio quare pignus exigeres ab eis,sed sola diffidentia tua ratio fuit. Narrat autē eliphaz hanc actionem & subiunctas uerbis futuri temporis/ad insinuandam perseuerantiam:q ve3 iob perseuerauit in huiusmodi malis actionibus.tempus.n.futurum nō refertur ad tempus quo loquebatur eliphaz/ sed ad tempus quo iob cœpit esse malus. et nudos spoliasti vestibus. Parui refert q hebraice hr. et vestes nudorū spoliare facies. hoc est uestes sine quibus homines remanebant nudi fecisti spoliare ut darēt tibi eas in pignus:quod inhumani animi est. Aquam lasso non dedisti. Iuxta hebræū hr. Non aqua lassum potabis. Inhumanitatis officia prosequitur.et esurienti subtraxisti panem. Iuxta hebræū hr. et a famelico prohibebis panem. Sententia clara est. In fortitudine brachii tui possidebas terram. iuxta hebræū hr. Et vir brachii ei terra. In tertia persona de iobe loquitur: dicendo q quia ipse erat uir brachii (hoc est uir potens) ideo ei terra parebat/ ideo erat princeps cui alii subiiciebantur. et potentissimus obtinebas eam. Iuxta hebræū hr. et spectatus vultu/habitabit in ea. hoc est & spectatus uultu ab eo q perseuerat habitando in ea/idest ab habitatoribus terræ. Attribuitur itaq principatus iobis potentiæ eius/& honori ac reuerentiæ habitantium in terra illa.talis .n. honor significatur dicendo & spectatus facie ab eo qui habitat in ea. Viduas dimisisti vacuas Hebraice habetur misisti.& hoc solum peccatum scribitur in præterito. Narrando itaq peccata regiminis/primum iustitia negata uiduis scribitur dicendo uiduas petentes iustitiam misisti uacuas a tribunali tuo. et lacertos pupillorum cōminuisti. Iuxta hebræū hr. et brachia orphanorum cōterentur. Miserabiles personæ omnes compræhenduntur per uiduas & pupillos.& per uacuitatē contritaq; brachia uniuersa iniustitia compræhenditur:nam uacuitas negatam iustitiam/cōtritio aūt brachiorum oppressionē bonæ causæ insinuat. Propterea circundatus es laqueis. Ex culpa infert pœnas/commemorādo summarie sub metaphora laqueorum & aquarum afflictiones iobis.fuerunt siquidem laquei in circuitib⁹ eius chaldæi sabæi & dæmones tollendo & consumendo ea quæ erant iobis. et conturbat te formido subita. Et putabas te tenebras non visurum:& impetu aquarum inundantium non oppressum iri. Iuxta hebræū hr. et terrebit te timor subito. Vel obscuritas non videbis:& abundantie aquarum operiet te. Sic iacet in hebræo. Nouam pœnam internæ cæcitatis in iobe describit eliphaz causatam ex repentino timore uel repentina obscuritate.hanc.n.pœnam describit inchoando a causa proxima & terrebit te timor uel obscuritas subito:& subiungendo ipam cæcitatem/non uidebis. Interserit autem pœnam hanc internam inter pœnas externas (laqueos ve3 et aquas) subiungens & abundātiæ aquarum operiet te:hoc est conue-

nient ad operiendum te.percussio siqui dem personæ iobis per hanc metaphoram significatur.Intendit aut. m eliphaz per hanc nouiter explicatam cæcitaté / dicere q iob impeditus uel a timore ex improuiso uel ab obscuritate phantasmatum ministrantium intellectui /perseuerabit non uidendo ueritatem & efficaciam rationis allatæ ad monstrandum q propter iniquitates suas afflictus est.existimabat.n.eliphaz q ratio quam attulit conuinceret iobem/si iob haberet intellectum liberum & expeditum a passionib9 & obscuritate turbatorum phátasmatum.

¶ An cogitas q deus excelsior celo sit:ɀ super stellarum verticé sublimetur?Iuxta hebræú hr. Nisi eloha celsus in celis:ɀ vidit caput stellaɀ quia eleuarunt se. Exceptio fit a cæcitate.Ac si apertius dixisset,dixi q impedit9 a passionibus uel obscuritate/ non uidebis ueritatem:hoc inquam dixi nisi secteris subiunctum errorem:ver q deus non intelligit nec curam habet istorum inferiorum nisi in genere seu in communi.si.n.iob talem secutus fuisset errorem / ratio allata ab eliphaz nihil ualeret aduersus iobem:quoniam ratio eliphaz præsupponit prouidentiam diuinam circa singulos homines singillatim.Motus est autem eliphaz ad hanc exceptioné dicendam ex duobus dictis a iobe,alterum est q deus fecerit ei tortum affligendo plus q meretur:hoc.n.sonuerunt uerba eius in cap.19.alterum q deus iudex est excelsorú: hoc.n.in cap.21.dixit iob.ex his.n.duobus ansam accepit eliphaz proponendi hanc exceptionem:tanq iob sonuerit q deus non errat iudicando excelsa q́uis erret iudicando singulares homines.Sermone itaq mutilo proponit exceptionem dicendo nisi eloha:subauditur.n.coniunctio quia.& est sensus nisi quia eloha.i.deus iudex excelsus in cœlis est & uidit caput stellarum:hoc est supremam superficiem stellarum/ ad differétiam nostræ uisionis.nos.n.uidemus infimam superficiem stellarum:deus autem uidet superficiem supremam/uidet conuexam superficiem cœli & astrorum.Et intendit per hoc manifestare causam subiuncti erroris:ver q quia deus est tam excelsus ut sit in cœlis sic q uideat summitates astrorum/sit tanq ualde distans a nobis & iudicans ea quæ uidet,cœlestia scilicet.Quod autem dicit quia eleuarunt se / ad reddendam rationem quare deus uidet summitatem stellarum spectat.& est sensus quia suapte natura sunt eleuatæ,ac per hoc tanq propinquæ excelso iudici in cœlis. ¶ Et dicis. Iuxta hebræú hr. Et dices.Hic completur oratio nisi quia eloha excelsus in cœlis & uidit caput stellarum quia eleuauerunt se/& dices:hoc est ideo dices.quid.n.nouit deus?Iuxta hebræum habet.quid nouit el?Ecce error dicendus.non.n.asserit eliphaz q iob profiteatur hunc errorem:sed per modum exceptionis proponit.Est itaq sensus erroris quid istorum singularium quæ generantur & corrumpuntur nouit el.i.deus fortis?quasi dicat modicum aut nihil. Et ad hoc declarandum subiungitur. et quasi per caliginem iudicat. Iuxta hebræú hr.num per caliginem iudicabit?Caliginosa describitur istorum singularium generabilium & corruptibilium notitia diuina.profitetur.n.error iste (qui communis philosophiam profitentibus est) q deus intelligit singularia quæ generantur & corrumpuntur/non secundum eorum indiuiduales conditiones sed secundum q communicant in natura essendi et perpetuis essendi participationibus:& propterea hæc notitia appellatur metaphorice pariens iudicium per caliginem,qui.n.non nouit in particulari particulares conditiones & actiones

nes

nes illius hominis/non potest nisi obscure iudicare de singularibus. Et quia omnis obscuritas longe est a deo, ideo dicitur num iudicabit per caliginem: quasi dicat minime: ac per hoc non iudicat nos. Et ad hoc manifestandum subiungitur. **Nubes latibulum eius nec nostra considerat.** Iuxta hebræũ hr. **Nubes absconsio ei & nõ videbit.** Metaphoram prosequitur habitantis in cœlo/tanq̃ uisio eius non se extendat ultra locum nubium uersus nos, propterea .n. dicit nubes (hoc est locus ubi generantur nubes & reliqua quæ in aere apparent) sunt ei absconsio: hoc est sunt ei quasi occultantia quæ apud nos fiunt/& ideo non uidebit hæc. Sensus autem per metaphoram intẽtus est q̧ intuit⁹ diuin⁹ non extenditur ad ea quæ generantur & corrũpuntur: ipse .n. defectus gñabilium & corruptibiliũ describitur tanq̃ abscõdens ea ab intuitu diuino/tanq̃ indigna diuino intuitu, comprahendit .n. omnia quæ generantur & corrumpunt̃ sub nomine nubium/quæ in supmo loco propinquissimo cœlestibus corporibus apparent. **et circa cardines celi perambulat.** Iuxta hebræum hr. **et circũitum celorum deambulat.** Metaphoræ est prosecutio/significans progressum diuinæ gubernationis terminari ad ea quæ concluduntur intra circularem lineam quæ circino cœlorum fit, dictio .n. interpretata circumitum/sonat circularem lineam quæ circino fit. Et significatur per hanc metaphoram q̧ gubernatio diuina non attingit hæc inferiora nisi quatenus attinguntur per corpora cœlestia: quod est dictu/inferiora hæc nõ totaliter gubernari a deo sed secũdũ q̧ comphẽdunt̃ sub cœlestib⁹ motib⁹ quos de⁹ regit.

¶ **Nũquid semitam seculorum custodire cupis.** Iuxta hebræũ hr. **Num uiam a semper obseruabis.** Explicatur secta philosophorum distinguentiũ res rerũq; conditiones in perpetuum uel temporale: & docentium q̧ res omnes quatenus perpetuæ/subsunt diuinæ gubernationi, temporales autem minime. Et hoc quadrat an tedictis q̧ vel ea quæ generantur & corrumpuntur quatenus secundum speciem sunt perpetua/gubernantur a deo per corpora cœlestia, quorum tam substantiæ q̃ motus perpetui sunt. Hanc itaq; sectam appellat eliphaz uiam a semper/dicendo num uiam a semper obseruabis, quia est uia innixa sempiternitati. **quam calcauerunt viri iniqui?** Parui refert q̧ hebraice habetur. **gentes iniquitatis?** Manifestat eliphaz q̧ actores & sequaces sectæ huius fuerunt uiri pleni iniquitatis: utpote nihil diuini timoris habentes. ¶ **Qui sublati sunt ante tempus suum.** Iuxta hebræum habet̃. **Qui succisi sunt & non tempus**, hoc est absq; tempore euadendi: de succisis si quidem in diluuio aut etiam in sodomis uidetur esse sermo, utriq; enim succisi sunt sic q̧ non fuit eis tempus euadendi: & non credentes diuina iudicia extendi ad eos/describuntur. **et fluuius subuertit fundamentum eorum.** Iuxta hebræum habetur. **fluuius colabitur fundamentum eorum.** De iis qui in diluuio perierunt uerificatur ad literam q̧ fundamentum eorum fuit fluuius qui colabitur: hoc est aqua fluens colata e cœlis & fontibus abyssi. Metaphorice autem uerificatur etiam de sodomitis tanq̃ fluuius ignis & sulphuris colatus de cœlis, sed & de uniuersis negantibus diuinam prouidentiam/q̧ fundamentum eorum est nullius stabilitatis sed tanq̃ fluuius qui continue fluit/uerificatur. ¶ **Qui dicebant deo recede a nobis.** Nominatur deus el, ad significandum summum deum qui antonomasice appellatur fortis, recede a nobis: hoc est absit cultus tuus a nobis. Et ra

tio subditur. et quasi nihil possit facere omnipotens estimabant eum? Quum ille impleuisset domos eorum bonis. Iuxta hebræũ hr̃. et quid operabitur saddai eis? Et ipse impleuit domos eorum bono. Prima sententia interrogatiue scripta/prosecutio est sermonis negantium diuinam prouidentiam. mutando.n. primam in tertiam personam/dicunt eis demonstrando se & homines reliquos, quum debuissent dicere nobis. ratio siquidem abiiciendi diuinum cultum fuit negatio diuinæ operationis circa homines/significata dicendo & quid operabitur saddai eis? quasi dicant nihil. Nominant autem saddai/ad significandum deum supremum q est super omnia. Quæ autem subiunguntur uerba/sunt eliphaz ad confutandam dictã blasphemiam ex opere dei quo impleuit domos eorum bono. quorum sententia procul sit a me. Iuxta hebraũ hr̃. et consilium impiorum longe fuit a me. Eximit assertiue seipsum eliphaz a consilio impiorum, quemadmodum & iob exemerat seipsum. ¶ Videbunt iusti & letabuntur. de punitione impiorum: utpote de diuina iustitia. Et dicit hoc eliphaz e regione uerborum iobis in cap. 17. stupebunt recti super hoc. aduersus siquidem illam sententiam dicit uidebunt iusti punitionem tuam inter impios/& non stupebunt sed lætabuntur. et innocens. Iuxta hebraũ hr̃. et mundus subsannabit eos. Ad excusandum zophar qui subsannauerat iobẽ dicit hoc eliphaz. ¶ Nonne succisa est erectio eorum: & reliquias eorum deuorauit ignis? Iuxta hebraũ hr̃. Si non fuit destructum leuamen nostrum: & residuum eorum comedit ignis. Ab effectibus contrariis probat iustorũ lætitiã subsannantẽ/irridentẽ impios: si quidem res fouẽtes & eleuantes nos iustos nõ sunt destructæ/res aũt ĩpiorum uoratæ sunt ab igne. ab huiusmõi.n. effectib[9] discernebat eliphaz iustũ ab iniusto, loquẽdo cõsequenter ad ratiõem quã attulit aduersus iobẽ.

ACquiesce igitur ei & habeto pacem. Iuxta hebraũ hr̃. Fac prodesse nunc cum eo & pacifica te. Completa ratione aduersus iobem/incipit monere eum ut saltem nunc faciat prodesse sibi esse cum deo. hactenus fuisti longe a deo & nocuit tibi, fac prodesse tibi nunc esse cum deo/& cessando a lamentationibus pacifica teipsum. et per hec habebis fructus optimos. Iuxta hebraũ hr̃. in eis ueniet tibi bonũ. Pronomen eis demõstrat ambo antedicta: uidelicet esse cũ deo/& pacificare seipsum. per hæc.n. duo pollicet̃ bonũ fœlicitatis uitæ pñtis: alteram.n. non credebat. Hæc aũt duo usq; ad finẽ capituli prosequit̃ cũ fructu pollicito. ¶ Suscipe ex ore illius. Legendũ ẽ. Accipe nũc ex ore illi[9] legẽ. Manifestãdo siqdem qd est esse cũ deo/dicit hoc cõsistere in tribus actionib[9]. quarum pma est cõplecti diuinam legem tanq̃ ex ore ipsius dei latam. Et intendit per legem ex ore dei / pcæpta moralia. hæc.n. deus ipse actor naturæ rõnalis indidit menti humanæ. Modus aũt cõplectendi diuinã legem subiungitur/dicendo. et pone dicta ei[9] in corde tuo. hoc ẽ & absq; hypocrisi exequere dicta eius: pone dicta eius non in exterioribus tantum sed in corde tuo/in intimis tuis. ¶ Si reuersus fueris ad omnipotentem ædificaberis. Parui refert q hebraice hr̃ usq; saddai. Dictio ædificaberis/trãsposita metri cã est. adiungit̃.n. pcedenti actioni ut fructus eius. ita q ordo lr̃æ est & pone dicta eius in corde tuo/ædificaberis: destructus es quo ad bona oĩa/ædificaberis secundũ uniuersa bona. Et dicit ædificaberis ad significãdum q nõ stati simul bona oĩa habebit/ sed successiue

ad instar domus quæ ædificatur. Deinde subiũgitur altera actio necessario cõcomitans esse cum deo: & propterea inchoat eam ab esse cum deo/dicens si reuerteris usq; saddai. dicendo. n. usq; saddai/manifestat coniunctionem ipsius cũ deo qui uincit omnia. Et dicit reuerteris/quia præsupponit iobem recessisse a deo peccando: ut superius explicauerat. et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Legendum est absq; coniũctione. elongabis iniquitatem a tentoriis tuis. Ecce actio secunda quæ infertur ex esse cum deo: dicendo si reuerteris usq; ad saddai, elongabis iniquitatem a tentoriis tuis/non solum uitabis iniquitatem sed etiam elongabis eam a te & tuis domesticis. Dabit pro terra silicem: & pro silice torrentes aureos. Iuxta hebræum habet. Et pone super puluerem fortitudinem: & in petra torrentes ophir. Fructus reuersionis ad deum elongantis iniquitatem/describitur in specie: descriptus. n. fuerat in genere dicendo ædificaberis. Et describitur primum in ædificiis/dicendo & pone super puluerem fortitudinem: hoc est & ædifica a fundamentis. ponere enim fortitudinem super puluerem est super puluerem fundare fundamenta fortia. Et tanta auri copia promittitur/ut petras ædificii tegat auro: hoc enim significatur subiungendo & in petra torrentes ophir. Dicendo autem torrentes ophir/insinuat q; aurum in terra ophir non excauatur (quemadmodum excauatur intra cauernas montium in mineris) sed per torrentes cum arena uehitur. Eritq; omnipotens contra hostes tuos. Iuxta hebræũ hr. Et erit saddai i thesauros tuos. Potest tamen legi in fortitudines tuas: elige quam malueris lectionem. Si thesauros legis/significantur reconditi fructus agrorum: frumentum/hordeum &c. fructusq; animalium: lana/ caseus &c. Si uero legis fortitudines, securitas ab hostibus & prædonibus significatur: & deus ipse qui omnia uincit / exhibiturus hæc prædicitur. et argentum coaceruabitur tibi. Iuxta hebræũ hr. et argentum fortitudinum tibi. Appellat argentum fortitudinum / precium reconditorum in thesauris. promittit enim recondendas copias tantas ut uendere possit & argentum inde cumulare. Tunc super omnipotentem deliciis afflues. Iuxta hebræum habetur. Quia tunc super saddai deliciaberis te. Tertia actio (uidelicet cultus diuinus orando/supplicando ac offerendo describitur) inchoando ab illius causa. quia tunc/hoc est in tanta rerum copia, delitias tuas facies innixus super saddai summo deo uincente omnia: hoc est quia agnosces delitias tuas a deo qui uincit omnia. et eleuabis ad deum faciem tuam. Ecce tertia actio incipiens ab oratiõe / idest ab eleuatione mentis in deum ad instar eleuantis faciem uersus deũ habitantẽ in cœlis. Rogabis eum & exaudiet te. Ecce supplicatio cum fructu. et uota tua reddes. Ecce oblatio. Decernes rem. Recti⁹ legitur. Decernes dictum. hoc ẽ decernes futurum aliquod te facturum dicendo illud. et ueniet tibi. Iuxta hebræum hr. et firmabitur tibi. quod dixisti. et in uiis tuis splendebit lumen. Modus quo firmatur & ex uoto succedit dictũ/manifestatur: ycz q; illuminabitur in uiis suis: hoc ẽ in opationib⁹ suis opportũis ad assequẽdũ qd dixerat. Et isti sũt fruct⁹ diuini cult⁹.

Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria. Iuxta hebræum habetur. Quia humiliauerunt & dixisti celsitudinem. Recole q; eliphaz proposuit duo (scilicet esse cum deo & pacificationem) promittendo q; in eis erit bonum iobi,

et primum quidem prosecutus est multipliciter:modo autem prosequitur secundum / sc3 & pacifica te. Est itaq3 sensus literæ.quia humiliauerũt sabæi chaldæi cœlũ & deus te tot afflictionibus/& tamen tu dixisti cælsitudinem (hoc est locutus es excælsa de te ipso dicendo te iustum)propterea turbatio est in animo tuo & inquietus es. et qui in clinauerit oculos suos/ipse saluabitur. Sententia clarius redditur. tu dicẽdo excælsa/contrariam paci uiam ingressus es:quia inclinans oculos/saluabit᷑:hoc est dirigens mentis oculos ad ea quæ non cælsitudinis sed humilitatis sunt/saluus erit : quia agnoscens peccata sua/seruabitur. Saluabitur innocẽs:saluabitur autem in mundicia manuum suarum. Iuxta hebraũ hr̃. Euadet homo mund⁹: ⁊ liberabitur in mundicia manuũ tuarum. Sic iacet in hebræo. De iobe loq̃tur in tertia persona q̃ q̃uis illaqueatus fuerit innumeris iniquitatibus /euadet tamen, & si dici licet euasus erit/non qualitercunq3 sed per opera munda. Regreditur autem ad iobem in secunda persona dicendo manuum tuarum / ad manifestandum q̃ in tertia personã allocutus est ipsum iobem cui respondebat. Per oculos itaq3 humiles & opera munda / pacificatio iobis habenda atq3 seruanda scribitur.

CAPVT .XXIII.

Respondit autem iiob / ⁊ dixit. Nunc quoq3 in amaritudine est sermo meus. Iuxta hebræum habetur. Etiam dies amaritudinis eloquii mei. Quum audisset iob socios non solum incredulos iuramentis & professæ fidei mesiæ sed etiam persistentes ac augentes argumenta ad probandum ipsum percussum propter multitudinem iniquitatum ei⁹, conqueritur q̃ adhuc perseueret dies amaritudinis eloquii sui / ad manifestandum mũdiciã propriam. Et ratio amaritudinis subiungitur. et manus plage meæ aggrauata est super gemitum meum. Iuxta hebraũ hr̃. manus mea aggrauata est super suspirium meum. hoc est percussio mea qua me percutiunt socii/aggrauata est super suspirium meum ad manifestationem ueritatis. suspirante.n.iobe ad hoc ut manifestaretur uera causa ob quam percussus est a deo/socii magis ac magis aggrauabant argumenta & uerba percutientia iobem : eo q̃ imponebant ei pro causa percussionis iniquitates quas non fecerat. Nec mireris percussionem apud hebræos significari nomine manus. nam & apud latinos litera scripta appellatur manus : dum dicimus de scripto / hæc est manus illius. Apud utrosq3 enim effectus appellatur nomine causæ:percussio enim & scriptio fit manu.

Quis mihi tribuat vt cognoscam:⁊ inueniam illum. Interpres addidit mihi. veniam vsq3 ad solium eius. Legẽdum est.pręparationem eius. Declarat iob suspiriũ suũ ad tribunal supremi iudicis:ut manifestet᷑ iustitia causæ suæ/ & ĩponat᷑ silentiũ sociis inique iudicantibus ĩpsum. Suspirat autẽ/ordinate explicãdo se cupere in p̃mis notitiã uiæ ad tribunal dei. deide ire usq3 ad locũ inquo ẽ p̃paratio dei/ hoc ẽ usq3 ad tribunal ei⁹:hũano.n.more diuina describit. tertio inuẽtiõem ei⁹/dicẽdo & inueniã eũ:q̃uis trãsposita sint in lr̃a secũdũ & tertiũ. Ponã corã eo iudiciũ. Iuxta hebraũ hr̃. Ordinabo corã eo iudicium. hoc est iudiciariam telam inter

afflictiões meas & pctã mea. ct os meũ replebo icrepatiõibus. Legẽdũ est. disputationib9. nõ. n. cupit arguere deũ, sed disputare corã eo ꝓ iustitia ꝓpria: q. sc3 nõ est ꝑcussus ꝓpter pctã sua. ¶ Ut sciã verba que mihi respõdeat: ⁊ itelligã quid loquatur mihi. Ecce qualis ẽ pñtia apud summũ iudicẽ quã cupit/ ad quã uellet ire. cupit enim præsentiam in qua audiat uerba respondentis iudicis & intelligat ea. claram siquidem manifestationem ueritatis in causa ipsius uellet fieri a deo: qui per effectus suos quos communiter uidemus/ non manifestat clare huiusmõi ueritatẽ. & propterea describitur tanq̃ absens & ualde distans summus iudex: & describitur con cupit9 accessus ad pñtiam illius. & uelleitas/ nõ deliberatũ uotum per hæc describit̃. ¶ Nolo multa fortitudine contendat mecum: nec magnitudinis sue mole me premat. Iuxta hebræũ hr̃. Nunquid in multitudine potentie litigabit mecum: ⁊ non. Sæpe iob distinxit duos modos quibus deus agere potest: uel ratione suæ potẽtiæ/ uel ratione meritorum secundũ ordinem iudicii diuini decretum in præsenti uita. Et eandem distinctionem repetit hic, manifestando q̃ loquitur de iudicio coram deo non secundum multitudinem potentiæ dei: hoc est secundum multas rationes potentiæ diuinæ: quia sic succumberet iob. deus. n. si uellet/ pro quocunq; peccato posset maiores pœnas infligere q̃ passus fuerit iob. Sed huiusmodi exacta iustitia quæ secundum potentiam dei attenditur/ non utitur deus in hac uita. & propterea iob asserit non, dũ respondet interrogationi nunqd litigabit mecum in multitudine potentiæ: respondet. n. negatiuã partem/ intrepide asserendo quũ dicit non. Proponat equitatem cõtra me. Perueniet ad victoriã iudiciũ meum. Iuxta hebræũ hr̃. tantũ ipse ponet in me. Ibi rectum fuit disputatum cum eo: ⁊ euadã in perpetuum a iudicatore meo. Ecce alter modus quo agit deus: qui describit̃ in litera ad instar iudicis cõsiderantis rectum secundũ merita causæ/ & non secundum id quod posset absolute facere. Ad excludendum itaq; modũ iudicandi ex rõne diuinæ potentiæ/ & ad affirmandũ modũ iudicandi rectũ secũdum merita causæ, dicit de deo. tantum ipse ponet in me/ hoc est iudicando attribuet mihi, ibi/ hoc est in suo tribunali, rectum quod fuit disputatum cum eo/ de meritis causæ meæ: an sc3 peccata mea secundum communem regulam mereantur tantam afflictionem: hoc. n. fuit disputatũ superius a iobe cũ deo. & per huius diuini iudicii sententiam diffinitiuam/ euadã in perpetuũ a iudicatore meo: hoc est a multitudine iudicantium me propter iniqtates meas percussum esse. imponeret̃ siqdẽ p hãc sñtiam silentiũ oĩbus cẽsentib9 contrariũ.

¶ Si ad orientem iero/ nõ apparet. Iuxta hebræũ hr̃. Ecce ad ante ibo/ ⁊ nõ ipse. Aduerte prudens lector q̃ iobis uerba in lr̃a sonãt quattuor uias: uc3 progredi uersus ante uel uersus retro/ uel ad sinistram uel ad dexteram. Intelligit aũt (ut patebit) orientẽ & occidentem/ septentrionẽ uel meridiem plagas cœli. Dixerat quis dabit ut sciam & uadam ad tribunal dei? & propterea declarat se nescire uiã p naturalia opera inuestigandi tribunal dei/ & inueniendi ipsum clare manifestantem rationes iudiciorum suorum quæ exercet erga nos. Et uerũ dicit: quia p supernaturalem reuelationem notificantur nobis. Ad manifestandum itaq; q̃ deus quatenus iudex manifestans rationem sui iudicii/ nulla naturali uia inuenitur, discurrit per quattuor cœli plagas/ comprahendendo sub eis res naturales uniuersas. Et inchoat ab oriente sub nomine

anterioris partis: hoc est denominatæ ab ãteriore parte hominis. sic. n. hebræi cõsueuerunt nominare orientalem plagam. Et similiter intellige de occidente nominato retro / & de septentrione nominato sinistra / & de meridie nominato dextra. nominibus siquidem est utendum ut plures utuntur. Ecce inquit ad ante / hoc est ad orientem, ibo / intellectuali inuestigatione naturalium existentium in oriente: & non ipse / inuenietur iudex respondens. **si ad occidentẽ.** Iuxta hebræũ hr̃. **et retro / ꝛ non intelligam eũ.** hoc est & ibo inuestigando res naturales in occidente / & similiter non intelligam eum iudicem respondentem mihi. ¶ **Si ad sinistram / quid agam ? non apprehendam eum.** Iuxta hebræum hr̃. **Sinistram in facere suo / ꝛ non videbo.** Ecce ibo inuestigando ad sinistram / hoc est septentrionem, in facere suo / nobis patente. septentrionalia. n. nobis habitãtibus in hac quarta terræ manifestiora sunt: utpote existentia supra orizontem nostrum. Et quoniam multa naturalia a philosophis & astrologis cognita sunt ex operibus septentrionalium astrorum, ideo de septẽtrione specialiter dicit in facere suo: & per huiusmodi notitiam nõ uidebo deum iudicem respondentem. **si me vertam ad dexteram non videbo illum.** Iuxta hebræum hr̃. **teget dexteram / ꝛ non videbo.** hoc est perseuerat deus occultando nobis dexterã id est meridiem. Polus. n. antarcticus occultatᷓ semper nobis septentrionalibus. & propterea non dixit ecce ibo ad dexteram / sed dixit dextram nobis tectam: & consequenter ꝙ per illam non uidebit deum iudicem manifestantem rationes suorum iudiciorum. Et tu prudens lector ex istis duabus postremo nominatis & sic descriptis, habes ꝙ quattuor cœli plagas significat per ante retro sinistram & dextram / ut exposuimus.

IPse vero scit viam meam: ꝛ probabit me quasi aurum quod per ignem transit. Iuxta hebræũ hr̃. **Quia nouit viam mecum: probauit me / sicut aurum egrediar.** Completa manifestatione suspirii sui / iob incipit respondere ad argumentum eliphaz. & quia ratio eliphaz fundabatur super distinctione hac aut ex parte dei aut ex parte iobis ratio afflictionis eius se tenet, ideo iob respondet reddendo rationem afflictionis suæ ex parte utriusq; (sc; & ex parte iobis & ex parte dei) ut penitus euacuet argumẽtum eliphaz. Rursus quia eliphaz apposuerat exceptionem nisi iob sectaretur dicentes deum ignorare hæc nostra singularia, ideo iob inchoat responsionem suam asserendo deum cognoscere singulas actiones ipsius iobis. nec solum asserit: sed huiusmodi diuinã notitiam affert pro causa suæ afflictionis / dicens. ꝗa nouit / de9, uiam mecum (hoc est uiam quæ est mecum / uiam actionum mearum internam, quæ non potest tolli a me: utpote consistentem in uirtutibus animi) ideo probauit me, & sicut aurum probatum igne egrediar / absq; detrimento. Ecce ratio afflictionis ex parte iobis non multitudo iniquitatum eius (ut eliphaz intulerat) sed bonum ipsi9 iobis / quemadmodum bonum est auro discerni per ignẽ. ¶ **Vestigia eius secut9 est pes meus.** Iuxta hebræũ hr̃. **In gressu eius apprehendit pes me9.** Scito tamen ꝙ dictio interpretata gressu, est infinitiuus / & anceps ad ambulare uel beare. et utriusq; sensus capax est litera. Dixerat siquidem iob ꝙ deus nouerat uiam eius. & propterea declarat uiam suã inchoans uel ab affectu beatitudinis æternæ quam parauit deus iustis (dicendo in beare suo uidit seu appræhendit pes meus. i. affectus meus) uel a sequela dei tanq̃ præeuntis / dicẽdo, in ãbulare eius appræhendit seu uidit / hoc est

uidendo inchoauit iter, pes meus/id est affectus meus. dictio siquidem interpretata apprehendit/potest interpretari uidit. & secunda lectio magis quadrat subiunctis. **Viam eius custodiui & non declinaui ex ea.** Interpres addidit ex ea. Prosequitur metaphoram sequentis deum praeeuntem/ambulando per eandem uiam qua ille praeiuit & non declinando ad dextram uel ad sinistram. Et significat per metaphoram hanc q uiam ducentem ad deum beatitudinem suiipsius dei & reliquorum beatorum ac beandorum/uidit inchoauit & prosecutus est. ¶ **A mandatis labiorum eius nō recessi.** Parui refert q hebraice hr. **Praeceptum labiorum eius/& nō recedam.** Quod dixerat sub metaphora/explicat dicens. praeceptū labiorum eius / subaudi est, quodcunq; illud fuerit sic perseuero seruādo q non recedam ab eo. Et futurum non recedam/refertur ad praeceptum dei pronunciatum labiis dei: hoc est praecepta moralia quae deus promulgauit per seipsum / quia indidit ea menti nostrae. **et in sinu meo abscondi verba oris eius.** Iuxta hebraeum habet. **ex statuto meo abscondi dicta oris eius.** Duo simul manifestat, alterum q non ex timore aut alia passione ad horam bene fecit sed ex electione deliberata ac firma/dicendo ex statuto meo. alterum q non tanq; hypocrita bene fecit in exterioribus actiōibus/sed ualde chara habēs dicta ex ore dei abscondit ea: hoc est recondita seruauit in corde suo.

¶ **Ipse.n. solus est.** Iuxta hebraeū hr. **Et ipse in vno** Reddita ratione ex parte iobis q non iniquitas eius sed puritas ipsius causa fuit (ut scilicet tanq; purum aurum emergeret) q afflictus est, reddit rationem eiusdem afflictionis ex parte dei / inchoando a dei singularitate. & ipse in uno: hoc est & ipse deus est in uno indiuiduo duntaxat: unitas siquidem dei asserit. Nec te turbet trinitas diuinarum personarum: quoniā quemadmodum deitas non multiplicatur in trinitate, ita nec hic deus (sonans indiuiduum deitatis) multiplicatur in trinitate: & propterea uerissime dicitur & ipse deus est in uno deitatis indiuiduo. **et nemo auertere potest cogitationem eius.** Iuxta hebraeum hr. **et quis respondebit ei?** Scito tamen q dictio interpretata respondebit/anceps est uel ad respondebit ul' ad faciet redire: sed sensus in idem redit. Si essent dii multi (saltem duo) unus posset respondere alteri resistendo ei. & similiter unus posset facere redire alterum: hoc est efficere ut desisteret a coepto. Sed quia deus est in uno tantum deitatis indiuiduo, optime infert & quis respondebit ei/resistendo? quasi dicat nullus. uel & quis faciet redire eum/ut nō prosequat qd coepit? quasi dicat nullus. Quorsum autem tendant haec de singularitate dei/manifestat subiungens. **et aīa eius quodcunq; voluit hoc fecit.** Iuxta hebraeū hr. **et anima eius cōcupiuit & fecit.** Simplex uoluntas dei redditur pro ratione ex parte dei quare afflixerit iobem. respondet siquidem ad rationem eliphaz q deus ex parte sui non operatur circa nos ut lucretur honestum delectabile aut utile quodcunq; bonum in seipso/sed ex simplici uolūtate sua. quam describit ad instar animi cupientis facere aliquid & facientis illud/ dicendo de deo. & anima eius concupiuit & fecit: hoc est & uoluntas eius uoluit affligere me & fecit. Et per haec patet solutio argumenti eliphaz. ex singularitate siquidem ipius dei prouenit q uolūtas eius nō potest esse mala: immo q uolūtas eius est lex. & ppterea iob doctissime ex hoc q deus est unus carens pari/intulit pro ratiōe faciēdi uolūtatem eius solam ex parte ipsius dei. ¶ **Quumq; expleuerit in me voluntatē suā.** Iuxta

hebræum habetur. Quia faciet reddere statutum meum. Quanuis ex parte dei sola dei uoluntas sit ratio gubernandi nos, tanta tamen subiungitur dei benignitas erga ipsum iobem/ut q̃uis affixerit non tamen irremuneratam dimissurus sit electionem firmam uiæ rectæ, quam electionem firmam dixerat se habuisse. hoc. n. significant uerba ista quia faciet reddere statutum meum/de progressu in uia dei. Et oportuit explanari hoc a iobe/ad manifestandum tum q̄ rectitudo eius non remanebit irremunerata, tum q̄ remuneratio eius erit post hanc uitam. sæpe. n. dixerat se propinquũ morti. Significanter autem dicit statutum meum & non dicit opera mea bona/ad comprahendendum etiam statutum mentis suæ ad rectitudinem seruandam in tanta afflictione. et alia multa similia presto sunt ei. Iuxta hebræum hr̃. et sicut ea multa cum ipso. Ne putaretur gesta a deo cum iobe/esse aliquid singulare, declarat iob q̄ similia istis sunt multa cum deo, multos. n. probat quasi aurum & præmia illis reseruat in alia uita.

Et idcirco a facie eius turbatus sum: & considerans eum timore sollicitor. Iuxta hebræũ hr̃. Idcirco a facie eius terrebor: intelligã & metuã ab eo. Postq̃ respõdit ad rationem eliphaz/respondet consequenter ad obiectam sibi cæcitatem ab eodem. Et quia eliphaz dixerat iobem non intelligere uel ex timore repẽtino uel ex obscuritate/respondet iob ad singula. & quantum ad timorem fatetur se terreri a deo & timere ipsum, ueruntamen nec terror nec timor impedit eius intelligẽtiam. Et dicendo ideo a facie eius/manifestat q̄ rationi consentaneum est ipsum terreri a facie dei. Acsi apertius dixisset. non sum absorptus timore repentino: sed quia deus facit quod uult, ideo a facie eius terrebor/hoc est perseuerabo territus/moderate tamen: quia intelligam/non sum excæcatus sed perseuerabo intelligens pariter & metuens a deo potente efficere qcquid uult. Deus molliuit cor meum: & omnipotens conturbauit me. Iuxta hebræũ hr̃. Et el emolliuit cor meum: & saddai terruit me. Respondet ad alteram partem disiunctiuæ (uez q̄ obscuratus est intellect⁹ iobis) inchoando a diuino beneficio circa partem affectiuam. non parua siquidem gratia dei est habere cor tenerum/alienum esse a duritia cordis/ moueriq; ad timendum a quib⁹ timendum est: ut testatur ad oppositum duritia cordis pharaõis. Agnoscit itaq; iob teneri cordis beneficium a deo forti ad emolliendum cor hominis dicendo & el emolliuit cor meum & saddai uincens omnia terruit me/non fui imperterritus ab eo. Nõ. n. perii propter imminẽtes tenebras: nec faciem meam operuit caligo. Iuxta hebræũ hr̃. Quod non sum incisus a facie obscuritatis: & ex facie mea operuit caligo. Et subintelligitur negationem repeti / ut interpres antiquus explicando adiunxit. est. n. sensus q̄ nõ sum incisus a facie obscuritatis/& ex facie mea nihil operuit caligo. Respondet itaq; ad obscuritatem sibi obiectam ab eliphaz: q̄ saddai terruit eum sic q̄ non fuit a facie obscuritatis incisus/nec aliquid faciei mentis ei⁹ tectum est caligine. Vtitur autem metaphora incisionis: quia perturbatis & obscuratis phantasmatibus fit quasi incisio intellectus a ministrante phantasia. separatur. n. quo ad usum intellectus a corpore. Metaphora autem caliginis utitur ad significãdam internam obscuritatem.


B omnipotente non sunt abscondita tempora : qui autē
nouerunt eum/ignorant dies illius. Manca est litera : & tam
intolerabiliter ut mutetur sensus & obscuretur intentio loquentis. Iuxta
hebræum itaq; hr. Quare a saddai non sunt abscondita tem
pora: & cognoscentes eum non viderunt dies illi⁹: Quia
eliphaz excipiendo tractauerat & abominatus fuerat sectam dicētium
deum non cognoscere hæc temporalia sed sempiterna, ideo iob resumendo uerā ac san
ctam sententiam eliphaz de notitia dei penetrante singulares res quæ fiunt & corrum
puntur in tempore/proponit per modum quæstionis cæcitatem sociorum cognoscen-
tium deum habere notitiam temporum & non discernere dies dei diuersos ad facien-
dum iudicium & iustitiam tempore quo uiuit homo & post mortem hominis. Ac si ap
tius dixisset, alienum a ratione est ut quis cognoscat deum habere curam singulorum
quæ fiunt in tempore/& non cognoscat q̧ deus reseruat multa punienda in alia uita.
hæc est quæstio quam proponit ad arguendum socios cæcitatis : & ad confutandum
pollicitationes eorum omnes consistentes infra terminos huius uitæ. Ait itaq; quare a
saddai/ab eo qui uincit omnia, non sunt abscōdita tempora (anni/menses/dies/horæ/
momenta singularum rerum) secundum uestram & meam professionem : & tamen co-
gnoscentes eum habere huiusmodi notitiam/non uiderunt dies eius diuersos ad puniē
dum in hac uita & in alia. negabant. n. iobis socii diuersitatem talem dierum dei/putā-
tes nullam punitionem reseruari a deo homini post mortem.

¶ Alii terminos transtulerunt. Iuxta hebræū hr. Confinia attingent. Ad
uerte prudens lector intentionem iobis ex præmissa quæstione colligi. arguerat siquidē
socios cæcitatis relatiue ad diuersos dies dei: & propterea usq; ad finem capituli colli-
git diuersa peccantium genera/ad manifestandum multitudinem peccantium qui in
hac uita non puniuntur, ut hinc cæcos esse socios conuincat profitentes deum guber-
nare singula/nisi etiam profiteantur q̧ deus reseruat multa punienda in alia uita : alio-
quin maxima iniquorum multitudo remaneret impunis. Huc tendit uniuersus discur-
sus iobis in hoc capitulo. & propterea tria genera iniquorum colligit. Primum est eorū
qui communiter a iudicibus non puniuntur pœna mortis: quum tamē quia inimici dei
sunt/mereantur mortem secundum diuinam iustitiam. Secundum est eorū qui hic ple-
ctuntur morte statim ut scitur: quorum tamen multitudo non parua nescit̄ in iudicio.
Tertium est eorum qui longo processu puniuntur: quorum quoq; multitudo non par-
ua euadit impunis. Ex his. n. clare apparet q̧ ne iniqui remaneāt impunes, oportet cōfi
tentes deum gubernare singula/confiteri consequenter q̧ deus reseruat multos punien
dos in alia uita. ¶ Primum itaq; iniquoꝝ genus introducit describendo societates præ
donum. talem. n. comitatū explicaturus inchoat a loco quē inuadunt/dicendo cōfinia
attingent: significans per hoc q̧ egrediuntur a regione propria ad prædandum in regio
nibus finitimis. Et hinc oritur q̧ a nullo iudice puniuntur. propriam nanq; patriam di
tant: potentes uero inuadunt alienos agros/ita ut non possint ab alienis puniri. Diri-
puerunt greges & pauerunt eos. Incipit enumerare actiones eorum, inchoādo
a rapina totius gregis sic q̧ pauerunt gregem ipsum/non dilaniarunt. Et in hoc signi-
ficatur q̧ cum tanta potentia ueniunt/ut quiescant securi ad pascendum raptos gre-

ges. ¶ Asinum pupillorum abegerunt. Futurum est in hebraico. Augetur iniqtas ex qualitate hominum quibus inferunt damna, discurrendo per pupillos / uiduas / misellos / & pauperes. Et de orphanis quidem dicit q abigent asinos eorum. de uiduis autem. et abstulerunt pro pignore bouem vidue. Iuxta hebræum hr. accipient pignus bouem vidue. Et est sensus accipient bouem uiduæ appositiue pignus: hoc est quem duntaxat posset uidua pignorare. significatur. n. q nihil aliud habet uidua nisi illum bouem. ¶ Subuerterunt pauperum viam. Iuxta hebræu hr. Declinabunt miselli a via. Nec miselli secure possunt per uiam publicam ire propter huiusmodi comitatum prædonum etiam misellis non parcentium. et oppresserunt pariter mansuetos terre. Iuxta hebræu hr. pariter absconditi sunt pauperes terre. Latere etiã pauperes terræ metu talis comitat9 scribit. ¶ Alii quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum. Iuxta hebræu hr. Ecce onagri in deserto egressi sunt ad operationem suam. Explicat iob de quibus loquitur: assimilando eos onagris, non domesticis (mansuescunt. n. aliq onagri) sed in deserto / hoc est in feritate sua: ad insinuandum q homines de quibus loquitur / sunt inimici ciuilitatis humanæ. Ecce inquit homines similes onagris in deserto / egressi sunt ex regione propria ad exercendam operationem suam. de qua operatione subiungit. vigilantesq3 ad predam. Iuxta hebræu hr. matutini ad rapinã. Ecce operatio eorum. preparant panem liberis. Iuxta hebræu hr. planicies ei / panis pueris. Et est sensus q planicies frugum est ei .i. comitatui illi quẽadmodum panis pueris. Et significatur per hanc similitudinem / q comitatus prædonum reputat sibi debitos fructus agrorum qui sunt culti ab aliis quemadmodum debetur pueris panis absq ullo labore puerorum. intendit. n. dicere q prædones isti ueniunt ad colligendum agrorum fructus tanq suos. & propterea subiungit. Agrum non suum demetunt. Iuxta hebræum hr. In agro segetem suam metent. Describit consequenter q metent in agro quascunq segetes tanq suas. et vineam eius quem vi oppresserunt vindemiant. Iuxta hebræu hr. et vineam impii tardabunt: et est genitiui casus impii. Et significatur q cognoscentes aliquam uineam esse alicuius uiri impii similis eis / reseruabũt uindemiã illius aliquãtulũ sed tandẽ uindemiabũt ẽt illã. ¶ Nudos dimittẽt hoĩes / indumẽta tollẽtes: qb9 nõ ẽ operimẽtũ in frigore. Iuxta hebræu hr. Nudũ faciẽt dormire a sine indumẽto: & non operimẽtũ in frigore. Hactenus de rapina animaliũ & eo2 quæ in agris & uineis uegetant locutus est: deinceps de iniuriis personarũ prosequitur inchoans a denudatione hoĩum sic q oporteat eos dormire nudos, nudos inquã sic q carent & indumento & operimento in frigore. ¶ Quos imbres montium rigant: & non habẽtes velamen amplexantur lapides. Iuxta hebræu hr. Ab inundatiõe mõtium irrigabuntur: & a sine opposito amplexati sunt rupem. Fugientes a facie prædonum describuntur in montibus destituti sub periculo inundantium aquarum, quæ fluunt ex montibus cum tanto impetu q profugi carentes obstaculo seruante eos a cursu aquarum / coguntur amplecti rupem in qua seipsos retineant ne ab impetu aquæ ferantur præcipites. ¶ Vim fecerũt depredãtes pupillos. Iuxta hebræu hr. Rapient ex preda orphanum. Raptus hominum significat a rapi-

na miserabilium personarum/quales sunt pupilli. et vulgum pauperem spoliauerunt. Iuxta hebræum habetur. et super pauperem accipient pign⁹. hoc est sup paupere redimēdo accipient totum qđ habet. nomine siquidem pignoris significatur uniuersum quod potest dari in pignus. feritas. n. istorum describitur ꝙ si raptus pauper redimere se uult/exigunt ab eo totum quod possidet.

¶ Nudis ⁊ incedentibus absq; vestitu: ⁊ esurientibus tulerunt spicas. Iuxta hebræū hr̄. Nudi iuerunt absq; indumento: ⁊ famelici portauerunt manipulum. Miseriæ subsecutæ in hominibus ciuitatis illius describuntur. & primo quo ad indumenta/ꝙ oportuit eos nudos incedere: deinde quo ad panem/ ꝙ famelici portauerunt manipulum spicarum non habentes segetes: postea quo ad oleū & uinum. Inter aceruos eorum meridiati sunt: qui calcatis torcularibus sitiunt. Iuxta hebræū hr̄. Intra cellaria sua facient oleum: torcularia calcarunt ⁊ sitierunt. Tam modica quantitas oliuarum relicta narratur ut oleum faciant non in molis solitis sed intra cellaria in quibus recondere consueuerunt oleum. in torcularibus quoq; tam parum uini exprimendum relictum est a prædonibus/ut calcantes iterū torcularia sitiant: hoc est nequeant extinguere sitim ex residuo illo. ¶ De ciuitatibus fecerunt viros gemere/⁊ anima vulneratorum clamauit. Iuxta hebræū hr̄. Ex ciuitate homines clamabūt/⁊ anima interfectorum clamabit. Luctus cum clamore plorantium interfectos ab istis prædonib⁹ describitur/pro miseria postrema dicendo ꝙ homines ex ciuitate clamabunt: & rationem clamoris subiungendo & anima interfectorum clamabit uindictam a deo/ eo clamoris modo quo sanguis habel clamauit ad deum: hoc est ad instar clamātis exigit uindictā. describuntur. n. tam uiui ꝗ interfecti clamantes petendo uindictam a deo. et de⁹ inultum abire non patitur. Iuxta hebræū hr̄. et eloha nō ponet defectum? Interrogatiue legenda est hæc clausula/ad asserendum ꝙ deus iudex puniet istos prædones impunes in hac uita. tanꝗ igitur absurdum ualde socios alloquendo concludit & eloha non ponet defectum? pœnas futuræ uitæ sub defectus nomine cōpræhendēs: quæ in priuatione eorum quæ apti nati erant habere consistunt.

¶ Ipsi fuerunt rebelles lumini. Iuxta hebræū hr̄. Ipsi fuerunt in rebellib⁹ luminis. Ne quis diceret ꝙ isti prædones peccauerunt contra homines & non cōtra deum/& propterea non remanent puniendi a deo, addidit iob ꝙ ipsi prædones fuerunt inter rebelles luminis/tum fidei tum menti humanæ inditi naturaliter: ac ꝑ hoc peccatum eorum redundat in iniuriam dei/qui utrūq; lumen humano generi cōmunicauit. nescierunt vias eius. Probatio est ꝙ fuerunt inter rebelles luminis. nec reuersi sunt per semitas eius. Iuxta hebræū hr̄. et non sederunt in viis eius. hoc est non acquieuerunt ad uolendum per uias ducentes ad deum ambulare. ita ꝙ abiecerunt uias dei ab intellectu & uoluntate sua: & ideo ex ignorantia affectata conuincuntur rebelles luminis.

Mane primo cōsurgit homicida. Iuxta hebræū hr̄. Ad lucem surget homicida. Expedito primo iniquorum genere/introducit genus alterum compræhendens homicidas & adulteros: contra quos statim ut scitur uindicta fit. Ab homicidis itaq; inchoans/describit eos primum a tempore: dicēs ꝙ ad lucem (hoc est or-

to sole) surget homicida. interficit egenum & pauperem. Parui refert q hebraice habetur. interficiet pauperem & egenum. Ita q egeni nomine intelligas hominẽ plusq pauperem quasi mendicum/quem misellum superius appellauimus. per noctem vero erit quasi fur. Vtroq tempore (die vz & nocte) exercens officium suum describitur homicida. & die quidem interficiens pauperes qui inueniuntur soli & inermes: nocte autem ad instar furis insidiis uacans ad occidendum aliquem. ¶ Oculus adulteri obseruat caliginem. Iuxta hebraeũ hr. Oculus adulteri obseruauit vesperam. fugit. n. diurnam lucem & expectat noctem: & ppterea describitur curam habere horae uespertinae. Et ad hoc manifestandum subiungitur. Dicens non videbit me oculus & operiet vultum suum. Non sufficit ei cautela temporis: sed adiungit uelamen faciei ut non cognoscatur ab obuiantibus. ¶ Perfodit in tenebris domos sicut in die condixerant sibi. Sensus recte redditur: & pnomẽ sibi demõstrat adulterũ & adulterã. Perfodere aũt describit metaphorice: qa ad instar fodientis & per foramẽ intrantis ingreditur adulter domum adulterae per occultos meatus. et ignorauerunt lucem. hoc est absq lumine candelae conuenerũt adulter & adultera. ¶ Si subito apparuerit aurora arbitrantur vmbram mortis. Iuxta hebraeũ hr. Quia simul/mane eis vmbra mortis. hoc est qa simul sunt adulter & adultera, ideo mane quum oritur sol/est eis exosum tanq umbra mortis. timent. n. ne reperiantur aut ne uideantur aduueniente luce diei. et sic in tenebris quasi in luce ambulant. Iuxta hebraeũ hr. quia cognoscet terrores vmbre mortis: leuis ipse super facies aquarum. Describitur adulter manens cum adultera/qñ sentit terrores umbrae mortis: hoc est quãdo sentit aliquem motum uel uocem in domo adulterae/& terretur ne occidatur. & de eo dicitur q est tam agilis fugiendo tanq ambulans super aquas. Hoc. n. significatur dicẽdo quia cognoscet terrores umbrae mortis/ideo leuis ipse super facies aquarum. qui. n. super superficiem aquae iturus est, oportet q sit tam agilis eundo ut uelocitas motus eius uincat grauitatem corporis sui/& sic tanq leuior aquis eat super superficiem aquae. hyperbolico enim sermone describitur magna agilitas adulteri timentis & fugientis per uias aliquas tenuissimas immeabiles/sic ut incredibile uideatur q uir transeat per eas.

¶ Maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum. Iuxta hebraeũ hr. Maledicetur pars eorum in terra, non reuoluet viam vinearum. Pronomen eorum/adulteros & homicidas fugientes demonstrat. Et portio terrae in qua occultantur/maledicenda describitur: quia subiacere solet maledicto iudicis & quaerentium uindictam. locus. n. in quo inueniuntur/tanq maledictus tractatur uiolente educendo eos inde uel percutiendo ibidem. & propterea de quolibet eorũ fugiente subiungitur non reuoluet uiam uinearum: hoc est capietur anteq fugiẽdo per uineas reuoluat (hoc est uoluendo perficiat) uiam uinearum/quae communiter parum distant a ciuitate. significatur. n. per hoc q fugiens incidet in manus persequentium infra breuem distantiam a ciuitate. Propter quod aptissime subiungitur. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium: & vsq ad inferos peccatum illius. Iuxta hebraeum habetur. Siccitas etiam calor rapient aquas niuis: fouea peccauerunt. Similitudinem affert ad manifestandum quod dixerat: vz q homicidae

cidæ & adulteri fugientes incident cito in manus persequentium. Est autem similitudo q̀ quemadmodum siccitas & calor trahunt aquas niuium liquefaciēdo niues, ita fouea sepulchri trahit eos qui peccauerūt. uulgo. n. dicitur q̀ mors uocat eos. Et dicit siccitas etiā calor: hoc est calor iunctus siccitati/ ad differētiā caloris iuncti humori. ad sensū. n. patet q̀ calida aqua effusa super niuem non liquefacit sed indurat eam: propter quod in regionib⁹ frigidis/super cōgelati fluminis portionem quandam effundunt aquā calidam, ut durior portio illa/uia sit curribus & equitibus. calidum igitur & siccum oportet esse quod liquefacit niues. ¶ Obliuiscatur eius misericordia. Iuxta hebræū hr̃. Obliuiscetur eius amicus. nullus amicus comparebit pro adultero aut homicida fugiēte. Dulcedo illius vermis. Iuxta hebræū hr̃. Dulcuit ipse vermi. Dixerat q̀ sepulchrum trahit eos q peccauerunt: dicit cōsequenter q̀ uermes cupiūt eū tanq̄ cibum eo℞ dulcem. Et per hoc significat ꝓpinquitatem ad mortē tam adulteri q̄ homicidæ fugiētis. Non sit in recordatione sed conteratur sicut lignū infructuosum. Iuxta hebræū hr̃. adhuc nō memorabitur: ⁊ fuit fract⁹ sicut arbor iniquitatis. Celeritas uindictæ describitur per hyperbolē/ dicendo q̀ adhuc nō memorabitur & fuit occisus. est. n. sensus q̀ statim ut appræhensus fuit/fuit occisus absq̧ tela iudiciarii processus/ absq̧ cōmemoratione criminis. notoriū. n. p̄supponitur factum cū fuga facientis. Affert aūt ad hoc similitudinem arboris iniquitatis quæ frangitur absq̧ mora. Appellatur autem arbor iniqtatis arbor nociua. huiusmodi. n. arbores sine mora & consilio succiduntur. Et hic finitur tractat⁹ secūdi generis iniquorum/ quorum multi in hac uita statim puniuntur. ex hoc. n. q̀ homicidæ & adulteri merētur mortem, & aliqui fugiētes in hac uita puniuntur/multi autem adulteri & homicidæ remanent impunes, insinuat iob q̀ reseruantur puniendi in alia uita.

Pauit. n. sterilem ⁊ que non parit: ⁊ vidue bene non fecit. Iuxta hebræū hr̃. Frangens sterilem non pariet: ⁊ vidue non bene fecit. Tertiū iniquo℞ genus introducit describendo ciuem diuitem erigētē se in ciuitate in quasi tyrannum. describit autem crimina eius tum erga mulieres/tū erga uiros. Et circa mulieres non meminit adulterii sed deflorationis uirginum cū procuratione aborsus/dicēdo frangens sterilē: hoc est frangens uirginem ad sterilitatem. Et dicit hoc ad differentiā coniugii in quo frangitur uirgo ad foecunditatē. diues. n. iste nolebat ducere quas uiolabat uirgines in uxores: & uolens consulere honori puellarum/dabat eis aliquid quo fierent steriles, non simpliciter & absolute/sed quo ad hoc: ẏcȝ ne parerent ex cōcubitu cū eo, ad limitandū siquidem sterilitatem adiungitur non pariet. Et simile intelligo gestum circa uiduas/significatum honeste dicendo & uiduæ non bene fecit. Circa uiros autem subiungit̃. Detraxit fortes in fortitudine sua. Iuxta hebræū hr̃. Et trahet fortes in potentia sua. Modus exercendi tyrannidem describit̃: ẏcȝ q̀ diues potentia diuitiarum suarum trahet ad se fortes / ut sic exhibeat se terribilem ciuibus aliis. Et quum steterit / non credet vite sue. Iuxta hebræum habetur. Surget / ⁊ non faciet credere in vitis. hoc est eleuabit se tam terribilem ut efficiat q̀ multi metuentes ab eo / arbitrentur uitas suas non fore securas: quod utinam crebro non uideremus. ¶ Dedit ei deus locum penitentie: ⁊ ille abutitur eo in superbia. Iuxta hebræum habetur. Dabit ei securitatem ⁊ in

nitetur. Diues ille potens & terribilis dabit ei (hoc est alicui metuenti) securitatem/ promittendo illi q securꝰ potest manere. Et hoc intellige accepto munere aliquo: & sic ille qui metuebat/innitetur super securitate sibi data ex promissione diuitis. **Oculi autem eius sunt in uiis illius.** Perfidia diuitis describitur q q̄uis promiserit securitatem metuenti, nihilominus oculi ipsius diuitis uigilant super uias illius quem securꝝ fecerat/expectando tempus ac locum cōmodum quo possit supplantare illum.

¶ **Eleuati sunt ad modicum & non subsistent.** Sententia reddit: hebraice tamen legitur. **Eleuati sunt paulum & non ipse.** De quibusdā huiusmodi ciuilium tyrānorm dicit q eleuati sunt paulum/hoc est breui tempore, & non ipse/tyrannꝰ erit. Nec hoc intelligas dici ad describendum omnes huiusmodi tyrannos (quoniam subiūcta litera non uerificatur de omnibus) sed quēadmodum inter adulteros descripsit fugientem qui cito incidit in manus persequentium, ita inter huiusmodi ciuiles tyrannos describuntur aliqui q parum durant/deuenientes ad paupertatem, de istis.n. dicitur eleuati sūnt paulum & non inuenietur ipse. Modus autem quo non erit ipse/subiungit. **Et humiliabuntur sicut omnia & auferētur.** Iuxta hebraeū hr. **Et depauperati sunt/sicut omnes restringentur.** Ecce modus quo desinunt cito quandoq huiusmodi tyranni: deueniendo scilicet ad paupertatem/ consumptis opibus in malis usibus. depauperati autem restringentur a iudice/sicut omnes alii ciues qui male fecerunt restringi solent a iudice addicente malefactores carceri. **Et sicut summitates spicarum conterentur.** Iuxta hebraeū hr. **Et sicut caput spice succidentur.** Discerne inter modum puniendi fugientem adulterum seu homicidam/& modum puniendi ciuilem tyrannum. de illo siquidem paulo āte dictū est q statim sicut arbor iniquitatis frangetur: de isto autem dicit q mancipabitur carceri quemadmodum alii malefactores. significando per hoc q procedetur cum iudiciaria tela, & postea sicut caput spicae incidetur: hoc est discussa causa & matura ad mortem/capite plectetur quemadmodum expectatae ad maturitatem spicae succiduntur. Et ex hoc q aliqui merētes mortem intercedente iudiciaria tela puniunt hic/& nō omnes similes puniunt hic, insinuat iob q tales reseruant puniendi in alia uita. Collige ergo prudens lector q iob cōuincit socios ex tribus generibus iniquorum. tum ex praedonibus/qui peccant penitus impunes: tū ex homicidis & adulteris/quoꝝ aliqui dūtaxat occiduntur statim: tum ex ciuilibus tyrānis/quoꝝ aliqui dūtaxat occiduntur cum iudiciaria tela. sub istis.n. tribus generibus iniquoꝝ merentiū in hoc mundo mortem & tñ non punitorum in hoc mundo/cōpraehendit oēs iniquos impunes in hac uita: & conuincit socios ut profitentes deum habere curam singularium quae temporaliter fiunt/profiteantur consequenter diuersos dei dies ad iudicandum: alterum in praesenti uita/alterū in alia uita: alioquin tanta multitudo iniquorum remaneret impunis.

¶ **Quod si non est ita.** Iuxta hebraeū hr. **Et si non.** Et est sensus/& si non asserit qđ dixi. **Quis me pōt arguere esse mētitū.** Iuxta hebraeū hr. **Ubi quis faciet mētiri me:** quasi dicat nullibi. & similr nullꝰ tāti erit q faciat mētiri me. **Et ponere ante deū uerba mea:** Iuxta hebraeū hr. **Et ponet in nō uerbū meū:** Hebraicae phrasis est significare nihilū p nō/pinde acsi dixisset & ānihilabit sermonē meū. uidebat.n. iob inductionē qua usꝰ fuerat cōuincere aduersarios: & ppterea sic conclusit.

R Espōdit aūt bildad subites. Ordinate secund⁹ soci⁹ tertio respon det. et dixit. Potestas ⁊ terror apud eū ē. Iuxta hebræū hr. Po testas ⁊ timor cū eo. Dictio interptata potestas/ non plene explicat: qm̄ significat potestatem exercentē actionem suam. Vbi aduerte q̄ iob in cap. 23. dixerat de deo iudice nūquid litigabit mecum in multitudine potētiæ: & subiū xerat nō, ideo bildad contra hanc iobis s̄niam opponit, dicendo potestas & pauor cū eo/ pculdubio deo. intendit. n. cōfutare iobem qui dixerat q̄ cupit ire ad tribunal dei: quia ibi deus nō iudicaret cū in multitudine potentiæ: ac per hoc ipse iustificaret causā suam. Et ppterea bildad inchoat a contrario fundamēto: vʒ q̄ cū deo est potestas & timor. hoc. n. directe cōtrariatur fundamēto iobis: scʒ de⁹ non litigabit in multitudine potentiæ. nā sensus uerbo⁊ bildad est q̄ exercitiū potestatis diuinæ gignens timorē/ est cū deo: hoc ē in tribunali ei⁹. q facit cōcordiā in sublimib⁹ suis. Parui refert q̄ hebraice hr̄ pacem. Probat bildad q̄ deus exercet potestatem suā cum terrore/ ab effe ctu quem efficit deus in creaturis spiritualibus: angelis scʒ & animabus corpo⁊ cœle stium. Effectus autem iste est pax. intendit. n. q̄ trementes angeli intuendo magnitudi nem diuinæ potestatis quā exercet/ uiuunt in summa pace: quēadmodum exercit⁹ sub imperatore potētissimo & terribili uiuit in pace. Nunqd ē numer⁹ militū ei⁹. Parui refert q̄ hebraice hr̄. societatū ei⁹. Et ē sermo de militarib⁹ societatib⁹. Mani festat q̄ pax spiritualium substantia⁊ sit effectus terroris diuinæ potestatis/ ex duob⁹. p̄mo ex parte multitudinis innumerabilis angelo⁊. q̄. n. tam maxima multitudo cōue niat & pseueret pacifice/ oportet ex uno aliquo effici: hoc aūt unū (ut testant̄ humanæ res) ē timor a gubernāte. et sup quē nō surgit lumen illi⁹. Iuxta hebræū hr̄ in fu turo surget. Probat secūdo ex parte excellētiæ diuinæ potestatis attingētis oēs. Ita q̄ pbatio integrat̄ hinc ex parte multitudinis innumerabilis, inde ex parte eminētiæ diui næ potestatis attingētis oēs, cōtinuādo siquidē inchoatū interrogatiuū, dicit & sup quē nō surget/ nō eleuabit̄ & eminebit lumē illius: hoc est actio illi⁹ ad instar luminis solaris. sol. n. in sua eminentia pseuerās attingit lumine omnia.

¶ Nunqd iustificari potest hō cōparat⁹ deo. Iuxta hebræū hr̄. Et quo modo iustificabit̄ hō cū el: Postq̄ bildad pbauit q̄ potestas & timor sūt cū deo, infert ex dicto p̄ncipio & quomō iustificabit̄ hō cū el: quasi dicat nullo mō. Infert̄ aūt hoc ēt ex cōfessiōe ipsi⁹ iobis: qm̄ apud diuinū iudiciū secundū potentiā exterrentē re nuit iob iudicari. Et significanter de⁹ nominat̄ el/ qa ē nomē fortitudinis seu potentiæ. aut apparere mūd⁹. Iuxta hebræū hr̄. et quomō mūd⁹ erit nat⁹ de mulie re: tā impfecta parente, directe siqdem cōcludit (ex cōtrario tñ p̄ncipio) tā iobem q̄ quēcūq̄ aliū hoiem apud diuinū tribunal fore iniustum & immundum. Ecce luna et nō splendet: ⁊ stelle nō sunt mūde in cōspectu ei⁹. Iuxta hebræū hr̄. Ec ce vsqʒ lunā non faciet illuminare: ⁊ stelle non mūdabūtur in oculis ei⁹. Apposuerat rōni uilitatē hoīs/ dicēdo hō nat⁹ ex muliere: & ideo adiūgit argumētū sumptū ex uilitate hoīs relatiue ad lunā & stellas. Et argumētū clare sonat q̄ luna & stel læ nō mūdātur in diuino iudicio: ergo multo min⁹ hō/ q ē tāq̄ uermis. ¶ Sed occurrūt hic duæ difficultates. Altera quomō bildad affert ad ppositū/ defectū lūinis in lūa: qm̄ disputatio cū iobe ē de mūdicia morali q̄ ē mūdicia ai: defect⁹ aūt lūinis lunæ nō est in

aío sed in corpore/nõ est spũalis sed corporalis:& ꝓpterea impertinẽs uidetur ad ꝓpositũ. Altera est de imundicia stellaꝝ/quæ nam sit imundicia ista de qua loquitur bildad. nã in stellis nulla adhuc uisa est imundicia corporei luminis aut cuiuscunq; alterius qualitatis. Solutio primæ est q᷑ bildad per sensibilia insinuat intelligibilia: & p defectũ luminis in luna insinuat defectum iustitiæ in anima lunæ relata ad diuinum iudiciũ. præsupponit.n.cœlestia corpora esse animata: & ut intelligeremus q᷑ de imundicia spirituali intendit/adiunxit q᷑ stellæ non mundabuntur in oculis eius. hoc.n.non nisi de spirituali imundicia intelligi põt:quũ expresse dicatur in oculis dei/nõ in oculis hoíum. Et per hoc patet solutio secũdæ. Vbi et aduerte q᷑ eliphaz in.cap.15.dixerat q᷑ cœli non sunt mũdi in oculis dei:bildad aũt cõsequenter dicit de astris q᷑ luna & stellæ nõ sunt mũdæ in oculis eius. Attribuitur aũt defectus luminis lunæ/eius imundiciæ: qm̃ ex hoc q᷑ lũa est tanq̃ fex cœlestiũ corpoꝝ/est nõ penitus naturæ diaphanæ:& propterea defectum luminis sortitur. Quanto magis homo putredo. Iuxta hebræũ hr̃. Etiã q᷑a homo uermis: & filius hoĩs uermis. Relatiue ad cœlestia corpora incorruptibilia/hõ est uermis,imo plus distans a cœlesti corpore q̃ uermis ab hoĩe: quia homo & uermis cõmunicant in corpore generabili & corruptibili:corruptibile aũt & incorruptibile distant plusq̃ genere. Dicit aũt hõ & filius hoĩs/ad resumendũ antedicta (hõ & natus de muliere) ut conclusio quadret propositis.

CAPVT .XXVI.

Respondit autem iiob & dixit. Cuius adiutor es / nunquid imbecillis. Sententia recte redditur: hebraice tamen hr̃. Quem adiuuisti in non potentia. Præpositio tñ interpretata in / potest interpretari ad. ita q᷑ potest legi. ad non potentiam. Quia bildad assumpserat partes dei iudicis (manifestando tribunal diuinũ exercere potestatẽ terribilẽ: ac per hoc nullum iustificari in tribunali illo) ideo iob inuehitur aduersus bildad/arguendo eum temeritatis q᷑ adiutorem dei egerit, et ratiõem subdit:q᷑a adiutore indiget is cui minor est potentia/non deus cui nihil potentiæ deest, quẽ inq̃t adiuuisti? & rõnem subiũgendo in non potentia:hoc est eum in quo non est potentia sufficiens. et sustentas brachium eius qui non est fortis? Iuxta hebræũ hr̃. saluasti brachio & nõ robur? Metaphorico sermone continuat inuectiõnẽ temerarii adiutorii / describendo eum ad instar adiuuantis uirum iam lassum interposito salutari brachio: quasi dicat/ dei uires non lassantur ut egeat brachio tuo saluante ipsum. pri⁹.n. exclusit adiutoriũ & postea effectũ adiutorii. Cui dedisti consiliũ/forsitan illi qui nõ habet sapientiã: & prudentiã tuã ostẽdisti plurimã? Iuxta hebræũ hr̃. Cui cõsuluisti/in nõ sapiẽtia: & statutũ multitudini indicasti? Vt hæc itelligas, reuoca ad mẽtẽ q᷑ cũ aliq̃s p̃nte p̃ncipe rñdens/ex parte p̃ncipis dicit in fauorẽ p̃ncipis aliquid eẽ de intẽtiõe p̃ncipis q᷑d tñ p̃nceps p̃sens nec cogitauerat/ille fictor agit facto cõsiliariũ:qm̃ secũdũ ueritatẽ dat tũc cõsiliũ illi⁹ rei quã ꝓmulgat eẽ de intẽtiõe p̃ncipis: iste inquã q̃uis nõ p modũ cõsilii/opere tñ cõsiliũ dat p̃ncipi.& q᷑a bildad dicebat esse statutũ a deo ut in iudicio diuino exerceret potestatem suã terribilem/ & hoc falsum ẽ/ & p̃nte deo tanq̃ in fauorem dei bildad promulgabat hoc esse de intentione dei, ideo iob inuehitur contra eum dicendo cui consuluisti? hoc est officium consiliarii non per mo

dum dantis consilium sed facto exercuisti? Et rationem uitii subiungit dicendo in non sapientia: hoc est nunquid ei in quo non est sapientia sufficiens? princeps enim cui deficit sapere/indiget consilio. Ad insinuandum autem hunc modum dandi consilium/subiungit & statutum dei indicasti multitudini, ad instar consiliarii non per modum dantis consilium sed promulgantis præsente principe hoc esse statutum a principe/ promulgabat bildad statutum dei de usu potestatis terribilis in tribunali diuino. ¶ Quem docere uoluisti? Iuxta hebræum habetur. Cuius annunciasti uerba? Prosequitur inuectionem/exaggerando temeritatem ex eminentia dei. Acsi apertius dixisset, non ponderasti eminentiam dei cuius præsumpsisti annunciare uerba quæ non dixit. nonne eum qui fecit spiramentum? Iuxta hebræū hr. et anima cui⁹ exiuit a te? hoc est & cuj⁹ intimū cui⁹ uolūtas exiuit fingēdo & loquēdo a te/a corde tuo nō a ueritate? arguit. n. ēum q̄ nō a ueritate nō a diuina reuelatiōe sed a seipo bildad protulerit aium (hoc est intentionē) dei/nō pōderādo de cui⁹ aīa (hoc ē intenti[illegible]) loqueretur.
¶ Ecce gigantes gemunt sub aquis: & qui habitant cum eis. Iuxta hebræū hr. Gigantes dolebunt a sub aquis: & habitantes cum eis. Dictio interpretata dolebunt / significat dolere nō qualitercunq̄ sed ad instar dolorū partus. Completa inuectione/respondet ad probationem allatam a bildad. probauerat. n. bildad seueritatem diuini iudicii ex pace multitudinis angelorum. respondet itaq̄ iob q̄ deus non eodem modo utitur potestate sua erga nos in hac uita & erga spirituales substantias: sed aliter utitur potestate sua gubernando & consequenter iudicando spirituales substantias/& aliter utitur potestate sua gubernando & iudicando nos in hoc mundo sensibili. Et cum hac distinctione confutat obiectionem bildad: in totoq̄ hoc capitulo nihil aliud dicit nisi membra huius distinctionis/inchoādo a iudicio diuino quo utitur deus circa dæmones & animas damnatas. Et dæmones quidem nominat gigantes: aīas uero dānatas nominat habitantes cum eis. In promptu aūt est rō quare dæmones appellantur gigātes: propter sc3 magnitudinē potentiæ & eminentiā relatiue ad hoīes. Ait itaq̄ metaphorico sermōe q̄ gigātes (hoc est dæmones) & aīæ habitantes cum eis dolebūt tanq̄ parturiētes a sub aqs: hoc est tanq̄ submersi in afflictionib⁹. pinde acsi dixisset fateor q̄ deus exercet potestatē suā terribilem in alia uita iudicādo dæmōes & aīas habitantes cum eis. potestatē siqdem terribilē describit ab effectu: dolore sc3 & submersione dæmonū & habitantiū cū eis. ¶ Nud⁹ est infer⁹ corā eo. Iuxta hebræū hr. Nuda fouea e regione ei⁹: & nō operimentū pditioni. Tum materia tū adiūcta pditio testat̄ q̄ de fouea inferni est sermo. Et subtilis rō reddit̄ discernēdi inter gubernationē ac punitionē dæmonū aīarūq̄ & gubernationē ac punitionē hoīum i hac uita/dicēdo nud⁹ infern⁹ e regiōe ei⁹. Differētiæ tres inter illos & nos manifestātur. Prima ē q̄ illi sunt nudi, nos aūt uestiti carne. caro nāq̄ tegmē est aīæ nrǣ aggrauās eam & auertens tam intellectiuā q̄ appetitiuā partē aīæ a supernis. Altera q̄ illi sunt e regione dei, nos aūt minime: hoc ē illi sunt in statu tali q̄ possunt ad libitū dirigere intuitū uers⁹ deū/quēadmodū stātes e regiōe alicui⁹ possunt ad libitū aspicere illū. substātiæ siqdem spūales describunt̄ differētes a nobis penes hoc q̄ nos nō possum⁹ mētis aciē dirigere directe ad deū: qm̄ nō intelligim⁹ eū nisi in phātasmatibus: oportet enim intelligentem phantasmata speculari. illæ autem intelligunt deum non per phantasmata/sed tanq̄ e

regione ipsius stãtes. Tertia est q; inter illos et deum nullum intercedit medium prohibens uisionem, inter nos autem & deum intercedunt media multa: quia non nisi per sensibilia ascendimus ad notitiam dei. & propterea dicit nullum esse operimentum perditioni: hoc est spiritibus perditionis filiis. Et oportuit apponere hanc tertiam ad excludendum obiectionem qua dici potuisset q; licet spirituales substãtiæ stent e regiõe dei / interiacens tamen medium prohibet eas aspicere in deum. Ex tam diuersa itaq; conditione spiritualium substantiarum & hominum reddit iob rationem quare deus utitur cum illis potestate terribili & non nobiscum. & rursus ex hocipso q; deus utitur potestate terribili iudicando eos qui sunt in fouea inferni, supplet uel docet omissa a bildad de damnatione & miseria multarum spiritualium substantiarum.

¶ Qui extendit aquilonem super uacuum. Postq; iob aperuit q; deus utitur potestate terribili circa spirituales substantias, tractat consequenter q; deus non utitur nobiscum simili potestate terribili / sed gubernat nos per media sensibilia & exercet nos per tentationes dæmonum. intendens per hæc describere qualiter nos cognoscimus deũ & proficimus in bono uel deficimus a bono: ut ex his intelligerent socii q; deus aliter iudicat nos in hac uita / & aliter animas in alia uita cum dæmonibus. Per hoc.n. iob assequitur intentum: uz q; deus non iudicaret eum in multitudine potentiæ suæ, locutus est.n. de seipso iudicando in hac uita: hoc est secũdum iudicia quæ deus exercet in pñti uita. Monstrando itaq; media per quæ deus gubernat nos, incipit a cœlo sub nomine septentrionis (eo q; polus septentrionalis supereminet nobis) dicendo extendens sinistram / hoc est septentrionem, super uacuum / hoc est aerem: antiquí.n. aerem nominabãt uacuum. Et utitur uerbo extensionis quemadmodum & in genesi describitur secunda die facta extensio cœlorum / ad significandum q; deus dedit quantitatem tãtam cœlo. et appendit terram super nihilo. Quia uniuersi corporei principia prima sunt cœlum & terra / circunferentia & centrum, ideo statim post cœlum meminit terræ. & utendo metaphora appensionis dicit q; deus appendit terram super nulla re / ad significandum q; fecit terram in seipsa sustentatam & non alicui rei alteri innixam. Et hoc est uerissimum: quia ipsa est grauissima inter omnes partes uniuersi: ac per hoc naturaliter quiescit in totius uniuersi infimo: quod perspicuum est esse centrum mundi. ¶ Qui ligat aquas in nubibus suis. Ad instar colligentis aquas & concludẽtis eas intra limbum luteum / describitur deus colligens uapores humidos ex quibus fiunt nubes continentes aquas quasi ligatas in eis. sunt.n. aquæ in nubibus non actualiter sed in potentia ualde propinqua ante pluuiam: & propterea describuntur ligatæ in nubibus & non scindentes nubes. Ut non erumpant pariter deorsum. Iuxta hebraeũ hr. et nõ scissa est nubes sub eis. Aquæ actualiter conclusæ / scindunt concludẽtem limbum sub eis luteum impedientem fluxum earum: quo contra aquæ in nubibus conclusæ non scindunt nubem longe fragiliorem q̃ sit labium luteum. ut ex hac differentia intelligamus q; aquæ non continentur actualiter in nubibus sed in potentia ualde ppinqua actui: & ideo dicuntur aquæ ligatæ in nubibus sic q; non scindunt nubes. Nec pluuia fit per scissionem nubis / sicut aqua fontis fluit scindendo terram ex qua egreditur: sed nubes ipsa uertit in aquam, non priusq̃ pluat / sed simul generando pluit & pluendo generatur: & propterea dicitur & nõ est scissa nubes sub eis. ¶ Qui tenet uul

tum solii sui: & expandit super illud nebulam suam Solium dei appellatur coelum:& ad literam describitur alterum officium nubium. prius.n. scriptum est officiu continendi aquas:modo uero subiungitur officium tegendi coelum ne appareat nobis. Parui.n.refert q iuxta hebraeum legendum esset.accipiens faciem sedis/hoc est tollendo apparentiam sedis suae,expandit super illam nubem suam. Vtitur aut metaphora solii uelati ne appareat/ad instar uenerabilium rerum,quae quandoq uelantur & quandoq deteguntur ut in maiori habeantur ueneratione,describitur nanq tale nubium officium quod est tegere nobis coelu,ordinari ad hoc ut sedes dei uenerabilior nobis reddatur/quandoq apparens & quandoq non apparens. Theologice loquitur: & in naturalibus relationes ad diuinum honorem considerat. ¶ Terminum circudedit aquis: vsq dum finiantur lux & tenebre. A nubibus descedit ad mare.& iuxta hebraeum dicit. Statutum circino dedit super facies aquarum: vsq ad consumptionem luminis cum obscuritate. Et ad literam significatur q deus statuit certum spatium mari ut non operiat uniuersam terram. & hoc qdiu nox comitabitur diem & econuerso:hoc est non ad certum tempus sed in perpetuum. ad significandum.n.determinatam quantitatem spatii iuxta terram/dicit statutum circino dedit. linea.n. quae ducendo circinum fit/ certum spatium concludit. Et utitur statuti nomine ad significandum firmitatem ambientium mare. Nec ex istis intelligas statutu esse a deo ut mare no occupet nouiter aliqua parte terrae aridae(hic.n.sensus est falsus: qm ad sensum patet aliquam olim partem terrae aridae esse modo sub aquis, & ecotrario aliquam terrae partem olim sub aquis/modo esse aridam) sed sensus e q mare semper perseuerat intra determinatam quantitatem statuti sibi spatii a principio quo deus dixit congregentur aquae in locum unum & appareat arida. Significanter quoq dicit sup facies aquarum/ad manifestadum q terra arida est caelsior mari. nisi.n.terra arida eminentior esset mari/mare procul dubio operiret terram:qm aqua semper fluit in decliuiorem locum. Modus itaq describitur quo determinatum spatium datum est aqs: ye3 eleuando aliquas terrae partes super aquarum facies/hoc est superficies.

¶ Columne celi contremiscunt & pauent ad nutum eius. Iuxta hebraeu hr. Colune celorum trement & obstupescent a clamore eius. Quia tam praecedentia q sequentia de operibus dei in rebus sensibilibus tractant, ideo metaphoram hanc columnarum coeli intelligendam de montibus puto. motes.n.excaelsi appellantur columnae coeli.i.aeris,eo q erecti stant tanq columnae erectae in aere nihil sustentantes. in psalmo siquidem octauo clare patet aerem supputari inter coelos/ dum dicit uolucres coeli:& iuxta hebraeum aue coelorum. Commotio itaq montium describitur ad instar obstupescentium & trementium a clamore principis. clamor.n.dei imperium eius quo imperat effici aliquid magnum ac stupendum/significat. Magnum autem ac stupendum est/montes excaelsos localiter commoueri quasi motu tremoris:& propterea hic effectus naturalis describitur sub metaphora tremoris a clamore dei. Et admiscetur admirationis stupor, ad insinuadum q imperium dei penetrat ad intima montiu / & ex montium intimis tanq ex animo prouenit exterior motus tremoris. ¶ In fortitudine illius repente maria congregata sunt. Iuxta hebraeum hr. In potentia sua diuisit mare. Localis distinctio diuersorum sinuum aquarum ascribit

Clamor dei

diuinæ potentiæ, hebraica siquidem consuetudine quælibet aquarum congregatio siue dulcium siue amararum/appellatur mare. et prudentia eius percussit superbū. Iuxta hebræum hr. et in intelligentia sua fregit fortitudinem. Terræmotus quo scinduntur etiam lapideæ terræ partes significatæ nomine fortitudinis / attribuit intelligentiæ diuinæ: ut ex hoc effectu naturali qui ex necessitate materiæ prouenit attributo diuinæ intelligentiæ/intelligeremus q multo magis omnia naturalia efficit deus per intellectum, ita q deus non est agens naturale sed agens a proposito. Spiritus eius ornauit celos. Iuxta hebræum hr. In spiritu suo celos pulchrificit. Describitur per hoc differentia inter modum quo deus efficit naturalia in sphæra elementari (in nubibus in montibus in aquis &c.) & modum quo pulchritudine donauit cœlos decorando illos tot astris/penes hoc q cœlos pulchrificit in spiritu suo: hoc est absq corporeo instrumento, modus. n. fuit pure spiritualis. Et per hunc modum insinuatur oppositus modus: sc3 per instrumentum corporeum/quo deus mutationes in aere in aquis &c. efficit. et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Iuxta hebræū hr. dolendo peperit manus eius serpentem vectē. Dictio interpretata dolendo peperit/significat dolere in partu. & est præteritum perfectum: & propterea oportet interpretari uel doluit uel dolendo peperit. Dictio quoq interpretata uectem/anceps est uel ad recuruum uel ad uectem: hoc est sudem palum trabē in transuerso sitam ad obstruendum/ad claudendum &c. Diabolus siquidē describitur ab officio tum serpendi ad intima animi humani/ tum impediendi & obstruendi uiam cœlestem hominibus, inter alia siquidem media quibus deus nos gubernat/ connumeratur postremo diabolus quo ad officium tentandi nos. Et attribuit manui (hoc est gubernationi) diuinæ partus dæmonis quantum ad hoc officium: quoniam secundum ueritatem gubernatio diuina admittit dæmones quo ad hoc officium inter media qbus gubernat nos. nisi. n. diuina gubernatio hoc officiū inter sua media admitteret/machinationes dæmonum non se extenderent ad homines. Attribuitur autem diuinæ manui dolendo: tum ad significandum q quemadmodum mulier pariens dolores partus non eligit sed tolerat propter bonum generationis, ita diuina gubernatio nō eligit sed permittit dæmones tentare hominem propter bonum electorum, tū ad insinuandum modum quo officium hoc recipitur in hominibus: uc3 cum afflictione animi uel corporis/ita q dolor manus diuinæ referatur ad effectum. Et quia utroq modo uerificatur metaphora doloris, ideo utrunq diximus. Sapienter autem iob manifestando modum quo gubernamur a deo diuersum esse a modo quo gubernat deus substantias spirituales/meminit q deus gubernat nos etiam per dæmonum tentationes exercendo nos: quia hinc apparet iustificatio ipsius iobis non puniti sed exercitati afflictionibus illatis sibi per satanam.

¶ Ecce hec ex parte dicta sunt viarum eius. Iuxta hebræū hr. Ecce iste partes viarum eius. Pronomen istæ demonstrat dicta de actione diuina, & ne putares iobem collegisse uniuersa opera dei, explicat q istæ sunt partes uiarum dei/& non sunt uniuersæ uiæ dei. et quum vix paruam stillam sermonis eius audierimus. Iuxta hebræū hr. et q3 exiguum verbum auditum est in eo. Totum quod docetur & discitur de deo ex operibus eius/ualde exiguum esse dicit. auditus. n.

sensus est disciplinæ. quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri? Iuxta hebræũ hr. et tonitruum potentiarum eius a quo intelligetur? quasi dicat a nullo homine. Et dicit hoc aduersus bildad/ qui tonitruum potentiarum dei introduxerat ad iudicandum homines in præsenti uita. Ac si apertius dixisset, opera dei quibus nos regit, ducunt nos in notitiam suauis regiminis diuini quo gubernat nos homines/ & non in notitiam q deus gubernat nos tonitruo potentiarum eius, suauis.n. ordo nobis cognitus ducit in suauem usum diuinæ potestatis in hoc uniuerso sensibili: tonitrui autem potentiarum dei ordo non est nobis notus.

CAPVT .XXVII.



Addidit quoq; iob. Interuallum insinuatur quo iob expectauit an zophar cuius intererat tertio respondere / uellet aliquid dicere: & tacente zophar/ iob addidit subiuncta quinq; capitula, in quoru.. primo arguit socios erroris circa pœnas iniquorum: q sc; male sentiebant de diuina prouidentia quo ad punitionem iniquorum. assumens. Iuxta hebræum legendũ esset. eleuare parabolam suam. Videns q nullus responderet/ magnificauit seu exaltauit sermonem suum: qui appellatur parabola/ eo q plenus est similitudinibus. et dixit. Viuit deus. Legendũ esset. Uiu⁹ el. Ecce exaltatio sermonis, inchoat, n. quasi uictor a iuramento damnaturus socios, illius siquidem temporis more iurando/ ait uiuus el: hoc est deus fortis. qui abstulit iudicium meum. Iuxta hebræũ hr. fecit recedere iudicium meum. hoc est qui nõ exercuit iudicium meum, deus, n, non iudicando iobem sed probando ipsum / cõcessit ut affligeretur iob, & propterea iudicium iobis describitur tanq; recesserit: quia secundum ueritatem absens fuit ab afflictione eius. Metaphorico itaq; sermone dicit q deus fecit recedere iudicium iobis/ ad manifestandum q non fuit pro peccatis punitus. et omnipotẽs qui ad amaritudinem adduxit. Hebraice hr. et saddai amaricauit animam meam. Inuocando in testem deum tum fortem tum uincentem omnia/ resumit quod prius dixerat: sc; q placuit deo amaricare uitam eius / seorsum collocando iudicium iuxta merita ipsius iobis. Quia donec superest halit⁹ in me. Iuxta hebræũ hr. Quod toto adhuc anima mea in me: & spiritus eloha in naribus meis. Hebraica phrasi toto adhuc / significatur toto tempore quo adhuc fuerit anima in corpore. Vitæ itaq; suæ tempus reliquum describit per perseuerantiam animæ suæ in eo & flatus concessi a deo gubernante in naribus. tamdiu, n. homo uiuit q̃diu respirat, nasus autem respirationis organum iuge est: dormientes, n. clauso ore/ respiramus per nares. A duobus itaq; sese concomitantibus (sc; existentia animæ in corpore & officio respirandi) describit tempus uitæ hominis. Non loquentur labia mea iniquitatem: nec lingua mea meditabitur mendacium. Sensus recte redditur: hebraice tamen habetur. Nũ loquentur labia mea iniquitatem? & lingua mea num meditabitur dolum? Frequenti consuetudine hebraicus sermo utitur interrogatiuis ad firmiorem assertionem, horroris siquidẽ causa dicit/ num labia mea loquentur iniquitatem? ad insinuãdum labia sua aliena ual-

de esse a tali crimine/scz ut loquantur quod iniquum est. Et hinc incipit manifestare materiam super qua iurat. Horret quoqz q lingua eius meditetur dolum: hoc est meditatum dolum loquatur. Duo peccata locutiōis a se excludit, alterum est loqui iniquū: alterum loqui dolum. Primū aperte dicitur malum: secundū autem malum dicitur sub specie boni. Super utroqz iurat damnaturus socios/ad insinuandum q nec iniustū nec palliatum proferet sermonem. **Absit a me ut iustos vos esse iudicem.** Iuxta hebræū habetur. **Absit mihi/num iustificabo vos?** Ecce quorsum tendunt dicta. socios. n. male sentientes de punitione iniquorum a deo si iustificaret, loqueretur iniquum secundum ueritatem/& diceret meditatum dolum secundum mentem ipsius iobis cognoscentis oppositum. **Donec deficiam non recedam ab innocentia mea.** Parui refert q hebraice habetur. **non faciam recedere puritatem meā a me.** Dictio interpretata puritatem/a multis innocentia a nonnullis perfectio interpretatur. Ex duobus capitibus intendit iob arguere socios. Primum ex parte sui: & deinde ex parte rei dictæ. Et ex parte quidem sui fundat argumentum super cōtrarietate inter ipsum & socios: utpote inter iustum & iniustos. & propterea manifestat primo se iustū dicendo q donec finiatur uita sua non faciet recedere a se perfectionem suam. dicendo enim non faciam recedere / significat tum ipsam esse secum tum firmum propositum conseruandi eam in futuro. **Iustificationem meam quam cepi tenere nō deseram.** Iuxta hebræū hr. **In iustitia mea tenui & non dimittam eam.** Dixerat bonitatem propriam in præsenti & proposito de futuro: subiungit candē in præterito dicens. in iustitia mea tenui me. & ex quo tenui non dimittam eam: hoc est perseueraui in ea. futurum. n. non dimittam refertur ad præteritum tenui. **neqz. n. reprehendit me cor meum in omni vita mea.** Iuxta hebræum hr. **non vituperabit cor meum a diebus meis.** Manifestat initium iustitiæ suæ fuisse non nup sed a diebus suis/a diebus liberi arbitrii. dies. n. ante usum liberi arbitrii/non sunt nři quo ad possessionem & usum. Et propterea ex tunc se perseuerasse in bonis moribus, manifestat dicens a diebus meis cor meum non uituperabit/non proferet aliquid uituperabile. futurum. n. refertur ad præteritum significatum dicendo a diebus meis. Nec huic sententiæ contrariantur uerba iobis in cap. 13. de pctis adolescentiæ suæ, & in cap. 6. de pondere peccatorum suorum: qm̄ iob non dicit hic se nunqz peccasse, sed nunqz cōmisisse aliqd uituperabile / & hoc ex corde hoc est ex intentione. cū hac. n. ueritate stat q multa leuia peccata commiserit quæ hominem non uituperant. Et si aliquid uituperio dignum ex surreptione commisisset repentina perturbatione uel ignoranter, non propterea esset falsum quod hic dicit iob: qm̄ non ex corde profectum fuisset uituperabile. **Sicut impius inimicus meus: & aduersarius meus quasi iniquus.** Iuxta hebræum hr. **Erit sicut impius inimicus meus: & insurgēs in me sicut iniquus.** Quia pio & iusto cōtrariatur impius & iniqu9, ideo ex hoc q iob manifestauit se iustū/declarauit q impii & iniqui sunt sibi cōtrarii: & cōsequēter infert q qcunqz est inimicus ei9/erit sicut impi9. et simil'r qcunqz insurgit in eū/erit sicut iniquus. Et p hæc pbauit ex parte sui id quod dixerat/absit a me ut iustificem uos. intendit. n. sub hac locutione in gñe / carpere socios insurgentes in eum, & collocare eos inter impios & iniquos: quia sunt contrari iusto.

QVæ est enim spes hypocritæ. Incipit hic arguere socios ex parte rei dictæ ab ipsis sociis de punitione impiorum a deo, inchoat autem tractatũ hunc a quantitatibus animi iniqui/& primum a spe: manifestans spem hypocritæ in deo esse nullam seu uanam, dicens quæ. n. spes hypocritæ? quasi dicat nulla. si auare rapiat & non liberet deus aiam ei⁹. Iuxta hebraũ hr. quia rapiet / quia pacificabit eloha animã eius? Fomentum spei in hypocrita tangit ut confutet illud. fouers siquidem potest hypocritæ spes in deo, ex hoc q ipse hypocrita uacat rapinis/ & deus gubernator & iudex pacificat uitam eius non perturbando eam afflictionib⁹. Nũquid deus audiet clamorem eius quum venerit super eum angustia? Nominatur deus el. Probat hypocritæ spem esse uanam ex hoc q deus fortis non exaudiet clamorem eius superueniente angustia. Aut poterit in omnipotente delectari: & inuocare deum omni tempore? Iuxta hebræũ hr. Nunquid sup saddai delitiabitur: vocabit eloha in omni tempore? Duas alias quantitates mali animi describit. una est q delitias suas non agnoscet a deo q uincit omnia. alia est q deum gubernantem non inuocabit omni tempore (prosperitatis scz & aduersitatis) sed tempore aduersitatis dũtaxat: de quo prædictum est q deus non exaudiet. Tres istæ malæ dipositiones animi hypocritarum (& multo magis aliorum manifeste impiorum) allatæ sunt a iobe relatiue ad deum/ut hinc ansam accipiat ad confutandum socios de punitione iniquorum. hinc. n. habet q̃ male dispositi sunt erga deũ iniqui omnes: & propterea hinc consequenter oritur longe grauior punitio iniquorum q̃ ea quæ descripta est sæpe a sociis. & propterea subdit.

¶ Docebo vos per manum dei que omnipotens habeat: nec abscondam. Iuxta hebraũ hr. Docebo vos in manu el: quod cũ saddai/ nõ mẽtiar. Promittit se docturum eos quid est in manu hoc est in plaga quam infert de⁹ fortis impiis, & quod inuenitur circa hoc apud deum omnipotentem: docturum autem sic q non mentietur. Significanter autem dicit quod cum saddai/ ad differentiam eius quod agitur & inuenitur cum hominibus. intendit. n. docere socios punitiõem impiorum in futura uita: & propterea dicit eam esse cũ deo. Ecce vos omnes nostis: & quid sine causa/ vana loquimini? Iuxta hebræũ hr. Ecce vos omnes/ vos vidistis: & quare ista vanitate vanescetis? Arguit socios q quũ sint uiri docti non deberent loqui uanitatem subiunctam. doctos siquidem eos omnes significat dicendo cum emphasi ecce uos omnes uos uidistis/legendo doctrinarum uolumina, & quare uanescetis uanitate ista/quam dixistis quãue subiungo. Doctrinam de punitione iniquorum in hac duntaxat uita/ appellat uanitatem quia in his uanis cõstituit ultionem diuinam. Hec est pars hominis impii apud deum: & hereditas violentorum quam ab omnipotente suscipient. Iuxta hebræum dictio interpretata uiolentorum/sonat fortium. & deus primo nominat el/& deinde saddai. Clausula ista est uanitas demõstrata dicente iobe & quare uanitate ista uanescetis? refert siquidem iob sententiam in qua omnes socii conuenerunt: uez q impiorum punitio a deo fit in hac dũtaxat uita. pronomen. n. hæc demonstrat subiuncta/quæ sonãt punitionem impiorum in hac uita. Hanc sententiam describit dicendo. hæc est pars impii cum el, & hæreditas fortium a saddai suscipient: hoc est quam a saddai suscipient.

Ad insinuandum siquidem q punitio impiorum a deo fit in hac uita dũtaxat / utitur nomine partis & hæreditatis. nam ad excludendum debere impiis aliquam aliam pœnam, describitur q hæc punitio est pars eorum & hæreditas eorum. ei. n. qui partem hæreditatis sibi contingentem suscæpit/ nihil aliud debetur: habuit. n. partem suam. Ad instar itaq distributarum portionum & hæreditatis dixerant iobis socii: hæc est pars impii cum deo forti, & hæreditas fortium ad opprimendum alios quam a deo omnipotente suscipient pro peccatis suis.

¶ Si multiplicati fuerint filii eius/ in gladio erunt: & nepotes ei9 nõ saturabuntur pane. Dictio interpretata nepotes/ sonat potius germina: cõprachẽdit. n. reliquam progeniem. Ecce pars & hæreditas iniquorum descripta a sociis iobis: vƷ q filii iniquorum punientur gladio/ & soboles eorum non saturabitur pane. has. n. pœnas & subiunctas superius dixerant socii iobis extendendo eas. sed iob resumit eas summarie. ¶ Qui reliqui fuerint ex eo/ sepelientur in interitu. Iuxta hebræum [illegible] scribitur. Superstites eius/ in morte sepelientur: & viduae eius non flebunt. Alia pœna describitur. primæ. n. intelliguntur uiuẽte iniquo præ hæc autem post mortem eius/ q superstites sic sepelientur q uiduæ non flebunt. In qua pœna duo mala continentur. alterum q sepelient absq lugubri officio: utpote nec domesticis uiduis lugentibus. alterum q uiduæ domesticæ erunt tot afflictionibus pressæ q non lugebunt defunctos suos. ¶ Si comportauerit quasi terram argentũ: & sicut lutum præparauerit vestimenta. Præparabit quidem sed iust9 vestietur illis: & argentum innocens diuidet. Descripta pœna iniquorum in filiis & progenie in uita & post mortem/ describitur pœna eorundem in argento & uestibus: q q̃uis impius congreget pecuniam innumerabilem sicut puluerem/ & uestes copiose sicut lutum, ad hanc deducetur miseriam q iustus induet præparatas uestes ab impio/ & similiter uir mundus distribuet pecuniam congregatam ab iniquo. Si quæris quomõ hæc uerificant: quũ freq̃nter cõspiciat cõtrariũ/ vƷ q ipii gaudẽt reb9 iustoꝝ. recole q ista uerba nõ sunt iobis/ sed socioꝝ & a iobe reprobata. ¶ Ædificauit sicut tinea domũ suã: & sicut custos fecit vmbraculũ. Descripta iniquoꝝ pœna quo ad bona mobilia sub nominibus argenti & uestium/ describitur eorundem pœna quo ad bona immobilia. Et de domo quidẽ dicit q domum suam impius ædificauit sicut tinea/ quæ construit domum corrodendo aliena & eiicienda inde: eiicitur. n. tinea excutiendo uestem. De agris uero dicit q fecit umbraculum sicut custos. custos. n. horti in æstate construit sibi umbraculum ad exiguum ualde tempus. Puniẽdus itaq impi9 eiectione a propria domo & desertione agrorum describitur per has metaphoras. Et hic terminatur sententia sociorum iobis relata a iobe: & appellata uanitas/ quia iniquorum pœnas omnes concludit in præsenti sæculo.

Diues quum dormierit/ nihil secum auferet. Iuxta hebræum hr. Diues iacebit & non congregabitur. Incipit iob docere ueritatem de punitione impiorum a deo. & propterea inchoat a morte iniquorum sub nomine diuitis dicens. diues iacebit/ moriendo. Et primam pœnam docet fore q non congregabit. Lege capitulũ. 25. & 35. genesis: & inuenies scriptum tam de abraham q̃ de isahac mortuo q congregatus est ad populos suos. quo contra/ hic dicit de iniquo mortuo & non congregabit

congregabitur.pœna.n.damni (priuatio ſcʒ ſocietatis cum animabꝰ iuſtorum) deſcribitur. **aperiet oculos ſuos & nihil inueniet.** Iuxta hebræum hř. **oculos ſuos aperuit & non ipſe.** Deſcripta pœna dãni/deſcribitur pœna ſenſus animæ ſeparatæ:primum in intellectu/deinde in uoluntate/& demum in adiectis ab extrinſeco. Et dẽ pœna intellectus dicit aperuit oculos ſuos, oculos proculdubio mentis quos quaſi clauſos in hac uita tenuerat/aperuit mortuus ad cognoſcendum ſeipſum,& uidit ꝙ nõ ipſe/non quo ad ſubſtantiam & iniquitatem ſed quo ad potentiam. Videt.n.ſeparata anima ſe eſſe eandem in ſubſtantia & talem in qualitate iniquitatum/ſed ſe non eſſe eandem quo ad libertatem et poteſtatem:non.n.poteſt dominari & facere ſicut in hac uita dominabatur & faciebat.propterea.n.ſub nomine diuitis deſcribit impium mortuum/ut clarius eluceſcat ꝙ mortuus incœpit cognoſcere ſeipſum non eſſe ipſum diuitem liberum & potentem quã fuerat. Et hæc eſt prima pœna ſenſus / intueri ſeipſum priuatũ libertate ac poteſtate quam olim habuerat.

¶ **Apprehendet eum quaſi aqua inopia.** Iuxta hebræũ hř. **Apprehendet eum ſicut aque terrores noctis.** Nox.n.iudicio meo rectius iungitur cum hac clauſula q̃ cum ſequente/cum qua communiter ſcribitur. Pœna ſenſus in parte appetitiua animæ ſeparatæ deſcribitur in copia terrorum apprehendẽtium eam inſtar aquarum cum impetu ſuperuenientium. Et terrores non qualeſcunq; ſed terrores nocturni (qui ſunt maiores q̃ diurni) deſcribuntur,ut intelligamus maximo affici timore animã ſeparatam ſtatim ut agnoſcit ſeipſam:timet.n.ſentẽtiam iudicis. **opprimet eũ tempeſtas.** Iuxta hebræũ hř. **furatus eſt eum ventus.** Dictio interpretata uentus/non plene redditur:dicentibus nonnullis ꝙ ſignificat uentum occidentalem / aliis uero ꝙ ſignificat uentum auſtralem. Et eſt illamet dictio quæ exodi.10. ſignificat uentum qui eiecit multitudinem locuſtarum ab ægypto ad mare rubrum.& ibi quidem exponitur pro uento occidentali:& hic quadrat ut uentus quoq; occidentalis intelligatᷣ, ut hic & inde/ſubter & ſupra pati ſeparatam animam deſcribatur. pœnas ſiquidem alterius uitæ nobis ignotas deſcribit iob per ſimilitudines ſenſibilium quæ uidemus. Deſcriptis itaq; pœnis internis/deſcribuntur pœnæ tanq̃ ab extrinſecis adiectæ ex quattuor differentiis locorum:ſcʒ hinc & inde/ſubter & ſupra. ☞ Vbi prudens lector aduerte ꝙ nulla deſcribitur afflictio frangens ſeu uulnerans aut quouis modo conſumens/nullus introducitur motus alterationis diminutionis aut corruptionis,ſed motus dũtaxat localis / qui nihil abiicit a ſubſtantia:ad inſinuandum ꝙ pœna ſenſus animarum ſeparatarum non corrumpit/non diminuit/non alterat animas ſeparatas, ſed inquietas eas reddit. inquietudo nanq; omni ex parte ex contrariis partibus hinc & inde ſubter & ſupra/deſcribitur. Et q̃uis hæc ſonent inquietudinem localem,ſignificatur tamen per has metaphoras inquietudo animæ / quæ ſecundum ueritatem eſt dolor ſeu triſtitia:quoniam delectatio quæ contrariatur triſtitiæ / diffinitᷣ quies animi: ſi enim delectatio eſt quies animi, conſequens eſt ut triſtitia ſit inquietudo animi. Et hæc eſt pœna animæ ſeparatæ ſecundum ueritatem: & deſcribitur hic ad inſtar inquietudinis localis ex omni parte / inchoando a plaga occidentali quum dicitur furatus eſt eum uentus occidentalis. ☞ **Tollet eum ventus vrens & auferet.** Iuxta hebræum hř. **Tollet eũ eurus & iuit.** Oriẽtalis uẽtus appellatus a noſtris eurus ſignificatur. Et

quod dicitur & iuit,significat efficaciam atq; effectũ utriusq; uenti:describitur.n.q; tam uento occidẽtali surripiente eũ q̃ uento orientali tollente eũ / iuit:hoc est trãslatus est. Hinc ergo & inde inquietus describitur/ nũc a uento orientis & deinde a uento occidentis & e contra.**et velut turbo rapiet eũ de loco suo.** Iuxta hebræũ hr̃. **et tẽpestas mouit eũ de loco suo.** Dictio interp̃tata tẽpestas mouit/p̃teritũ p̃fectũ est uerbi deducti a tempestate prout significat marinas p̃cellas/quo uerbo nos caremꝰ.describitur.n.q; ab iis quæ subter eum sunt est ẽt inquietatꝰ/afferendo metaphorã tẽpestuosi maris usq; adeo ut tollat hominem de loco suo. **Et mittet super eũ ꝛ nõ parcet.** Parui refert q; hebraice hr̃. **Et iaciet super eum ꝛ nõ miserebitur.** Describitur inquietatus ab iis quæ supra eum sunt/afferendo metaphoram iacientis desuper absq; cessatiõe ad affligendum eũ. Vbi notanda sunt duo. Alterum q; nulla explicatur materia quæ p̃iicitur super eum:sed solummõ insinuat̃ aliquid afflictiuũ/ ut manifeste test[antur] subiuncta.alteꝝ q; absq; misericordia uersus eum describit̃ iaciẽs/ ad insinuandũ perpetuitatem pœnæ. **de manu eiꝰ fugiens fugiet.** Vide metaphorã. describitur dãnatus affligi ex iactis ab eo q̃ est supra/affligi inquã sic q; a manu iacientis fugiendo fugiet. Et per huiusmodi fugã significatur inquietudo eiusdem causata a supernis/simul cum hoc q; est pœna intolerabilis.ideo.n.fugit quia nõ põt tolerare. Ex quibus oĩbus clare apparet q; oĩ ex parte pœna dãnatæ animæ inquietudo describit̃.

¶ **Stringet sup eũ manus suas.** Iuxta hebræũ hr̃. **Plaudet super eũ manibus suis.** Adiungitur inquietudini altera pœna:sc; irrisio.describitur.n. damnata anima tanq̃ fugiens sic q; fugiendo irridetur a spectantibus. Describuntur autem irridentes duabus actionibus.altera est plaudere manibꝰ/ut fieri solet inter homines. altera est sibilare:de qua subiungitur. **et sibilabit super illum intuens locum eiꝰ.** Iuxta hebræũ hr̃. **et sibilabit super eum e loco suo.** Irridentes describũtur immoti ex propriis locis:ad insinuandum q; iusti apud quos confusi tanq̃ irrisi habentur dãnati/firmi in propriis locis manent.quod directe contrariatur inquietudini damnatoꝝ descriptæ. Collige prudens lector descriptas pœnas animarum:& supputabis pœnas quinq;.primam damni:reliquas sensus tum in parte intellectiua/tum in parte appetitiua/tum in omnimoda inquietudine/tum in plena irrisione:ut non solum afflictas sed dehonestatas ac uituperatas eas intelligamus.

CAPVT .XXVIII.

Habet argentum venarum suarum principium. Iuxta hebræũ hr̃. **Quia est argento exitus.** Nota prudens lector coniunctionem quia:iterum dico nota/quia hinc pendet tam ordo literæ q̃ notitia intentionis iobis.intendit.n.iob in hoc capitulo manifestare aduersus sententiã socioꝝ portionẽ iustoꝝ decretã a deo/non consistere in opibus mundi huius,sed in sapiẽtia & intelligentia quæ constat ex timore dei & recessu a malis operibus. postq̃ enim manifestauit portionem iniquorum decretam a deo / non esse in hac uita (ut socii dicebant) sed fore in alia uita , consequens erat ut manifestaret portionem iustorũ a deo decretam. Et quia socii dixerant illam consistere in bonis præsentis uitæ(ut patet in superius dictis ab eis) & quia præsentis uitæ bona multiplicia sunt, ideo iob discernere intendit inter bona etiam præsentis uitæ quo ad tria:locum sc; /

precium & uiam. Intendit siquidem discernere inter bonum spirituale & bonum cor-
poreum: & manifestare q corporea bona sunt in certis locis/ habent certum precium/
inueniũtur & acquirũtur labore humano: spirituale aũt bonũ sapiẽtiæ secundũ deũ, nul
lo continetur loco/superat oẽ preciũ/& non ab homine sed a deo hominibus cõmuni-
catur per ipsius dei timorem. & ꝓpterea a bonis corporeis inchoãdo, narrat loca eorũ
simul cum hoĩs industria atq; opera ad extrahendum ea ex locis occultis in quibus na-
tura illa ꝓducit. Et qm̃ locus naturalis in quo res preciosæ ꝓducũtur a natura/ ẽ cã mo
tiua hominis ad quærendũ & inueniendum illas, ideo incipit a cõiunctione quia/dicens
qa est argẽto exitus. ¶ Vbi ãnotatiõe quoq; dignum est q tria tm̃ gñã bonoꝝ corpo-
reoꝝ cõmemorat: vcꝫ metalli/lapidis preciosi & frumenti. Nullãq; mentionem facit de
gregibus & armentis: qa armenta & greges in prõptu sunt/nec humana inquisitiõe in-
ueniuntur: metalla aũt & lapides preciosi ex occultis terræ uel aquaꝝ educunt̃. Frumẽ
tum quoq; quum ex terra paludosa gignit̃/ex occultis humana operante industria fit:
& propterea istum dũtaxat modum subiunget circa frumentũ. Ait ergo quia est argen
to exitus naturalis: hoc est locus unde naturaliter exit. Et auro locus ẽ in quo cõ-
flatur. Iuxta hebræũ hr̃. Et locus auro colabunt. hoc est & locus est in quo gigni
tur aurum quod homines colant. tangit. n. tum locum generationis auri/ tum modum
industriæ humanæ ad habendum illud purum. Et apposuit hunc modũ ad differentiã
auri quod dicitur inueniri in puritate propriæ massæ. intendit. n. loqui de iis quæ cum
difficultate ab homine fiunt circa preciosa habẽda. ¶ Ferrum de terra tollitur.
Iuxta hebræũ hr̃. Ferrum de puluere tolletur. Locus in quo gignitur ferrum de-
scribitur puluis: quia ferrum compactum pulueri terrestri in minera inuenitur/ & mul-
to labore oportet separare ferrum ab admixto puluere. Et lapis solutus calore
in es vertitur. Iuxta hebræũ hr̃. Et lapide colato es. Quemadmodũ ferrũ tolli
dixit de puluere/ita dicit æs tolli ex lapide fuso. lapidea siquidem materia iungitur æri:
& propterea oportet fundendo separare æs a materia lapidea. ¶ Tempus posuit
tenebris/ & vniuersorum finem ipse considerat: lapidem quoq; caligi
nis & vmbram mortis. Iuxta hebræũ hr̃. Finem posuit obscuritati/ & om
ni termino ipse inquirẽs: lapidi/caligini & vmbre mortis. Hucusq; pen
det ordo literæ a principio capituli. est enim ordo literæ quia argento est exitus & auro
& ferro & æri, ideo homo posuit finem obscuritati & omni termino quem ipse inquirit/
tum lapidi tum caligini tum umbræ mortis. Et obscuritatis nomine significantur quæ
sub terra seu sub aquis occultantur. frequenter enim hebræi utuntur nomine abstracto
pro concreto: obscuritate pro obscuris. Et iuxta communem loquendi usum dicit po-
suit finem: hoc est compleuit. Est itaq; sensus literæ. quia sunt loca in quib⁹ gignit̃ auꝝ
argentum &c. ideo homo posuit finem obscuris: hoc est inquisiuit & compleuit inuen-
tionẽ occultorum. Et modum inquirendi & acquirendi ea / ualde difficilem subiungit
dicendo & omni obscurorum termino quem ipse homo inquirit posuit finem, non par
cendo lapidi/non parcendo caligini nec umbræ mortis. ad inueniendum siquidem pre
ciosa quæ latent sub terra uel sub aquis, homo scindit lapides/excauat mõtes/loca adit
tenebrosa & non sine periculo mortis: ut ruentes qñq; partes terræ sup hoĩes in mineris
testant̃. Hæc sunt quæ proponit iob de preciosarum rerum inquisitiõe & inuentiõe ab

hoie:dico aũt ꝓponit/q̃a subiũcturus est declaratioñe hoꝝ. ☞ Sed pſpicaciter aduertẽ-dũ ẽ ꝙ loca metalloꝝ ꝓponunt̃ ut cãæ motiuæ hois ad ingrẽdũ & inueniẽdũ res p̃cio-sas occultas : ipsa aũt inq̃sitio cũ tot difficultatibus / ꝓponitur tanq̃ principal̃r intẽta. in cuius signũ circa eam occupat̃ totus subiunct⁹ sermo de reb⁹ corporeis p̃ciosis.

❡ Diuidit torrens a populo peregrinante: eos quos oblitus est pes egẽtis hoīs ⁊ inuios. Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igni subuersa ẽ. Iuxta hebraicũ hr̃. Erupit torrẽs a cũ habitatiõe ꝙ obliti sunt a pede:depauperate sunt ab hoīe/ vagate sunt terrã. Ex ea egredier panis: ⁊ sub ea fuit euersa sicut ignis. Prima inquisitio obscuroꝝ pducta usq̃ ad finem ab hoie/ affertur: describendo terrã habitatam/ erũpente torrente (hoc est erũ-pentib⁹ aquis inũdantibus) effectã paludosam sic ꝙ loca illa reddita sunt imeabilia pe-dibus/ & in pcessu tempoꝝ exiccatã industria & labore hois diuertẽtis aquas ita ꝙ ter-ra illa colit̃ serit̃ & profert segetes frumenti. Et hoc est primũ preciosum inquisitum & inuentũ ab homine in terra obscura sub aquis. Alterum autem preciosum ex eadem terra describitur dicendo & sub ea fuit euersa sicut ignis: hoc est & sub eadẽ terra quæ tã-to tempore sub aqs fuerat/ euertendo eã in partibus infimis inueniunt̃ similia igni. Per quæ itelligo res p̃ciosas similes igni in colore & luce. uapores. n. sub terra / a calido qua-si suffocato ab aqs digesti uertũtur in res p̃ciosas: puta lapides p̃ciosos. Et nisi hoc qũ-ꝙ euenisset de facto, nequaq̃ iob inter industrias humanas ad inueniendũ p̃ciosa eam supputasset: sed in partib⁹ oriẽtis facile credi põt hoc euenire. ☞ Vide singula. Descri-bit eruptioñe aquaꝝ inũdantiũ/ sub noie erumpentis torrentis: ad significandũ ꝙ acci-dit aquaꝝ eruptio nõ cõtinua ad instar fluminis, sed uno quodã tẽpore ad instar torren-tis q nõ cõtinue fluit. locus aũt olim habitabilis significat̃ dicendo a cũ habitatione: hoc est a loco in quo erat habitatio. Diuturnitas aũt tẽporis illius terræ sub aquis describit̃ dicẽdo ꝙ obliti sunt a pede. tã lõgo siquidẽ tẽpore terra illa describitur paludosa ꝙ ob liuiõi tradita est a pedibus: hoc est ab itinere quod fit ãbulando pedibus: hoc est ꝙ non est in memoria hoium ãbulatio per illã. Industria aũt humana cõsiderans terrã illam fe-racẽ fore frumenti & sub ea genita esse p̃ciosa, describitur dicendo depauperatæ sunt ab hoie/ pculdubio aquæ illæ. Et mod⁹ subiungit̃ cõmotæ seu uagatæ sunt terrã. Diuersio eaꝝ per canales significat̃. sic. n. terra media/ reddit̃ ab hoie sicca. Fructus quoq̃ pri-m⁹ describit̃ feracitas frumẽti/ dicẽdo ex ea egredier panis. alter uero fruct⁹ describitur dicẽdo & sub ea fuit euersa pars infima terræ, & sicut ignis res p̃ciosæ inuẽtæ sunt.

❡ Loc⁹ sapphiri lapides ei⁹: ⁊ glebe illi⁹ aurꝫ. Duæ simul aliæ humanæ in-dustriæ introducunt̃, altera ad inueniendũ lapides p̃ciosos sub aqs fluminũ: altera ad in-ueniendũ auꝝ sub mõtibus. Quãuis uerba hæc sola intelligi possẽt de uno eodẽq̃ loco (p quãto iuenit̃ auꝝ mixtũ lapideæ materiæ sapphirini coloris) subiũcta tñ testat̃ ꝙ diuersa loca significat̃. alter sub aqs: alter sub mõtib⁹. Ita ꝙ repetẽd⁹ ẽ loc⁹/ ordinãdo literã sic. locus est sappir (hoc est lapides preciosi) lapides eius, & locus puluis auri ei: ille sub aquis/ iste sub montibus. ☞ Semitã ignorauit auis: nec intuitus est eam oculus vulturis. Affirmauit loca in quorum altero gignitur aurum & in altero lapides preciosi: tractat consequenter de uiis ad hæc loca / dicendo uiam igno-tam esse tam uolatilibus q̃ pedibus gradiẽtib⁹ animalibus. Et de uolatilibus quidem

clare dicit uia non cognouit eam uolatile & non uidit eã oculus uulturis/iuxta uulgatã æditionem.hebraice.n.nescio quæ auis nominet̃. De animalibus autem gradiẽtibus pe de subiũgit. ¶ Non calcauerũt eã filii institorum:nec trãsiuit per eã leena. Dictio interpretata institorum/nomen est animalis cuiusdam gradientis pede ut testatur calcatio:sed nomina propria auiũ lapidum atq; locorum periisse ab hebræorũ notitia aiunt. Dictio quoq; interpretata leæna/sonat leonem.sed non refert ad propositum quodcunq; gressibile animal intelligatur:qm̃ intentio iobis est dicere q uia ad prædicta loca nec uolatilibus nec gressibilibus animalibus est nota. Et uerum dicit,quia occupata est uia aquis uel mole montis. ¶ Ad silicem extendit manum suam. Iuxta hebræũ hr̃. In rupem misit manum suam. Industriam atq; laborem hominis ad faciendum uiam perueniendi ad locum sub montibus in quo gignit̃ aurum, describit dicendo q homo misit̃ manum suam in rupem montis scindẽdo & fodiendo. subuertit a radicibus montes. Rectius legitur. euertit ex radice mõtes. Quotidie uidemus hoc fieri in montibus mineraru͂m.homines.n.non euertunt superiores partes montium,sed infimas quæ subter ualde sunt:quæ hic appellantur metaphorice radices montium,eo q sicut arborum radices sub terra sunt/ita quæ euertuntur partes montiũ in profundo terræ sunt. Hic est modus quo homo ponit finem caligini & umbræ mortis faciendo uiam ad inueniendum aurum.

¶ In petris riuos excidit: & omne preciosum vidit oculus eius. Descripta humana industria ad faciendam uiam ad locum auri/describitur consequenter humana industria ad expediendam uiam ad locum sub aquis in quo gignuntur lapides preciosi. Describitur autem locus iste sub flumine fluente inter latera lapidea:& ppterea difficilius esse diuertere aquas fluminis: & tamen homo uincẽs difficultates omnes/scindit duros lapides in lateribus fluminis ad faciendum multos riuos per quos diuertat aquas fluminis. hoc enim significatur dicendo in petris riuos scidit. & est sermo de lapidibus duris. Quod autem subiungitur & omne preciosum uidit oculus ei9/ metrico more transpositum est,nam effectus ultimus significatur/ante quem intelligẽda sunt subiuncta. Profunda quoq; fluuiorum scrutatus est. Iuxta hebræũ hr̃. A perplexitate flumina strinxit. Perplexitatem appellat iunctas aquas in uno flumine ex concursu diuersarum aquarum.insinuat enim per perplexitatem / flumen de quo loquitur habere non paruam sed magnam aquarum multitudinem: ut tanto difficilius ac maius opus hominis intelligamus. Ad expediẽdum itaq; uiam ad locum sub magno flumine,homo primum multos riuos in petris scindit ad diuertendum aquas fluminis per eos/& deinde stringit a perplexitate aquarum:restringit autem apponẽdo ligna lapides & huiusmodi/ad retinendum reliquias fluentis aquæ ne uia solita fluant sed impeditæ fluãt per riuos factos. et abscõdita produxit in lucẽ. Parui refert q hebraice scribit̃. et absconditũ fecit exire in lucẽ. Effectis riuis & impedito solito aquarum meatu/primus effect9 est q locus qui absconditus erat sub aqs fit manifestus sub luce solis:& tunc subiungendũ est & omne preciosum uidit oculus eius. ultimus siquidem effectus est inuentio lapidũ preciosorum ibidem:hæc aũt inuentio describitur dicẽdo. & oẽ pciosum uidit ocul9 ei9. Et hinc habes q sub noie sappir supius quũ ppositus est loc9 iste/cõpræhẽdunt̃ multi pciosi lapides:de qbus hic dr̃ oẽ pciosum uidit ocul9 ei9.

SApientia vero vbi inuenitur. Iuxta hebræū hr̃. **Et sapientia de vbi inuenietur?** Sic iacet in hebræo. & latine dicendū esset qua: aduerbiū.n. locale significās uiam intelligendum est. proponit.n. de sapientia tria (vz uiam/locū & preciū) tractaturus de tribus istis usq; ad finem capituli. Sapientiæ autem & intelligentiæ nomine significat non sapientiam & intelligentiam absolute prout inuenitur in deo & in substantiis spiritualibus/sed sapientiam ac intelligentiam quæ est summum bonum hominis: de hac .n. est sermo præsentis capituli. Intendit siquidem iob tractare hæc tria de sapientia ac intelligentia hominis: ut ex calce capituli patet. & inchoans de uia ad sapiētiam/proponit istæ uiæ ad aurum & lapides preciosos, & sapientia qua inuenietur? **et quis est locus intelligētie?** Parui refert q; hebraice hr̃. **et vbi iste locus intelligentie?** Post propositam uiam/proponit locum e regione locorum in quibus aurū & lapides preciosi gignuntur. Sapientia autem & intelligentia nō introducuntur ut diuersæ res sed ut diuersa officia unius & eiusdem rei. intelligentia enim ad acumen mentis/sap[illegible] uero ad iudicium ordinemq; spectat. ☞ **Nescit homo preciū eius.** Iuxta hebræū hr̃ in præterito nesciuit. Ecce tertium quod nunq; fuit notū homini/precium sapientiæ: utpote inæstimabilis ab homine. hebraica.n. æstimationē sonāt. **nec inuenitur in terra suauiter viuentium.** Iuxta hebræū hr̃. **et non inuenietur in terra viuorum.** Propositis tribus de sapientia beāte hominem/tractat singula inchoās a loco. Viuorum autem terram dicit habitabilem ab hominibus/ad differentiam inferni quæ terra mortuorum dicitur. ☞ **Abyssus dicit non est in me: et mare loquitur non est mecum.** Dictio interpretata abyssus/sonat profunditatem ualtam tanq; uacuam. & propterea quemadmodum superius iob aerem nominauit uacuum, ita nunc nominat ipsum a profunditate magna inter cœlum & terrā. Tria itaq; loca (terram aerem & aquas) introducit in quibus non inuenitur sapientia. Attribuitur autem locutio mari & aeri/poetico more secūdum prosopopœiam figurā.

¶ **Non dabitur aurum mundum pro ea: nec appendetur argentum in commutatione eius.** Tractato loco/tractatur consequenter precium satis clare. ☞ **Non conferetur tinctis indie coloribus: nec lapidi sardonico preciosissimo vel sapphiro.** Iuxta hebræū hr̃. **Nō eleuabitur in obrizo ophir: in onice precioso et sappir.** Dixerat q; argentum non ponderabitur ut preciū ei⁹: dicit consequenter q; ipsa non eleuabitur quasi in statera ex una parte/existente in altera parte obrizo ophir onice & sappir. Et recole prudens lector quod prædiximus: vz perisse apud hebræos propria nomina lapidum. & propterea in his & subiunctis noli fundare intelligentiam super nominibus preciosorum lapidum. ☞ **Non adequabitur ei aurum vel vitrum: nec commutabūtur pro ea vasa auri.** Iuxta hebræū hr̃. **Non appreciabitur eam aurum et adamas: et cōmutatio ei⁹ vasa obrizi.** Quia bis iam meminerat auri (semel mundi/& iterū obrizi ophir) ideo tertio commemoratum aurum & quarto repetitum aurum/ ad aurum iunctum humano artificio preciosis lapidibus in annulis monilibus coronis &c. & ad aurum formatum in uasa spectat. ☞ **Excelsa et eminentia: nec cōmemorabuntur in cōparatione eius.** Iuxta hebræū hr̃. **Ramoth et gabis non memorabitur.** Nomina lapidum dicuntur ramoth & gabis, & q̃uis preciosi lapides / indigni tamen

recordatione censentur relatiue ad sapientiam. trahitur autem sapientia de occultis. Iuxta hebræũ hr. et tractus sapientie plus q̃ margaritarum. Nõ solum sapientiam inæstimabilem dicit, sed etiam operam quæ impenditur ad acquirendum sapientiam superare omne precium manifestat/dicendo & tractus sapientiæ plus q̃ margaritarum. Appellat autem operam ad acquirendam sapientiam tractum, ad insinuandum q͂ oportet illam trahere/q͂ trahendo acquiritur quasi uiolentiam adhibendo. Et uere sic esse/ testatur dominus in euangelio dicens regnum cœlorum uim patit̃ & uiolenti rapiunt illud. ¶ Non adequabitur ei topazius de ethiopia. Nõ est sermo de sapientia/sed de tractu sapientiæ, & dictio interpretata topazius / ab aliis smaragdus ab aliis lapis preciosus interpretatur. nec tincture mundissime componentur. Iuxta hebræũ hr. in obrizo mundo non eleuabitur. Similitudo ista teræ repetitur/ad insinuandum tractum sapientiæ esse inæstimabilem.

¶ Unde ergo sapientia uenit: & quis est locus intelligentie: Iuxta hebræũ hr. Et sapientia de ubi ueniet: & ubi iste locus intelligentie: Ut paulo superius diximus/per de ubi intelligendum est qua, tractato .n. precio & sapientiæ & tractus eius, resumit de uia & loco difficultatem/dicendo per modum interrogationis & sapientia qua ueniet/ & ubi iste locus intelligentiæ: ¶ Abscondita est ab oculis omnium uiuentium. Parui refert q͂ hebraice hr. Abscõdetur ab oculis omnis uiui. Tam de uia ad sapientiam q̃ de loco sapientiæ dicitur q͂ occultabitur ab oculis omnis uiui. Et est sermo de oculis mentis cuiusq͂ hominis in hac uita. supernaturale siquidem donum dei est: & propterea suapte natura occultatur hominibus. Volucres quoq͂ celi latet. Hebraice hr latuit. Spirituales substantiæ appellantur metaphorice uolucres cœli relatiue ad homines habitantes in terra, illarũ.n. cœlsitudo per hanc metaphoram significatur. Et quia ut dictum est supernaturalis ordinis est locus sapientiæ cum uia ad eam, ideo uerificatur q͂ latuit substantias spirituales loquendo de eis secundum naturalem earum notitiam. ¶ Perditio & mors dixerunt: auribus nostris audiuimus famam eius. Ignorari quoq͂ ab animabus mortuorum damnatis & dæmonibus describitur/introducendo q͂ confessi sũt se famam dũtaxat sapientiæ audisse. Et uerificatur hoc, quia tam damnatæ animæ q̃ dæmones caruerunt & carent huiusmodi dono supernaturali/& propterea nõ nouerũt illud: & quia cognoscunt se damnatos eo q͂ exhibuerunt se indignos simili dono, ideo famam illius audisse fatentur.

¶ Deus intelligit uiam eius. Iuxta hebræum habetur. Elohim intellexit uiam eius: & ipse sciuit locum eius. Habes hinc duo quæ supra diximus, alterum q͂ sapientia & intelligentia in unam coincidunt rem, ex hoc q͂ non discernendo inter eas/dicitur uia eius locus eius. Alterum q͂ recte interpretatum est qua pro de ubi. clare.n. hic explicatur uia significata per illud aduerbium locale. Deo itaq͂ gubernatori ac iudici uniuersorum reseruata dicitur notitia tam uiæ q̃ loci sapientiæ. ¶ Ipse .n. fines mundi intuetur: & omnia que sub celo sunt respicit. Qui fecit uentis pondus. Iuxta hebræũ hr. Quia ipse fines terre aspiciet: sub omnibus celis uidebit. Ad faciendum uento pondus. Oportet hucusq͂ cõtexere literam/ut intelligatur ratio quæ affertur ad probandũ q͂ deus gubernator no

uit locum ac uiam sapientiæ beantis hominem. probat.n.ex hoc q deus uidet hæc inferiora que generantur & corrumpuntur & efficit ea.excludendo siquidem errorem eorũ qui dicunt deum uidere sempiterna duntaxat & perpetuitatis solummodo curam habere,dicit ipsum uidere omnia extrema terræ/& omnia quæ sub cœlis sunt/uidere inquã ad faciendum uento pondus:hoc est uidere non solum speculatiue sed practice/ quemadmodum artifex aspicit facienda ab ipso. Et consistit uis rationis in hoc q deus uidet & moderatur omnia hæc:ita q ex hoc q deus uidet & moderatur hæc omnia/probat q deus uidit etiam practice (ut artifex) uiam sapientæ & locum eius. Et in promptu est efficacia probationis:quia sapientia tenet præcipuum locum inter effecta a deo quæ communicantur homini & pertinet ad maximum ac summum moderamen hominis. Quod autem dicit ad faciendum uento pondus/significat moderamen uentorum, q ad instar eorum quæ ponderantur decreuit uentos/ q exempti ab omni pondere uidentur & (ut contingit) sine moderamine fieri. et aquas appendit in mẽsura. Iuxta hebræum habetur. et aquas direxit cum mensura. Alterum opus diuinæ prouidentiæ describitur aquas pluuiales moderari dirigendo eas cum mensura/ quæ tamen immensurabiles uidentur. ¶ Quando ponebat pluuiis legem: & uiam procellis sonantibus. Iuxta hebræũ hr. Faciendo pluuie statutum: & uiam coruscationi uocis. Qualiter mensurat deus aquas/ declarat dicẽs faciendo pluuiæ statutum:hoc est constituendo pluuiæ terminos quantitatis/temporum &c. Adiungit autem q simul effecit ut tonitrua essent uiæ coruscationibus/dicendo & coruscationi uiam uoces:hæc.n.cum pluuia fiũt.& prius fit tonitruum q̃ coruscatio(& propterea appellatur uia coruscationis) q̃uis nos prius uideamus coruscationem q̃ audiamus tonitruum:quia illuminatio peruenit in instanti ad nos : sonus autem peruenit ad nos successiue tempore aliquanto intercedente,eo q tanq̃ per motum localem diffunditur in aere/eo modo quo iacto in aquam lapillo fiunt circuli multi successiue.

¶ Tunc uidit illam & enarrauit: & præparauit & inuestigauit. Quãuis nulla quodammodo sit differentia:quia tamen res magni momenti tractatur/hebraica litera recensenda est. Tunc uidit eam & narrauit eam:preparauit eam & ẽt quesiuit eam. Non nouiter sed tunc qñ uidit fines terræ & omnia quæ sub cœlo sũt ad moderandum uentum & pluuiam/ad faciendum uiam coruscatiõi, uidit sapientiã & narrauit eam & præparauit eam & etiam quæsiuit eam.ut intelligamus tum q simul deus prouidit rebus aliis & homini:hoc.n.insinuatur dicendo tunc.tum q qui res quæ uidentur imponderabiles & immensurabiles disposuit in pondere & mensura / uiamq decreuit rebus quæ uidentur carere uia,ipse credatur commensurasse homini sapientiã quæ non humana sed diuina res est/& uiam decreuisse homini ad sapientiæ donũ. Ait itaq,tunc/disponendo de uniuersi gubernatione,uidit/practice ut artifex,eam/ scilicet sapientiam communicandam homini,& enarrauit eam (reuelauit siquidem eam primo homini:ut testatur lex data eidem de cibo uetito:lex.n.positiua præsupponit legem fidei) præparauit.ad instar siquidem artificis describitur deus uidens communicandam sapientiam & loquens de illa/præparans eam:hoc est præparatiões pro ea statuit / qd est decernere uiam ad sapientiam:præparationes.n.sunt uiæ ad rem. & demum etiam quæsiuit eam/inter homines & ab hominibus. Officium diuinæ beneuolẽtiæ gubernã-

do homines describitur per inquisitionem sapiẽtiæ, & assimilatur deus inquirenti sapientiam/ad insinuandum q deus ex parte sua quasi quærit homines uolentes sapientiæ donum. Annotatione siquidem dignum est q hebraica litera duas sonat combinationes, altera est uidit eam & narrauit eam: altera est præparauit eam & etiam quæsiuit eam. propterea. n. nulla interiacet coniunctio inter membra primæ & membra secũdæ, ut intelligeremus q prima cõbinatio agit de iis quæ a deo per seipsum fiunt/secunda autem de illis quæ in hominibus & ab hominibus exigit. præparatio. n. & inquisitio/ad dona dei in nobis spectant.

¶ Et dixit homini. Manifestat illam particulã & narrauit, explicando cui narrauit dicẽs & dixit homini/proculdubio inchoando a primo homine: dixit autẽ reuelãdo & primo homini & multis aliis successiue. ecce timor domini ipsa est sapientia & recedere a malo intelligentia. Quia perspicuum est timorem esse in aĩæ parte non intellectiua sed appetitiua, ideo non ipsa sapientia sed uia ad sapientiam demõstratur dicendo ecce timor dñi. Et similiter recedere a malo/uia demõstrat̃ ad assequẽdum intelligentiam. initium. n. sapientiæ timor dñi, & intellectus bonus omnibus faciẽtib⁹ eum. Et hinc apparet q de sapientia hõis non ea quæ ponitur a philosophis prima uirtus intellectualis, sed de sapiẽtia supernaturali dei dono quod homines ducit ad beatitudinem (quæ timore dei & recessu a malo morali acquiritur) est sermo in p̃nti capitulo. ¶ Sed occurrit hic quæstio quare nihil reuelatur de loco sapientiæ. quum. n. de sapientia proposita fuerint tria (ṽz precium/uia & locus) & de precio dictum sit q tam sapientia q̃ tractus eius est inæstimabilis/de uia uero q est timor domini & recedere a malo, reliquum erat ut reuelaret̃ locus: nam paulo superius scriptum est q elohim uidet uiam & locum sapientiæ. Solutio est q timor dñi cum recessu a malo/ est non solum uia sed & locus in quo gignitur & conseruatur sapientia. uia. n. & locus in reb⁹ corporeis distinguũtur/in rebus autem spiritualibus coeunt: quemadmodum notitia per multos sensus corporeos distinguitur, quæ in intellectu unit̃. Et q hic sit sensus intentus in litera, insinuatur ex hoc q in hac conclusione mentio fit sapientiæ & intelligẽtiæ/ & prius bis sapientiæ adiunxerat uiam, & intelligentiæ locum: hic inquam insinuatur q de sapientiæ uia dicit ecce timor domini/& de loco intelligentiæ dicit & recedere a malo. Et quia nec timor dei sine recessu a peccato/nec recessus a peccato sine timore dei gignit sapientiam aut ducit ad illam, ideo utrunq simul iunctum exponimus: intelligendo reuelari nobis q hæc duo simul iuncta constituunt tum locum in hominibus gignentem ac conseruantem sapiẽtiam/tum uiam ducentem hominem ad sapientiam beantem hominẽ in æterna uita. per hæc enim iob declarat portionem a deo decretam iustis in hac uita relatiue ad uitam perpetuo beatam/quæ inchoat̃ et participatur per sapientiæ ac intelligentiæ donum in hac uita timendo deum & recedendo a peccatis. Præclara profecto sententia, & digna ut ante oculos semper habeatur ut speculum & regula tam animi q̃ operationum nostrarum. ad animum siquidem spectat timor adonai: ad opera uero recedere a malo. hæc. n. duo constituunt sapientiæ præparationem quam deus & facit & quærit in nobis cooperantibus.



Addidit quoq; iob assumes parabolam suam. Dictio interpretata assumens/sonat exaltare, capitulum siquidem hoc incipit quemadmodum & cap. 27. & propterea significantur similia: vez q iob iterum expectauit an socii uellent aliquid dicere: & illis tacentibus/addidit sermonem subiunctum, qui appellatur parabola quia similitudinum plenus est, & dicitur q iob exaltando parabolam suam dixit/ad significandum sermonem subiunctum spectare ad exaltationem eorum quae prius disputando dixerat iob. et dixit. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos. Parui refert q hebraicae habetur. Quis dabit mihi sicut menses antiquitatis. In praecedentibus duobus capitulis manifestauit iob portionem impiorum & portionem iustorum de quibus tam longa fuerat disputatio inter socios & ipsum: reliquum erat ut quia disputatio descenderat ad ipsum iobem/satisfacer[illegible] seipso. Et propterea in hoc sermone recenset de seipso tria, primo successus prosperos ab ineunte aetate usq ad [illegible]ctionem hanc: deinde in cap. 30. aduersa quae in hac afflictione euenerunt: & tertio moralem bonitatem totius uitae suae in cap. 31. Conferendo. n. praecedentem prosperitatem cum subsecuta aduersitate/perpenditur quantitas aduersitatis maior q est secundum seipsam: & conferendo utrumq statum cum integritate morum in tota uita/perpenditur q deus non afflixit eum propter peccata eius: & sic ex his satisfacit de seipso. Ait itaq quis dabit mihi sicut menses antiquitatis: hoc est similes menses mensibus meae uitae ab antiquo/ab ineunte aetate. secundum dies quibus deus custodiebat me. Iuxta hebraeu hr. sicut dies eloha/custodiet me. Declarat quales menses cupit: vez similes diebus dei gubernatis ac iudicis, est. n. geitiui casus eloha. Et declarando quare appellat dies illos dies eloha, subiungit custodiet me: hoc est quia ab antiquo custodiet me/perseuerauit custodiendo me. futurum. n. custodiet refert ad antiquitatem. Agnoscit per haec iob prosperitatem praeteritam a deo.

¶ Quando splendebat. Iuxta hebraeu hr. Splēdente lucerna eius super caput meum. Modus custodiae diuinae describitur ad instar porrigentis lucernam splendentem super caput custoditi, primum siquidem diuinae gratiae hominem custodientis donum describitur illuminatio, non ad pedes tm aut ad partem aliquā / sed ad uniuersa agenda & cauenda: & propterea describitur super caput. et ad lumen ei9 ambulabam in tenebris. Futuri temporis est dictio interpretata ambulabam. significat. n. q sub lucerna splendente super caput eius/ibo ab initio splendentis lucernae iugiter in tenebris: hoc est in aetate puerili, quae aptissime eunti in tenebris assimilatur: eo q incipiens homo habere usum liberi arbitrii, tam parum luminis prudentiae habet ut sit in interna uia suorum operum tanq ambulans in tenebris. Agnoscit itaq iob q quando caruit lumine interno naturae/ ambulauit sub lumine diuinae gratiae custodientis illū in pueritia deducēdo illū per uiā rectā. Sicut fui in dieb9 adolescentiae meae. Vere ab antiquo custoditum se a deo iugiter manifestat, post custodiam pueritiae adiungens custodiam adolescentiae. quando secrete deus erat in tabernaculo meo. Rectius legeret. comitante eloha super tentorii mei. Modus quo custoditus est in adolescentia/ narratur describendo deum tanq socium exhibentem se gubernātē ea quae erāt tentorii iobis, ad comprehendendum enim uniuersa pertinentia

ad prouisioné domus/dicit in genitiuo super tentorii mei:hoc est super rebus domus meæ. Et per hoc insinuatur q deus non deseruit iobem in adolescentia/ sed semper comitatus est eum cloha:hoc est gubernans ipsum. ¶ Quando erat omnipotens mecum: z in circumitu meo pueri mei. Iuxta hebraū hr. In adhuc saddai mecum:circumitus mei pueri mei. Custodia diuina in ætate uirili quando iā filios genuerat & eos pueros alebat atq; instruebat, narratur dicendo in adhuc / hoc est perseuerante, mecum saddai/deo qui uincit omnia, pueri mei erant circumit⁹ mei. multitudo.n. filiorum cum frequentia adunandi filios coram se significatur. Attribuit autē saddai tantam perseuerantiam custodiæ diuinæ/ad insinuandum magnitudinem doni, rarum.n. ualde est(& propterea uincenti omnia attributum) ut diuina custodia uincat mores hominis ab ineunte ætate usq; ad finem in homine præsertim diuite. ¶ Quando lauabam pedes meos butyro. Iuxta hebraū hr. In lauando gressus meos in butyro. Butyri.n. magna copia significat describendo q ambulando balneabantur pedes in butyro/quemadmodum fit ambulando per loca aquosa. Et hinc insinuatur magna copia gregum & armentorum. et petra fundebat mihi riuos olei. Dictio interpretata riuos/sonat paludes, significatur.n. tanta abundantia olei ut constituerit quasi paludem olei. Quod autem dicitur de petra/ petram molentem oliuas intellige uel lapidosa loca olearum,

¶ Quando procedebam ad portam ciuitatis. Iuxta hebraū hr. Egrediente me ad portam super ciuitatis. hoc est super iis quæ sunt ciuitatis. in platea faciam parare sedem meam. Sic iacet in hebræo. Narratis diuina custodia diuitiisq; naturalibus (filiorum sc3) & artificialibus armentorum & agrorum, narrat honores authoritatis suæ in publicis iudiciis dicendo, egrediente me/a propria domo, ad portam/proculdubio ciuitatis in qua antiquit⁹ celebrabantur iudicia, super ciuitatis/hoc est super publica iudicia ciuitatis, faciam parare sedem meam/in platea existente in porta ciuitatis. Et hinc apparet q iob erat princeps ciuitatis. ait.n. q ipse imperabat parari sibi sedem in platea ad dicendum ius omnibus. ¶ Videbant me iuuenes z abscondebantur: z senes assurgentes stabant. Iuxta hebræum hr. Viderunt me pueri z absconditi sunt: z senes surrexerūt z steterūt. Honor ei exhibitus ab omnis ætatis uiris manifestatur ab extremis ætatibus/ pueritia et senectute. ¶ Principes retinuerunt in sermonibus: z manum ponēt ori suo. Adiungitur honor ei exhibitus a primatibus ciuitatis: q adueniente ipso inchoatos sermones retinebant primates perseuerando in silentio. huiusmodi.n. perseuerantia narratur dicendo & manum ponent ori suo:ad differentiam eorum qui q̄uis adueniente principe interrumpant sermonem, postq̄ tamen princeps sederit / redeunt ad prosequendum inchoatos sermones. ¶ Vocem suam cohibebant duces: z lingua eorum gutturi suo adhærebat. Iuxta hebraū hr. Voces ducum abscondite sunt: z lingua eorum palato illorum adhæsit. Honor ei exhibitus a militaribus ducibus describitur similiter q uoces eorum cessauerunt ad instar absconditorum/& q silentium perseuerauit tanq̄ lingua ducū adhæserit palato. Auris audiens beatificabat me: z oculus videns/testimonium reddebat mihi. Legendum est. Quia auris audiuit z beauit me : z oculus vidit z

testificatus est mihi. Ratio tanti honoris redditur primũ ex parte nominis/deinde ex parte factorum. Et ex parte quidem nominis commemorat tum audientes: quia au ris multorum audiuit facta a me/& beatum me prædicauit. tum uidentes: quia & ocu lus multoꝝ uidit iudicia mea, & testimoniũ perhibuit mihi / ꝓculdubio ueræ iustitiæ.

¶ Eo ꝙ liberassem pauperem vociferantem: ⁊ pupillum cui nõ esset adiutor. Iuxta hebræum tres istæ actiones scribuntur in futuro : ita ꝙ legendum est. Quia faciam euadere pauperem clamantem: ⁊ pupillum/⁊ non adiu tor ei. Futuri temporis uerbum hic & in subiunctis scribitur ad significandum perseue rantiam: & nihilominus relatiue ad sessionem in tribunali scribitur. Et hic incipit ratio tanti honoris ex parte factorum. Tria autem genera oppressorum simul colligit: vꝫ pauperem clamantem/pupillum & carentem adiutore. Et est sermo de istis quatenus uexabantur ab aliis inique: ut inferius clare subiungitur. hos. n. faciebat iob euadere ab iniuriis uexantium eos. ¶ Benedictio pereuntis super me veniet. Sic iacet in hebræo. In criminalibus causis qualiter iudicauerit/manifestat dicendo sup me ueniet benedictio pereuntis. scribitur. n. per hoc ꝙ ipse fecit pereuntẽ euadere mortẽ: & ꝓpter ea benedicendum se fore ab illo. Et est sermo de pereunte (hoc est de constituto in mor tis periculo) propter insurgentes contra eum denunciatores seu accusatores. et cor vidue consolatus sum: Iuxta hebraũ hŕ. et cor vidue faciam cãtare. quod est longe plus ꝙ cõsolari. ¶ Iustitia indutꝰ sum. Ne putares ꝙ iob ex potẽtia aut ob nominis gloriam prædicta fecisset, manifestat ꝙ omnia fecit iuste iudicando dicens iustitia indutus sum: hoc est omnes actiones meas uestiui iustitia tanq̃ forma earum. et vestiui me sicut vestimento. Iuxta hebraũ hŕ. et induit me sicut palliũ. Iustitiam actionum suarum iudicialium dicit non fuisse occultam sed manifestam/assi milando eam supremo indumento quod uocatur pallium. uestis. n. sub pallio non pa tet/sed palliũ ipsum patet omnibus. Et hinc discant principes non sufficere in iudiciis iustitiam/sed oportere iustitiam esse manifestam publice. propterea. n. iob dixit utrũq;: quo ad se quidem iustitia indutus sum/quo ad publicum uero officium et induit me sicut pallium. et diademate iudicio meo. Iuxta hebraũ hŕ. et linteolum iudi cium meum. De linteolo quo orientales utebantur & utunť pro tegmine capitis est sermo. Et est sensus ꝙ iustitia induit me sicut pallium/& iudicium meum fuit manife stum sicut linteolum quo tegitur caput.

¶ Oculus fui ceco: ⁊ pes claudo. Iuxta hebraũ hŕ. Oculi fui ceco: ⁊ pe des claudo ego. Non alterius sed amborum oculorum officium cæco præstitisse/ & similiter non alterius sed utriusq; pedis officium suppleuisse se manifestat. Modum quo in iudiciis iuste liberauit uexatos describit: vꝫ supplendo cæcis officium oculorũ/ & claudis officium pedum. Metaphoræ sunt istæ, significantes ꝙ non uidẽtes propriũ ius illuminauit: scientes autem propriarum causarum ius sed inualidos ad prosequen dum illud acsi essent claudi/adiuuit. Ignorantibus itaq; lumen & inualidis adiutorium exhibendo/liberauit iniuste uexatos. Discant hinc iudices qualiter se habere debent cir ca iustitiam cæcorum & claudorum: hoc est ignorantium uel impotentium. ¶ Pater eram pauperum Iuxta hebraũ hŕ. Pater ego egenis. Metaphora est: signifi cans ꝙ in causis miserabilium personarum/patris officiũ ipse supplebat ut iuste pos

fet eos

fet eos liberare. et causam quam nesciebam/diligētissime inuestigabam. Interpres addidit diligentissime: præter hoc q̄ mutauit futurum inuestigabo/in præteritum. sed nihil refert ad sensum: q̄m futurum inuestigabo relatiue ad præteritum nesciui hebraico more dicitur. In causis cognitis qualiter se habuerit manifestauerat: reliquū erat ut in causis quarum iustitia erat occulta seu ambigua ipi iobi iudici / qualiter se habuisset manifestaret. manifestat autem se non præcipitem processisse, sed uacasse inquisitioni ad sciendam ueritatem. ¶ Conterebam molas iniqui: & de dentibus illius auferebam prædam. Metaphora est ad declarandum complete modū quo exercuit iudicium & iustitiam. executio siquidem aduersus eos qui aliēa occupauerāt/ describit̄ sub metaphora frāgentis dentes molares alicuius lupi & ex ore illius tollētis raptam ouem. Vtrūq; bonum executio hæc continet: sc3 & punitionem raptoris frangendo eius dentes m..ares/hoc est uires quibus præualebat ad uorandum aliena: & restitutiōem rei ablatæ faciendo iacere ex dentibus illius prædā/ut hebrai.. . fon..

¶ Dicebāq; in nidulo meo moriar/& sicut palma multiplicabo dies. Iuxta hebræū hr. Et dixi: cum nido meo cōsumar/ & sicut phenix multiplicabo dies. Narrat fiduciam quam prosperitatis tempore habebat, afferēdo tres combinationes. Quarum prima longæuam uitam & superstites filios iungit. pollicebatur. n. sibiipsi filios superstites, dicendo cum nido meo consumar (filii. n. nidi nomine significantur ad instar auium in nido genitarum / fotarum & inde prodeuntium) & multitudinem dierum uitæ sicut arenam/ut multi interpretantur. Dictio tamen interpretata arena / anceps est ad arenam uel phœnicem. & si arena legitur, hyperbole est/ multitudo dierum uitæ suæ sicut multitudo arenæ. Si uero legitur phœnix (quæ uiuere dicitur solitaria annis quadraginta supra trecentos) oportet nidi metaphoram aliter intelligere/& ad obitum similem phœnicis obitui referre. scribunt. n. phœnicem sentientem se ætate senili grauari/in constructum a se nidum ex aromatibus (cinnamomo sc3 thure & aliis eiusmodi) iacere se & ibi consumi cum suo nido / igne ex radiis solis reflexis ad resplendentes pennas eius genito: ita q̄ lōgæuam sicut phœnicis uitam/& honorabile suum funus inter aromata pollicetur sibi instar phœnicis. Et hunc sensum hebraica litera sonat/dicendo cum nido meo consumar: & propterea consequenter legendum est & sicut phœnix multiplicabo dies. ¶ Radix mea aperta est secus aquas: & ros morabitur in messione mea. Iuxta hebræum habetur. Radix mea aperta ad aquas: & ros manebit in messem meam. Altera combinatio pollicita est hæc/comprehendens arbores germinaturas & segetes peruenturas ad messem, illas beneficio aquarum & istas beneficio roris. radix inquit mea / hoc est multitudo arborum, aperta/ad germinandum, erit ad aquas / ad beneficium aquarum: & ros manebit usq; ad messionem meam. ¶ Gloria mea semper innouabitur: & arcus meus in manu mea instaurabitur. Iuxta hebræū hr. Honor me⁹ nou⁹ mecum: & arcus meus in manu mea faciet mutare. Tertia est cōbinatio pseueraturi honoris cū potentia. Pollicet̄ siquidē sibi perseuerantē honorē describēdo nouū/tāq; nūq; ueterescat. potētiā uero describit ad instar arc⁹ efficacis ad faciendū mutatiōes: ad differentiā arc⁹ cui⁹ iact⁹ p nihilo habentur /ita q̄ nō mouentur a locis suis illi cōtra quos iacit̄. Pulchra certe metaphora/discernit̄ ptās pncipis execu

tiua efficax ab inaniter cōminatoria, illa. n. tanq̄ arcus faciens mutare est in manu prin cipis: ista aūt tanq̄ arcus cuius iactus pro nihilo habent. Pollicebat itaq̄ olim sibiipsi iob & longæuam uitam cum honorabili funere / fructusq̄ & fruges / necnō perseuerātem honorē cū potestate efficaci. Et hæc refert / ad manifestandū q̄ secundū humanā rōnem radicatæ & stabilitæ sic erant res eius q̄ poterat sibi polliceri hæc, ita q̄ nō est digressus narrando qd olim dixerat: sed descripsit per hæc bene fundatā prosperitatem suā.

¶ Qui me audiebant / expectabant sententiam: & intenti tacebant ad consilium meum. Iuxta hebræum hr. Me audierunt & expectabunt: & tacebunt ad consilium meum. Post narratum honorem sibi exhibitum in iudiciis cum iustitia quam exercuit / post narratum fundamentum prosperitatis, narrat honorem sibi exhibitum in conciliis. Narrat autem eum ante / tunc & post: q̄uis non ordinate, nam inchoat ab honore sibi exhibito tunc quum ipse proferebat consilium suum: dicendo q̄ quum primum audierunt ipsum loquentem / silebunt & expectabūt usq̄ ad finem consilii mei. Et futurum expectabunt ac tacebunt refertur ad præteritum audierunt. ¶ Verbis meis addere nihil audebant. Iuxta hebraū hr. Post verbum meum non iterabunt. Clare describitur honor ei exhibitus post datum ab eo consiliū. Et dicendo nō iterabunt / insinuat q̄ semel iam locuti fuerant alii: & q̄ ipse ultimus loquebat in conciliis tanq̄ princeps auditis alio℞ uotis. et sup illos stillabat eloquium meum. Interpres uertit futurum in præteritum. Duo simul narrant: & q̄ tūc uerbū iobis suscipiebatur tanq̄ e supernis stillans / tanq̄ cœleste oraculum, & rō quare non iterabāt, ex hoc. n q̄ consilium iobis tanq̄ diuinū habebāt / consequens erat q̄ nō iterarent. ¶ Expectabant me sicut pluuiā: & os suū aperiebant quasi ad imbrem serotinū. Præteritum est aperiebant, sed futu℞ expectabant. Et futu℞ expectabūt referf ad præteritum aperuerūt: significatur. n. q̄ apertū os secuta est expectatio. Narrato honore tunc & post, narrat honorem anteq̄ iob loqueret / describendo cōsiliarios tanq̄ expectantes concupitam pluuiam, & exaggerādo desiderium eorum assimilat eos inhiantibus ad serotinam pluuiam: hoc est ad pluuiam pro suprema maturitate frugum seu uuarum, huiusmodi. n. pluuia appellatur pluuia serotina.

¶ Si quando ridebā ad eos / nō credebant. Parui refert q̄ hebraice hr. Ridebo ad eos & nō credēt. Post narratā authoritatē suā in cōciliis / narrat quātæ authoritatis fuerint gestus eius, incipiendo a risu dicens, ridebo ad eos, & nō credent / esse risum simplicem sed habentē mysteriū, ita q̄ iobis ēt risus erat authoritatis apud illos. et lux vultus mei nō cadebat in terrā. Iuxta hebraū hr. et lumē faciei meæ nō faciēt cadere. Tanq̄ uisus radios (iuxta ātiquo℞ opiniōem q̄ uisio fit extra mittendo) describit intuitus oculo℞ ipsius iobis tantæ authoritatis ut annotauerint ēt oculorū iobis motus ad aspicendū hūc uel illū / hoc uel illud, huiusmodi. n. ānctatio aspectionū tanq̄ radio℞ describit dicendo & lumen faciei meæ nō facient cadere / tanq̄ uanū quid cuius casus nō æstimatur, sed excipient tanq̄ preciosum qd / tanq̄ habens mysteriū. ¶ Si voluissem ire ad eos / sedebā primus: quūq̄ sederē quasi rex circūstante exercitu / eram tamen merentium consolator. Iuxta hebraum habetur. Eligā viam eorum / & sedebo caput et habitabo sicut rex in exercitu: sicut mestos cōsolabitur. Narrat demum authoritatem atq̄ honorem sibi exhi-

bitum utroq; tempore (scilicet belli & pacis) dicens quo ad authoritatem: eligam uiam eorum belli scꝫ uel pacis cum alienis. dicendo. n. eligam/manifestat tantæ authoritatis fuisse q; ad ipsum spectabat electio pacis uel belli eorum cum aliis. Honor autem subiungitur/tempore quidem pacis dicendo & sedebo caput: hoc est & quiescam residens aliorum caput. tempore uero belli subiungitur & habitabo tanq; rex in exercitu: supremus. n. honor in exercitu est honor regis/eiusdemq; est suprema potestas atq; authoritas. Et dicendo sicut rex/insinuat q; non erat rex, sed princeps ciuitatis atq; exercitus. Quod autem adiungit sicut mœstos consolabitur/ad rationem spectat utriusq;. ratio enim redditꝰ quare utroq; tempore iob erat caput/quia erat sicut qui mœstos consolabitur: hoc est perseuerans indefesse in officio consolandi mœstos. huiusmodi enim commiseratio benigna non ad horam sed iugis tam in ciuitate q; in exercitu / significatur per futurum conso[...]tur.

CAPVT .XXX.

Nunc autem deridebant me iuniores tempore. Narrato successu prosperitatis suæ/narrat consequenter afflictionem quæ superuenit ei: & e regione authoritatis & honoris prænarrati apud primates/duces/senatum & populum, narrat se irrideri ab hominibꝰ pauperrimis & uilissimis. Describit itaq; derisores in primis ab ætate/dicendo iuniores tempore: deinde a patribus subiungendo. quorum non dignabar patres ponere cum canibꝰ gregis mei. Hebraice hr. quorum abominatus sum patres ad ponendum cum canibus ouium mearum. Sententia clara est. ❡ Quorum uirtꝰ manuum mihi erat pro nihilo. Iuxta hebraū hr. Etiam uis manuum eorū quare mihi? Rationem adiicit quare patres eorum abominatus fuerat describendo eosdem ab inertia/declarando q; uires manuum eorum ad nihil sunt utiles, nullius. n. utilitatis significantur dicendo quare mihi? subauditur. n. operabitur, quasi dicat nulla est utilitatis ratio. et uita ipsa putabantur indigni/egestate & fame steriles. Iuxta hebraū hr. super eos periit senium in penuria & in fame solum. Manifestat patrū inertiā ab effectu/q; senectus periit super eos sola (hoc est destituta) in penuria & fame. Non est usq;quaq; clarum an significetꝰ istoꝝ senectutē periisse/hoc est q; nō peruenerunt ad senectutem ob penuriā & famem: an significetur q; quum peruenerūt ad senectutem / destituti ob penuriam & famem perierunt.

❡ Qui rodebant in solitudine/squallentes calamitate & miseria. Iuxta hebraū hr. Fugiētes siccitatem crepusculi: desolationē & miseriam. Depictis patribus/describit tertio ipsos derisores a simili inertia ac segnitie, manifestando eam primū ex eo q; fugiunt siccitatem crepusculi noctis/desolationē ac miseriā: hoc est ex eo q; habent crepusculū noctis siccū/utpote carētes cœna: & similiter habent desolationē ac miseriā. hæc. n. attestanꝰ inertiæ ac pigritiæ coꝝ. ❡ Et mādebāt herbas & arboꝝ cortices. Iuxta hebraū hr. Incidētes urticā sup arborem. Dictio interpretata urticā/sonat (ut aiūt) herbā quādā amarā. Dictio quoq; interpretata arborē/āceps ē ad arborē uł ad herbariū, sed parui refert: significanꝰ. n. isti tā inertes ut uescerenꝰ hmōi amaris herbis p obsonio/p pane aūt radicibus genestaꝝ, nā subditur iuxta

hebræum. radix geneſtarum panis eorum. Dictio tamẽ interp̃tata geneſtaꝝ / a multis interpretatur iuniperorum. ¶ Qui de conuallibus iſta rapientes: quum ſingula reppeririſſent / ad ea cum clamore currebant. Iuxta hebræũ hr̃. Ab intra expellentur: clamabunt ſuper eos ſicut furem. Deſcribũt̃ iſti inuenti in hortis pro huiuſmodi hærbis / ꝙ expellentur ab iis qui ſunt intra hortum: expellentur autem clamando aduerſus eos ſicut clamatur aduerſus furem. Et per hoc deſcribit̃ q̃ exoſi & abominabiles aliis iſti ſunt. ¶ In deſertis habitabãt torrẽtium: & in cauernis terre vel ſuper glaream. Iuxta hebræũ hr̃. In rimis torrentium ad habitandum: in foraminibus pulueris & petrarum. Poſt deſcriptum cibum, deſcribitur habitatio eorundem uel in rimis iuxta torrentes / uel in foraminibus pulueris (hoc eſt locorum effoſſorum ad educendum inde puluerem terræ pro aggeribus & aliis eiuſmodi) uel in cauernis petrarum. ¶ Qui inter huiuſcemodi lætabantur: & eſſe ſub ſentibus delitias cõputabant. Iuxta hebræũ hr̃. Inter arbores clamabunt: ſub ſentibus congregabuntur. Nocte habitabant in prædictis locis: die autem ocioſi clamabant inter arbores uel ſub ſentibus congregati quaſi ſub ũbra. ¶ Filii ſtultorũ & ignobiliũ: & in terra penitus nõ parẽtes. Iuxta hebræũ hr̃. Filii vilitatis / et filii ſine nomine: contuſi ſunt a terra. Concludit demum iſtos deriſores eſſe filios uilitatis: hoc eſt repletos & abundantes uilitatibus. hebraico enim more quemadmodum appellantur filii iniquitatis ita & filii uilitatis / & id genus reliqui. Vnde & ſubditur etiam filii ſine nomine: hoc eſt filii nullius nominis nec in bono nec in malo. Propter quod conſequenter ſubditur contuſi ſunt a terra: hoc eſt qui contuſi ſunt a terra. filii enim nullius nominis / uere tanq̃ contuſi ſunt a terra carendo omni nomine acſi nunq̃ fuiſſent.

¶ Nũc in eorũ canticũ verſus ſum: et factꝰ ſum eis in ꝓuerbiũ. Parui aut nihil refert ꝙ hebraice hr̃. Et nũc ſonꝰ eis fui: & fui eis in verbiũ. Dictio interp̃tata ſonus, ſonum muſicum ſignificat: a nonnullis tũ interpretat̃ cantꝰ. Deſcripta qualitate irriſorum iobis / deſcribitur modus irridendi: ꝙ uidelicet irridebant ei cantando & communiter loquendo. ¶ Abominantur me. Hebraice habet̃. Abominati ſunt me. E regione ſenatus inhiantis ad conſilium iobis deſcribit ꝙ etiam perſonæ uiliſſimæ abominatæ ſunt eum: & conſequenter iuxta hebræum. elongauerunt ſe a me. Sententia eſt clara. et faciem meam conſpuere non verentur. Iuxta hebræum habetur. et a facie mea non prohibuerunt ſputum. Modus quo abominati ſunt eum deſcribitur: uidelicet ſpuendo uerſus eum quaſi in faciem eius. colligitur enim ex hac narratione ꝙ uilliſſimi homines audita iobis tanta calamitate uenerint & uiderint eum in cinere ſedentem totum plagatum / & abominãtes eum ſpuerint uerſus eum & receſſerint non reuerſuri. Et hic finitur prima pars narrationis: in qua (ut clare patet) narrauit ſe & irriſum & deſpectum ab hominibus uiliſſimis.

Pharetram enim ſuam aperuit. Iuxta hebræum habetur. Quia funem meum aperuit. Narratis irriſionibus & deſpectionibus in quas incidit / reddit rationem earundem ex parte dei: afferendo pro cauſa totius ſui mali diuinam actionem qua aperuit funem ipſius iobis ad affligendum eum. Sæpe in

sacra scriptura funis nomine significantur termini confinia statuentes quia funiculis distinctio agrorum fiebat. Per funem itaq; suum iob confinia suorum agrorum atq; rerum significat, quæ deus aperuit irruentibus hostibus. Et altius ac uerius intelligendo per funem suum insinuat tegmen diuinæ protectionis/quo protegebatur iob cũ suis omnibus ab aduersitatibus quibuscunq; dicente satana ad deum nõne tu operuisti eum &c. ut patet in cap. 1. Hunc funem diuinæ protectionis dicit iob non solutum sed apertum fuisse a deo/ad insinuandum liberum ac amplum patefactum ingressum satanæ ad res iobis. Et uerum dicit: quia q̃diu clausus mansit/satan non nocuit ei: sed quum aperuit illum, satanæ patuit ingressus ad nocendum iobi. Primam itaq; causam suæ afflictionis agnoscit ac narrat deum dicendo quia funem meum quo protegebar aperuit. et afflixit me. ad affligendum me aperuit funem meum: rursus quia aperuit funem meum quo ad mea/& afflixit me quo ad personam meam. et frenum posuit in os meum. Iuxta hebræum hr. et frenum a facie mea miserunt. Causa secunda narratur: dæmones. n. significantur ad instar emittentium a se frænum cohibẽs eos a facie iobis. Et significatur per hanc metaphoram q; restrictio potestatis dæmonum ne nocerent iobi/fuerat tanq̃ frænum retinens ipsos dæmones lõge a facie iobis: & aperiente deo funem iobis/dæmones tanq̃ sine fræno effecti sunt. Et hæc primũ locum tenet inter secundas causas afflictionis iobis.

¶ Ad dexteram orientis calamitates meæ ilico surrexerũt. Iuxta hebræũ hr. Super dexteram iuuentus surgent. Quia proposuit duas actiones dei (uz aperire funem & affligere) & dispositionem dæmonum/uz sine fræno: inchoat ab hoc ultimo/describendo dæmones ad instar iuuenum surgentium super dexteram: hoc est in robore manus dexteræ. Et ætas quidem iuuenilis ad impetum sine fræno spectat: dextera autem ad robur, surgere uero tanq̃ ex ocio describuntur, quia quiescebant prius/non ualentes offendere iobem. pedes meos subuerterunt. Iuxta hebræum hr. pedes meos miserunt. Afflictio iobis in primo capitulo sub uocabulorum proprietate narrata/recensetur iterum sub metaphoris. chamelos. n. boues & asinos quos abegerunt sabæi & chaldæi/appellat pedes suos: & propterea dicit miserunt: abegerunt. n. illos. Assimilat autem eos pedibus/ad insinuandum eorum officium relatiue ad animum ipsius iobis: ut intelligeremus q; non tanq̃ caput aut pectus sed tãq̃ pedes habebat copiam animalium/q; utebatur eis tanq̃ pedibus: hoc est ad ambulandũ. pedibus. n. gradimur: & copiis illis iob gradiebatur ad fœlicitatem æternæ uitæ. et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. Iuxta hebræũ hr. et spinauerunt super me uię fractionis eorum. Liceat fingere uerbum spinandi ad reddendum hebraicam literam. & est ordo literæ q; uiæ contritionis eorum spinauerunt super me. Et est sensus q; opera quibus tanq̃ frangentes priuauerunt me opibus/pupugerũt me tanq̃ spinæ. Moderata tristitia ob perditas opes per hanc metaphoram describitur. nõ describit aĩum suũ stoicũ aut mollẽ/sed mediũ: utpote pũctũ tãq̃ a spinis. Dissipauerũt itinera mea. Iuxta hebræũ hr. Dirucrũt uiã meã. Oues cõsumptas cœlesti igne/assimilat uiæ suæ dirutæ. alia aĩalia assimilauerat pedibus missis quia abacta fuerant: oues aũt assimilant̃ uiæ dirutæ/quia cõsumptæ fuerãt. simili aũtẽ ratione oues assimilat uiæ suæ: quia uz utebatur illis tanq̃ uia ad fœlicitatem æternam. insi-

diati sunt mihi & praeualuerunt: & non fuit qui ferret auxilium. Iuxta hebraeũ hr. in fractione mea proficient: non adiutor eis. Quia procedendo ex uno nocumento in aliud daemones ordinauerant afflictionẽ iobis cum tanta potentia q non egebant auxilio, ideo dicitur q in fractione mea proficient/ subiungendo nõ adiutor eis. Et hinc prudens lector perpende q de daemonibus est sermo: quoniam nec de chaldaeis nec de sabaeis nec de ambobus uerificatur haec litera/ sed de daemonibus. homines.n. eguerunt auxilio ignis coelestis ad perficiendum fractionem opum iobis: daemones autem chaldaeis & sabaeis utentes ut ministris/ non indiguerũt adiutore, sed ipsimet ignem ab aere immiserunt ad consumendum oues/ & uentum excitarũt ad cõterendum filios, & propterea subditur,

¶ Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me: & ad meas miserias deuoluti sunt. Iuxta hebraeũ hr. Sicut fractura lata uenient: sub desolatione se inuoluerũt. Applicãdo quod dixerat de actiõe dei quia funẽ meũ aperuit/ describit consequenter aperturam tanq̃ fractionem latam qua ingressus dat⁹ est daemonibus ad desolandum ea quae erant iobis, & ideo non sat est describere ingressum latum (utpote ad chamelos asinos boues oues famulos & filios ac filias) sed complectendo uniuersa/ subiunxit sub desolatione se inuoluerunt: hoc est omni ex parte desolantes uenerũt, ad instar eorum qui se totos inuoluũt sub linteis. ¶ Redact⁹ sum in nihilum. Iuxta hebraeũ hr. Reuoluendo super me terrores. Daemonibus ascribit nuncios calamitatum narratos in primo & secundo capitulo: & quorsum manifestat/ dicens reuoluendo super me terrores. Ad terrendum iterum atq iterum iobem describuntur daemones per nuncios successiue reuoluentes terrores: ut multiplicatis terroribus/ animus iobis exorbitaret. abstulit quasi uentus desiderium meum. Iuxta hebraeũ hr. persequetur sicut uentus uoluntatem meam: & sicut nubes transiuit salus mea. Dictio interpretata uoluntas/ spontaneum affectum significat. Discerne prudens lector, opes suas assimilauit pedibus & uiae: filios autem a spontaneo describit affectu/ & salutem suam appellat. Et in promptu utriusq est ratio, nam filii saluant patrem/ prorogando esse eius ad perpetuitatem: & ad filios, patris amor non ex electione sed spõtaneus est/ utpote ex ipsa natura prodiens. Oppressiõem itaq filiorum multitudini daemonum ascribens/ metaphora utitur uenti propellentis nubẽ dicens, persequet̃ sicut uentus uoluntatẽ meã/ hoc est spõte a me amatos, & sicut nubes a uẽto ꝑpulsa trãsiuit salus mea: hoc ẽ multitudo filioꝝ saluãs gen⁹ meũ.

¶ Nunc autem in memetipso marcescit anima mea. Iuxta hebraeũ hr. Et nunc super me effundet se anima mea. Afflictionem personae propriae recenset/ dicendo & nunc super me: aperte insinuans q hactenus narrauit animi sui afflicti occupationem circa luctum filiorum, sed nunc postremo super meipsum (utpote tã dire percussum in corpore) effundetur anima mea. ad instar effusi liquoris describitur anima secundum omnes suas actiones & passiones occupata circa seipsum totum uehementissime afflictum. et possident me dies afflictionis. Iuxta hebraeum hr. et apprehendẽt me dies afflictionis. Prosequitur particulam illam propositã et afflixit me, perseuerantia autem insinuatur per effusionem ac apprachẽsionem futuri temporis: perseuerabat, n, dolor in corpore ipsius. ¶ Nocte os meum perfora

tur doloribus. Iuxta hebræũ hr̃. Nocte ossa mea perfodit super me. Ingẽs doloris uis penetrans ad intima/significatur ad instar fodientis a pelle usq; ad ossa:sub intelligitur.n. afflictio dicendo perfodit. et qui me comedunt non dormiunt. Iuxta hebræũ hr̃. et venę meę non iacebunt. hoc est & uenæ meæ non quiescent emittendo humores putres. ¶ In multitudine eorum consumitur vestimẽtum meum. Iuxta hebræũ hr̃. In multitudine vis mutabitur vestimentum meum. Effectus humoris putris manantis ex uenis iobis/describitur mutatio indumenti, saccus.n. quo indutum se dixerat in cap. 16. significatur mutatus in fœdã formam ex multitudine uirium ipsius emanationis. et quasi capitio tunicę succinxerunt me. Iuxta hebræũ hr̃. sicut os tunicę meę cinget me. Condensatio sacci ex humore putrido/describitur tanta q; adhærebat iobi sic commensurate quem admodum tunicæ os cingit collum. consueuit.n. accommodari cum commensuratiõe exacta os tunicæ ad collum in locis illis ubi homines utuntur tunicis:hoc idem sub metaphora consuendi descripserat in cap. 16. ¶ Cõparatus sum luto: et assimilatus sum fauille & cineri. Iuxta hebræũ hr̃. Proiecit me in lutum: & estimatus sum sicut puluis & cinis. Alter effectus secutus ex putri humore describitur q; proiectus est in lutum:& declarando metaphoram/subiungit æstimatus sum sicut puluis & cinis. Et est sermo de puluere qui uerrendo domum eiicitur/& de cinere qui post colatum lixiuium eiicitur. uterq;.n. quia immundicia est/proiicitur in loca luti. Seipsum itaq; iob æstimatum a domesticis tanq; domus immundiciam/eiiciendum describit propter abundantiam putredinis.

CLamo ad te & non exaudis me. Iuxta hebræũ hr̃. Clamabo ad te & non respondebis mihi. Sæpe dixerant socii monendo iobẽ ut rogaret deũ/quia deus exoratus sanaret eum &c. iob autem responderat eis se iam propinquũ morti/sed non compleuerat hoc responsum:& propterea narrando suam afflictionem/duo simul facit. alterum q; ad cumulum sui mali aperit afflictionem suam esse desperatam: alterum q; perficit responsionem datam sociis. Manifestat itaq; afflictionem suã esse absq; spe sanitatis/describendo uanas fore pro sanitate hac preces ad deũ q̃uis ex clamore cordis fusas:dicendo clamabo ad te & non respondebis mihi. sto & non respicis me. Iuxta hebræum hr̃. steti & intelliges in me. Sic iacet in hebræo: interpretes mutant affirmatiuam in negatiuam. Manifestat iob rationem quare deus non respondet exaudiendo non esse iniquitatem ipsius iobis:describendo seipsum stantem in conspectu dei & deum curam habentem ipsius/dicens. steti/non recessi a gratia dei sed rectus steti coram te,& tu intelliges in me/perseuerando in iugi cura mei. ¶ Mutatus es mihi in crudelẽ: & in duritia manus tuę aduersaris mihi. Iuxta hebræũ hr̃. Uerteris in crudelem mihi:in fortitudine manus tuę odio habebis me. Effectus non exauditionis narratur perseuerans plaga immo perseueratura usq; ad mortem:describendo deum ad instar principis qui ex humano & miti uertitur in crudelem & odio habentem aliquem. Et uerificatur metaphora hæc de deo non secũdum id quod in deo est sed secundum similitudinem effectus: quatenus effectus dei in afflictione iobis erant (ut iob putabat) perseueraturi usq; ad mortem/immo ducturi cito ipsum ad mortem:ac per hoc similes iis quæ facit crudelis homo odio habens &

potens, qui non ſaciatur affligendo niſi afflictionibus ducat ad mortem.

¶ Eleuaſti me: ⁊ quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. Iuxta hebræū hr̃. Portabis me/ad ventum facies equitare me: ⁊ liquefacies me ſtatuto. Ordinatorum effectuum ſeries deſcribitur/ne errares intelligendo a iobe deſcribi deum mutatum: & affert metaphoram declarantem q̄ deus non mutatus facit mutationes noſtras/facit ea quæ ſunt amantis & poſtea ea quæ uidentur odio habẽtis & crudelis. Affert autem ſimilitudinem ex nube niuea delata uento ex una regione in alteram/in qua poſtq̃ ninxerit liquefit ſtatim nix: utpote non ex cœlo illius regionis genita. ¶ Cerne prudens lector in hac ſimilitudine contrarios quidem effectus congelationis & liquefactionis, ſed unicam cauſam uentum ſc; in alienam regionẽ ducentem niuem. Deſcribit itaq; deum non mutatum ſed uno eodemq; ſtatuto tanq̃ portantem iobem (per quod cura ipſius ſignificatur) & facientem equitare iobem ſuper uentum: per quod proſperitas uniuerſa tanq̃ innixa uento ſignificat̃, & demum liquefacientem eundem: per quod totalis conſumptio eius uſq; ad mortem tanq̃ liqueſcentibus partibus uitalibus inſinuatur. ¶ Scio quia morti trades me: vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. Iuxta hebræū hr̃. Quia noui mortem facies reuerti me: ⁊ domum paratam omni viuo. Manifeſtat liquefactionem ultimo propoſitam/dum manifeſte explicat ſe noſſe plagam ſuam eſſe mortalem. Et in hoc deceptꝰ eſt: q̄n deus dederat poteſtatem dæmoni affligendi corpus iobis citra mortem: hoc eſt afflictiõem inducentem mortem. Nec mirum q̄ in hoc ſingulari facto deceptꝰ fuerit: uehementia.n. doloris/tanta macies tantuſq; fluxus ſanguinis putridi percuſſis uniuerſis partibus corporis, ſignà mortis erant. Et dicit ad mortem facies reuerti me: quia homo puluis eſt & in puluerem reuerſurus. Domus quoq; parata omni uiuenti/terra dicitur tanq̃ mater communis: hoc eſt principium ac locus humanæ gñationis.

¶ Verumtamen non ad cõſumptionem eoꝝ emittis manum tuam: ⁊ ſi corruerint ipſe ſaluabis. Iuxta hebræū hr̃. Tantum non in prece mittet manum: ſi in fractione ſua eis clamor. Manifeſtat quare deus ipſum clamantem non exaudiet/quod primo propoſuerat. & hoc eſt alterum quod ſupplet ad integrandam reſponſionem. primum.n. dixit ſupplicationes pro ſanitate ſua non eſſe exaudiendas: nunc autem explicat rationem communẽ, dicendo tantum non in prece mittet manum. reſpondet ſiquidem directe exhortatiõi ſociorum: reſpondet inquã per locum ab excæptione q̄ ſola ſupplicatio pro uita/non admittitur a deo a clamantibus tempore mortis. Hæc.n. excæptio ſignificatur dicendo. tantum nõ mittet deus manū/non extendet deus operationem, in prece/ad preces ſupplicantium: ſi in fractione ſua/qua franguntur ad mortem, fuerit eis clamor/ad deum. Et hæc excæptio directe cõfutat monitionem ſociorum. & innititur excæptio hæc ſuper ineuitabili morte. nullus.n. exauditur ad euitandum mortem quum tempus mortis aduenit. Intendit.n. iob dicere q̄ preces pro euitanda paupertate/pro euaſione alicuius periculi & ſimilibus, exaudiū tur a deo: preces autem pro euitanda morte nunq̃ exaudiuntur. iam.n. dixerat q̄ nouerat ſe reuerti ad mortem ex plaga ſua.

¶ Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat: ⁊ compatiebatur aīa mea pauperi. Iuxta hebræū hr̃. An non fleui ad durū diei: triſtata ē an-

ma mea ad misellum? Manifestat quod tertio proposuerat/ ūcȝ fleti: & respōdet ualde summarie sociorum exhortationi ꝙ conuertat̃ ad bona opera, nam socii sæpe hortati sunt eum tum ut rogaret deum tum ut uacaret bonis operibus/ & sic succederent ei prospera. Propterea siquidem iob postq̃ satisfecit integre quo ad supplicationes, satisfacit consequenter quo ad bona opera, summarie colligens bona opera erga alios sub uirtute misericordiæ/ dicens, an non fleui super durum diei? Et appellat̃ durus diei homo cui dies est durus/ uel quo ad uiuere (ut moriens in adolescentia seu iuuentute) uel quo ad successus bonos: ut est is qui uocatur infortunatus, utrisq; n. tempus ad instar duri non cedit: illis quo ad uiuere/ istis quo ad prosperari. Affirmat itaq; se fuisse misericordem/ & fuisse miseratum tam duros diei q̃ misellos: egenos scȝ & mendicos. ¶ Expectabam bona ⁊ venerunt mihi mala: præstolabar lucem ⁊ eruperunt tenebræ. Parui refert ꝙ hebraice hr̃. Quia bonum speraui ⁊ venit malum: ⁊ sperabo lucem ⁊ venit caligo. hoc est quia operabar sic ꝙ merito sperabam bonum & tamen uenit malum: & perseuerans in huiusmodi ratione spei/ expectans lumen occupatus sum a caligine. sociis, n. respondet de præsentis uitæ bono & malo/ prosperitate & aduersitate.

Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie. Iuxta hebræū hr̃. Viscera mea ferbuerunt ⁊ non siluerunt. Prosequitur afflictiones suas: & ex calore febrili consurgente ex plagis/ narrat uiscera sua (epar/ pulmonem &c.) feruere ad instar bullientium absq; silentio: hoc est continue. & ideo putabat se mori: febris, n. continua sæpe ducit ad mortem. Præuenerunt me dies afflictionis. Hinc habetur ꝙ iob non erat senex/ non ex senectute putabat se propinquum morti. si .n. senex fuisset, non dixisset præuenerunt me dies afflictionis/ loquens de febre ducente eum ad mortē: senectus. n. morbus est incurabilis & mortalis. ¶ Mœrēs incedebam sine furore: consurgens in turba clamabam. Iuxta hebræū hr̃. Obscurus iui in sine sole: surrexi in congregatione clamabo. Domesticorum crudelitatem erga ipsum iobem describit, narrando ꝙ in sine sole (hoc est in nocte) iui obscurus: hoc est sine lumine per aulam. Vnde autem sic ire contigerit/ declarat dicendo surrexi/ e lectulo, & clamabo in congregatione: hoc est domesticis in domo congregatis. Et futurum clamabo refertur ad præteritum surrexi. Narrat itaq; ꝙ uidens lucernam extinctā surrexit: & clamauit ad congregatos domesticos/ & nullo ueniente iuit nocte sine lumine. Nullum autem aduenientem describit subiungens. Frater fui draconibus: ⁊ socius filiabus struthionis. Domesticos mares appellat dracones/ & domesticas mulieres appellat filias struthionis: eo ꝙ istæ relinquebāt eum sicut struthio relinqt oua propria/ illi autem uenenosis uerbis tanq̃ dracones mordebant eum: & tamen ipse illis fratrem & istis socium se exhibuit. ¶ Cutis mea denigrata est super me. Pellē suam ex humoribus putridis denigratam narrat: & ossa sua aruisse subiungit iuxta hebræū. ⁊ os meum aruit plus siccitate. Hyperbole est. describit, n. ossa sua sicca plus q̃ sit ipsa siccitas/ ad insinuandum siccitatem magnam ualde. ¶ Versa est in luctū cithara mea: ⁊ organū meū in vocē flentiū. Parui refert ꝙ hebraice nō scribit̃ uersa ē/ sed scribit̃ & fuit: sensus, n. in idē redit. Et iuxta hebræū noiant̃ instrumēta musica duo: quorum alterum in luctū alterum in uocē flentiū fuisse narrat/ eo ꝙ uice instrumētorum musicorum oli ip̄m lætificātiū successerat luct⁹ & lamētatio similis flentib⁹.

PEpigi fedus cum oculis meis: ut nec cogitarem quidem de virgine. Iuxta hebræũ hr̃. Pepigi fedus in oculis meis: ⁊ quid intelligam super virgine. Contextus hebraicus sonat primo fœdus quod secum intra seipsum coram mentis suæ oculis iob pepigit. hic enim post narratam afflictionem incipit narrare innocentiam atq; mores rectos totius uitæ suæ: & inchoat a tempore quo habuit oculorum mentis usum integrum dicendo in oculis meis/ beneficio oculorũ meorum uidẽdo recta quæ agenda sunt & mala uitãda. Et deliberatum ac firmatum propositũ significat/ dicendo pepigi fœdus. intẽdit. n. narrare q̧ ab initio liberi arbitrii deliberauit fixo ac immobili proposito ad instar pangentis fœd⁹/ quod inuiolabile debet esse. ideo. n. pacta fiunt ut nõ liceat mutare. Quid autem tã firmiter deliberauerit quæue sit materia huius fœderis/ subiũgit distinguendo eam in duas partes. quarum prima supputat᷑ dicendo & quid i[illegible]igam super uirgine: pe[illegible]de a[illegible] dixisset tum quid intelligam super uirgine. subiungitur enim iterum & æquiualens ad tum. Significat autem per hæc uerba quorsum subiturus esset statũ cõiugalem: ita q̧ primum quod deliberasse se narrat/ fuit finis cum reliquis conditionib⁹ considerandis ad ducendum uirginem in cõiugem. Et per hoc declarat q̧ non libidinis sed prolis gratia intellexit ducendam esse uirginem. Prudenter itaq; & caste disposuisse se ad subeundum coniugium fuit prima pars fœderis. ⁋ Quam. n. partem haberet in me deus desuper: ⁊ hereditatem omnipotens de excelsis? Iuxta hebræũ hr̃. Et que pars eloha desuper: ⁊ hereditas saddai de excelsis. Altera fœderis pars narratur/ dicendo & quæ pars &c. hoc est tũ considerare quæ pars quæue hæreditas decernitur homini a deo iudice & omnipotente. Nomine autem partis & hæreditatis (ut etiam superius diximus) intelligitur tam pœna q̃ præmium/ quatenus debetur alicui iure tanq̃ pars eius tanq̃ hæreditas illius. Et significatur deliberasse se consideraturum tam pœnam q̃ præmium decretum a deo hominibus. Duo itaq; sub suo fœdere conclusit: alterum de rectitudine circa statum coniugalem / alterum de fine suorum operum: præmio sc3 in altera uita parato a deo iustis assequendo/ & pœna parata iniquis uitanda. Et per hæc duo uniuersam uitam suam compræhẽdit. nam ad primum caput reducuntur humanæ rationes: ad secundum autem diuinæ regulæ. ⁋ Nunquid non perditio est iniquo: ⁊ alienatio operantibus iniquitatem? Quãuis in textu hebraico nullum scribatur uerbum: uerissime tamen uerbum substantiuum subintelligitur / futuri tamen temporis. intendit. n. secundam partem sui fœderis manifestare esse rationi consonam atq; necessariam / ex eo q̧ iniquis erit in altera uita utraq; pœna: sc3 sensus & dãni. Et pœna quidem sensus significatur nomine fractionis seu contritionis/ loco cuius in uulgata æditione scribitur perditio. pœna uero damni significatur nomine alienationis, quia in alienatione a deo consistit pœna damni. ⁋ Nonne ipse cõsiderat vias meas: ⁊ cũctos gressus meos dinumerat? Iuxta hebræum sunt futuri temporis uerba: uidebit / numerabit. Post probationem ex futura uita/ affert probationem ad idem ex officio dei in præsenti uita q̧ perseuerat uidendo studia cuiuslibet singularis hominis & singulas cuiusq; actiones. ad insinuandum enim hoc dicit deum uidere uias ipsius iobis / & numerare gressus eius omnes.

Si ambulaui in vanitate: & festinauit in dolo pes meus. Rectius legit. An iui cum falsitate: & festinauit super dolum pes meus: quasi dicat minime. Manifestato fœdere inito secũ a principio/intendit manifestare consequenter executionem illius quo ad utranq; iustitiæ partem: vz declinare a malo & facere bonum. Et inchoans a uitatione mali/incipit a uitato interno dolo omniq; falsitate. Et apte describit se non iuisse cum falsitate. negando .n. societatem falsitatis in itinere/insinuat falsitatem non esse electam ab eo: negando autem pedem suum festinasse sup dolum/ manifestat q nec ex passione animi secutus est dolum. festinatio .n. pedis sequelam affectus quasi festinantis præoccupando electionem deliberatã significat. ¶ Appendat me in statera iusta: & sciat deus simplicitatem meam. Iuxta hebræũ hr. Ponderabit me in bilance iustitiæ: & cognoscet eloha puritatẽ meam. Quia solus deus est testis ueracis animi, ideo deum introducit iudicem ad instar ponderantis in bilance iustitiæ/& ponderando cognoscentis puritatem animi eius ab omni falsitate & dolo.

¶ Si declinauit gressus meus de via. Vitationem cupiditatis ac occupationis rei alienæ describit. & iuxta hebræum non repetitur ter coniunctio si in hac clausula ut in uulgata æditione: sed scribitur semel si declinauit gressus meus de uia/procul dubio recta. Et nomine gressus intellige studium. et si secutus est oculus meus cor meum. Iuxta hebræum hr. et post oculum meum iuit cor meum. hoc est & cor meum iuit capiendo post oculum meum: hoc est uisa. negat .n. se cupisse aliena pulchra & desiderabilia quæ uidit. et si manibus meis adhæsit macula. Iam dictũ est q in hebræo non repetitur si: & dictio interpretata macula anceps est ad maculam uel quicq;. Sensus tamen in idem redit: nam significatur rem alienam nullam fuisse occupatam ab eo. Ex tribus ergo partibus integratur huius conditionalis ãtecedens: vz ex corde/gressu (hoc est studio) & manu/hoc est opere. consequens autem subiungitur dicendo. Seram & alius comedat. Imprecatio est mali sibiipsi/satis clara. et progenies mea eradicetur. Iuxta hebræũ hr. et germina mea eradicabuntur. Consequenter ad sata comedenda ab alio/subiungit etiam imprecando q arbores ac uites suæ eradicentur.

¶ Si deceptum est cor meum super mulierem: et si ad ostium amici mei insidiatus sum. Iuxta hebræũ hr. Si inclinatum est cor meum super mulierem: & super ostium socii mei insidiatus sum. Vitasse se adulteriũ narrat/formando similiter conditionalem cũ execratiõe. cuius antecedens castũ cor & pudicas actiones assumit, dicendo si inclinatũ est cor meũ sup mulierem/quo ad cor: quo ad pudicitiam uero actionum/subiungendo & super ostium socii mei insidiatus sum: hoc est ad instar insidiantis me gessi erga uxorem proximi mei ad ingrediẽdum ad eã. ¶ Scortum alterius fit uxor mea: & super eam incuruentur alii. Sensus redditur/sed non metaphora: nam iuxta hebræum habetur. Molet alteri uxor mea: & super eam genuflectent alii. Adulterium uxoris imprecatur sibi/describendo illud ex parte mulieris ad instar molæ molentis alieno: ex parte uero uiri ex incuruatione super eam genuflectendo. Vbi aduerte q metaphora molæ describitur scortũ publicum, nam mola quatenus mola/suscipit semen non ad fœcunditatem ut terra sed

ad perditionem,quatenus molens aliis est mercenaria & parata cuicunq; deferenti gra-
num ad eam:quæ tres conditiones constituunt meretricem publicam. ¶ Hoc.n. ne-
fas est ꝛ iniquitas maxima. Iuxta hebræũ hr. Quia ipsum scel⁹: ꝛ ipsum
iniquitas iudicum. Exaggerat adulterii crimen tripliciter,tum secũdum seipsum,
quia non est simplex peccatum sed scelus,tum relatiue ad iustitiam humanæ curiæ, q
est iniquitas iudicum:hoc est a iudicibus punienda. tum relatiue ad consanguineos &
affines:quia est intolerabilis/subiũgendo. quia ignis ipsa/vsq; ad perditionẽ
vorabit. hoc est quia ipsa adulterii iniqtas est intolerabilis tanq; ignis uoratur⁹ usq;
ad consumptionem. et omnia eradicans germina. Iuxta hebræũ hr. et in om-
nibus frugibus meis eradicabitur. Altera est hæc imprecationis pars. im pre
catur siquidem sibi/& uxoris adulterium & eradicationem nouellarum frugum:hebrai
ca.n.dictio nouella agrorum germina sonat.

¶ Si contempsi subire iudicium cum seruo meo ꝛ ancilla mea / cum
disceptarent aduersum me. Legendum est. An abominabor iudiciũ ser-
ui mei ꝛ ancillæ meæ/litigantibus eis mecum:quasi dicat minime. Post decli
nationem ab iniusto/subiungit q̃ complexus est quæ iusta sunt:inchoans a iustitia in-
ter se & seruos & ancillas. Aduerte tamen q̃ non dicit an abominatus sum sed abomi-
nabor/ad insinuandum q̃ fuerat paratus ad subeundum iudicium cum seruis & ancil-
lis si litigassent cum eo:ac per hoc multo magis se paratum ad subeundum iudicium
cum quibuscunq; secum litigantibus manifestat. ¶ Quid.n. faciam cum sur-
rexerit ad iudicandum deus. Iuxta hebræũ hr. Et quid faciam quando
surget el: ꝛ quando visitabit quid respondebo ei: Rationem reddit subeũ-
di iudicium cum seruis & ancillis,eo q̃ agnoscit seipsum seruum relatiue ad el / hoc est
deum fortem,ac per hoc si ipse abominaretur iudicium seruorum, tolleret sibiipsi iudi
cium a deo/tolleret sibiipsi tum responsionem uisitanti per afflictiones deo/tum ope-
ra seu consilia ad iustificandum se:quoniam abominabilem me deo redderem abomi-
nando iudicium serui mei. Et hæc ratio magni momenti erat apud iobem/qui iussus est
iustificare causam suam cum deo affligente ipsum. ¶ Nunquid non in vtero fe
cit me qui ꝛ illum operatus est:ꝛ formauit me in vulua vnus: Interp̃s
mutauit pronominis numerum:legẽdum esset. et formauit nos in vulua vn⁹:
Altera adiungitur ratio ad idem/ex unitate creatoris animæ & formatoris corporis cũ
paritate naturalis loci ac per hoc parentis:ut hinc describeretur paritas naturæ in ho-
mine domino & in homine seruo/& ex identitate naturæ intelligeremus non esse abomi
nandum iudicium cum seruis.

¶ Si negaui quod volebant pauperibus: ꝛ oculos viduæ expectare
feci. Iuxta hebræũ hr. An prohibebo a voluntate pauperes: ꝛ oculos vi
duæ consumam:quasi dicat minime. Et futuri temporis uerba referuntur ad subin-
tellecta præterita petitionum pauperum & uiduarum. Prohibentur autem pauperes a
uoluntate petendi,quando dissimulamus audire/quando nihil respondemus petenti-
bus:ex hoc.n.non redeunt ad petendum. consumere quoq; oculos uiduæ , est dare bo-
na uerba uiduæ & non succurrere illi:ex hoc.n.tanq; suspiciendo iugiter & inaniter/con
sumptionem oculorum incurrit. ¶ Si comedi buccellam meam solus: ꝛ non

comedit

comedit pupillus ex ea. Iuxta hebræũ hr̃. Et comedã panem meũ solus ego: ꝛ nõ comedit pupillus ex eo: Prosequitur eãdem clausulam: & cõmunionẽ panis (hoc est cibi sui) ad miserabiles personas/ sub noie pupilli describit. ¶ Quia ab infantia creuit mecum miseratio: ꝛ de vtero matris mee egressa ẽ mecũ. Iuxta hebræũ hr̃. Quia a pueritiis meis grãdiuit me tanq̃ȝ pater: ꝛ de vtero matris mee ducam eam. Nulla uirtus nominatur: ea forte rõne qa pluribus nominibus (diuersis respectibus) nominatur uirtus qua benefici sumus miserabilibus personis. relatiue. n. ad inopiam quæ subleuatur/appellat̃ misericordia: relatiue uero ad spõtanæã collationẽ boni/appellat̃ benignitas: relatiue aũt ad ratiõem utriusq; / appellatur humanitas. ¶ De huiusmodi itaq; uirtute dicit duo. Alterum ex utero matris meæ ducam eam: hoc est congenitam mecum in materno utero / egrediẽs inde ducam eam. futurum. n. ducam refertur ad præteritum subintellectum cõgenerationis in utero. Et per hoc insinuat q̃ habuit hanc uirtutem tanq̃ȝ inditam naturaliter. qđ uerificari facile patet ex eo q̃ nascuntur homines inclinati ad hanc uel illam uirtutem moralem/ad hãc uel illã artem/ad hoc uel illud uitium: quod ex cœlo & ex complexione fieri philosophi tradunt. Alterum tanq̃ȝ pater grandiuit me a pueritiis meis. Pater grandem quo ad corpus quidem alendo/quo ad animã uero instruendo facit filiũ a pueritiis ei⁹. hebræi. n. pueritias appellant multas ætates primas: infantiã ỹcȝ pueritiã & adolescentiam. Officium itaq; instructoris atq; instinctoris exercuisse uirtutem hanc in eo ab ineunte ætate manifestat. agebat̃. n. intus frequentibus instinctib⁹ ad opera misericordiæ/etiam quum infans seu puer esset.

¶ Si despexi prætereuntem eo q̃ non habuerit indumentum: ꝛ absq; operimento pauperem. Iuxta hebræũ hr̃. An videbo pereuntem a fine indumento: ꝛ non operimentum misello: quasi dicat minime. Operibus misericordiæ alendo/adiungit opera misericordiæ uestiendo miserabiles p̃sonas: quas describit pereuntes, eo q̃ carerent uestitu & quocunq; operimento. Et dicit an uidebo/ ad insinuandum q̃ postq̃ȝ uidit non perseuerauit uidendo/sed statim prouidit de operimẽto. Vnde & subiũgit. An non benedixerunt mihi lũbi ei⁹: ꝛ de vellere agnorum meorum calefiet: Sententia clara est.

¶ Si leuaui super pupillũ manũ meã. Manifestata sua uirtute in operationibus iustitiæ & misericordiæ, manifestat cõsequẽter uirtutes suas in affectib⁹ seu passionibus ai (ira/spe/delectatione/metu/tristitia &c.) incipiendo a cohibitiõe iræ erga easdem miserabiles p̃sonas/formando cõditionalẽ cũ magna execratione dicens. si eleuaui manũ meã/hoc est si cõminat⁹ sum, orphano/hoc est cuicũq; miserabili p̃sonæ. quia videbo in porta auxilium meũ. hoc est cõfisus in auxilio optimatũ qui in porta sedere solẽt: hoc est cõfisus in authoritate mea. ¶ Humer⁹ meus a iunctura sua cadat. Iuxta hebræũ hr̃. Latus meum ab humero suo cadet. Ecce p̃ma pars imprecationis. imprecatur enim sibiipsi q̃ latus suum decidat ab humero suo. diuiso homine toto in partes quattuor/illa pars quæ sub humero pendet appellatur latus. Et ad integrandum imprecationem totius quartæ partis dextræ subiungit. et brachium meum ex canna sua frangetur. hoc est & brachium meum ex integro frangatur. Vide q̃ apte impẽcatur ex peccato manus dextræ ruinã toti⁹ quartæ partis dextræ: hinc in fractura brachii/& inde in casu lateris. ¶ Semp. n. q̃si tumẽtes sup

me fluctꝰ timui deũ: ⁊ pondꝰ eiꝰ ferre nõ potui. Iuxta hebræũ hr̃. Quia timor ad me contritio el: ⁊ celsitudinẽ eius non potero. Respõsionem red dit quare non iratus est aliis confisus in magnitudine suæ authoritatis/ex parte timoris dei: qa semp timuit irã dei fortis/sciẽs ꝙ nõ poterit resistere cælsitudini diuiæ potẽtiæ. ¶ Si putaui aurũ robur meum. Iuxta hebræũ hr̃. An posui auꝝ spẽ meã: et obrizo dixi fiducia mea: quasi dicat minime. Post iram prosegtur spem: mani festans affectũ suum moderatum circa auꝝ/in quo confidere solent hoies. ¶ Si letatus sum super multis diuitiis meis: ⁊ quia plurima repperit manus mea. Legendũ est. An gaudebo quia multa uis mea: ⁊ quia multũ inuenit manꝰ mea: quasi dicat minime. Moderamen est delectationis ob multitudinẽ uirium suarum ex multitudine seruorum & famuloꝝ: & similiter ob multitudinem rerũ/fructus scꝫ agroꝝ gregum & armentoꝝ quæ ad manum in promptu inuenit. ¶ Si vidi solem cum fulgeret/⁊ lunam incedentẽ clare. Et letatum est in abscondito cor meũ: ⁊ osculatꝰ sum manũ meã ore meo. Iuxta hebræũ hr̃. An videbo lucẽ ꝙ lucebit: ⁊ lunam preciosam euntem. Et incitatum est in abscondito cor meũ: ⁊ osculatũ est manũ meã os meũ: quasi dicat minime. Alienos ab animo suo etiam primos motus superstitionis manifestat/inducendo quandam superstitionis speciem colentiũ solem & lunam: qui quum uiderent solem lucere (hoc est mane oriri lucentem/ad differentiam solis orientis interpositis nubibus) & similiter uisa luna preciosa (hoc est luna splendente & oriente in crepusculo noctis) & animo uenerabantur & exteriori cærimonia manum admouebant ori osculandam. sic.n. sonat hebraica litera. Appellatur autem plena luna præciosa, eo ꝙ quum plena est magni æstimabatur. Erat itaqꝫ superstitio tam matutina ꝗ uespertina erga duo luminaria magna. ¶ Que ẽ iniqtas maxima. Iuxta hebræũ hr̃. Etiã hoc iniquitas iudicis. Quia de adulterio dixerat ꝙ est iniqtas iudicũ, ideo copulando hãc illi/dicit ẽt hoc est iniquitas iudicis: hoc est ab humano iudice punienda. Et rõnem subiũgit. quia mẽtitus sum ad el desuper. hoc est qa cõmittendo huiusmodi superstitionẽ mentitꝰ essem deo forti super omnia. Et appellatur peccare in deũ mẽtiri deo: eo ꝙ contrarium eius quod hõ debet deo reddit ei/ eo ꝙ contrarium eiꝰ qđ inditũ mẽti hois est reddit deo. inditũ est.n. humanæ menti ut deũ fortẽ sup oĩa existẽtem ueneret̃ super oĩa, cuius contrariũ facit diuinũ honorem exhibens alteri. Et ex hac lr̃a habet̃ ꝙ in ciuitate illa ꝓhibita erat idolatria sub pœna mortis/& solꝰ deꝰ colebat̃: alioqn nõ dixisset iob etiã hoc est iniquitas iudicis qa mentitꝰ sum ad el desuper. ¶ Si gauisus sum ad ruinã eiꝰ q me oderat: ⁊ exultaui ꝙ iuenisset eũ malũ. Iuxta hebræũ hr̃. An letatꝰ sum in fractiõe osoris mei: ⁊ me moui qa iuenit eũ malũ: quasi dicat minime. Nõ sat fuit mãifestasse moderamẽ delectatiõis in copia bonoꝝ: sed adiũxit nũc nullã lætitiã ex morte osoris sui/ & nullũ motũ aduersus eũdem multitudine maloꝝ oppressum. ¶ Nõ.n. dedi ad peccandũ guttur meũ: vt expeterẽ maledicẽs aiam eiꝰ. Iuxta hebræũ hr̃. Et non dedi ad peccandũ palatũ meũ: petẽdo in execratiõe aiam eiꝰ. Hebraico more ꝑponũt̃ maiora minoribꝰ. minꝰ.n. ẽ uitare peccatũ imꝑcãdi malũ osori/ꝗ nõ lætari in ruia illiꝰ nec moueri in malis eiusdẽ. ¶ Si nõ dixerũt viri tabernaculi mei: qs det de carnibꝰ eiꝰ vt saturemur. Iuxta hebræũ hr̃. Ait nõ dixerũt viri ta

torii mei: qs dabit de carne ei⁹? nō saturabimur. Pronomen ei⁹ demōstrat osorē iobis: cōstantiā siquidē suā manifestat iob/in hoc q̄ nō se mouit auditis malis osoris sui, commendat.n.suam cōstantiā ex hoc q̄ habuit uiros tabernaculi sui impellētes eū ut moueret se aduersus osorē: dicēdo qs dabit de carne osoris (hoc ē utinā cōcederetur nobis facultas comedendi eum) etenim nō saturabimur/non quiescemus si detur nobis licentia aggrediendi eum. ¶ Foris non mansit peregrinus: ostium meum viatori patuit. Iuxta hebræum habetur. Foris non dormiet peregrinus: ostia mea viatori aperiā. Interna solicitudo ipsius iobis erga hospitalitatem/inter animi ei⁹ dotes supputatur: narrando de seipso aperui non ostiū sed ostia uiatori, nō permittendo peregrinū dormire absq̄ hospitio.

¶ Si abscōdi quasi hō peccatum meū: & celaui in sinu meo iniquitatē meam. Iuxta hebræū hr. An operui tanq̄ hominē rebelliones meas: ad abscōdendum in abscondito meo iniquitatē meam? Hæc clausula p̄ēdet ex subiunctis/nec habet sensum suū absq̄ subiunctis: & p̄pterea tota lr̄a afferenda est. Si expaui ad multitudinē nimiam/& despectio propinquorū terruit me: & nō magis tacui nec egressus sum ostium. Iuxta hebræū hr. Quia frangam multitudinē magnam/ & vilipensio familiarum terrebit me: & tacui/non egrediar ostiū. Post moderamen tot passionū animi describit moderamē timoris/immo negatiōem mali timoris. Et qm̄ timor malus nascit̄ ex propria culpa, ideo iob manifestat se fuisse intrepidum: hoc est nunq̄ metuisse ab aliquo propter iniquitatem aliquā ipsi⁹ iobis/qa nunq̄ offenderat aliquem. Et se nō offendisse aliquē manifestat in duobus. primo qa nunq̄ fuit fracturus multitudinem magnā: secundo quia nūq̄ uilipendit familias/hoc est cognatiōem seu gentē aliquā. dictio.n. hebraica interp̄tata familiaꝝ/sonat gentes: eo sensu quo dicimus gentē flauiā/gentem æmiliam/gētem fabiā &c. Et hinc colligitur q̄ de aīo suo intrepido in officiis publicis loq̄tur. tractare.n. aliqd offendens multitudinem populi uel cognatiōes multas/publicæ est personæ. Securitatem aūt suā describit/in hoc q̄ non oportuit ipsum occultare peccatū ex contemptu seu peccatū studiose cōmissum quēadmodū oportet occultare hoiem criminosum/occultare aūt tacendo & nō egrediendo ostiū dom⁹. Nō est itaq̄ sensus q̄ iob commissa crimina nō occultauerit (qm̄ iob aperte dixit in cap. 27. se nūq̄ cōmisisse aliquid uituperabile) sed est sensus q̄ nō oportuit unq̄ occultare rebelliones aut iniqtatem/hoc est peccata ex contēptu aut studiose cōmissa (utpote nunq̄ cōmissa) sicut oportet occultare hoiem metuentem interfici aut capi. Nō oportet inquā me occultare peccata eo q̄ cōmiserim hæc duo: vz quia frangam (hoc est quia fracturus eram) multitudinem magnam/hoc est plebem: aut quia uilipensio familiarum attētanda a me terrebit me ex cōmotione familiaꝝ aduersum me: & propterea oportuit me cum silentio domi cōtinere, ne egressus/a plebe uel a familiis male tractarer.

QVis mihi tribuat auditorē. Legendū est, audientē me. In calce toti⁹ sui sermōis ad socios cupit iob habere uiꝝ eruditū audientē ipsum: quorsū aūt subiūgit. Vt desideriū meū audiat oipotens/& librū scribat ipse qui iudicat. Iuxta hebræū hr. ecce signū meū saddai testificabitur mihi/ & liber scripsit vir litis meæ. Ad hoc cupio hr̄e uiꝝ audientem me, ut nūc qm̄ in promptu

adeſt omnipotens ad ſubſcribendũ/liber quẽ ſcripſiſſet uir de lite mea teſtificaret mihi ſubſcriptus ab omnipotente. Hic eſt ſenſus german9: ordo autem literæ eſt, ecce ſignũ meum/hoc eſt ſignator meus ſubſcribendo,eſt ſaddai/deus,omnia uincens:& liber litis meæ/diſputationis meæ,quem ſcripſit uir teſtificabitur mihi/tanꝗ ſubſcriptus ab omnipotente Præteritum ſcripſit/reſpicit futurum teſtiſicabit:pri9.n.ſcribitur liber & deinde teſtificat. ¶ **Et in humero meo portem illum: & circundem illũ quaſi coronam mihi.** Iuxta hebræũ hr. **An non ſuper humerum meum portabo eum: ligabo eum coronas mihi.** Pronomen eum/demonſtrat librum a uiro ſcriptum & ab omnipotente ſubſcriptum, pollicetur enim ſibiipſi ꝙ liber ille uictoriam ipſius in hac cum ſociis lite manifeſtaret tum abſentibus tum poſteris,& propterea affirmat ꝙ liber ille dignus eſſet ut ueheretur ab ipſo iobe ſuper humerum proprium/& ut ligaretur ſeruandus ad coronas ſibi:hoc eſt ad inſigna uictoriæ ſuæ. ¶ **Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum.** Iuxta hebræũ hr. **Numerum greſſuum meorum annunciabo illi.** Pronomen illi demonſtrat uirum audientem ad ſcribendum librum, integram.n.ueritatem affectuum & operum ſuorum annunciaturũ ſe illi promittit/ut libro nihil deſit. **et quaſi principi offeram eum.** Iuxta hebræũ hr. **tanq̃ ducem faciam appropinquare eum.** Pronomen eum/eundem ſcriptorem demonſtrat, promittit.n.ſe honoraturum uirum illum tanꝗ ducem/deſcribendo ꝙ faciet eum appropinquare quo ad loca & ſedendo & gradiendo tanꝗ ducem. Et dicit hæc ad inſinuandum magnitudinem deſiderii ſui / ut reddantur merita litis ſuæ publica coram uniuerſo humano genere. Et uidemus adimpletum eſſe hoc iobis deſideriũ:qm̃ liber iſte ſcriptus eſt a moyſe & ſubſcript9 a deo:qa canõic9 ẽ tã apud hebræos ꝗ chriſtianos. Et hic ſecundũ ueritatẽ terminant uerba diſputationis iobis cũ ſociis.

¶ **Si aduerſum me terra mea clamat: & cum ipſa ſulci eius deflent:** Parui refert ꝙ hebraice ſcribuntur uerba futuri temporis: clamabit/flebunt. Deinde immediate iuxta hebræum ſubiungitur. **Si virtutem eius comedi abſq; argento: & animam herorum eius contriſtaui. Pro frumento egrediatur ſpina/& pro hordeo tribulus.** Ipſa diſcretio manifeſtat ꝙ primum loquitur de agris propriis/deinde de agris alienis:nam in prima ſententia dicit terra mea/ in ſecunda aũt dicit animã heroꝝ eius. Format itaq; duas conditionales cum uno conſequente, & eſt ſenſus ꝙ ſi retinuit mercedem debitam operariis agrorum ipſius iobis / & ſimiliter ſi non ſoluit quæ comedit producta in agris aliorum,eueniat ei hoc malum ꝙ pro tritico oriatur ſpina & pro hordeo tribulus. Deſcribitur autem terra eius clamans cum ſulcis flentibus/ſignificando operarios laborantes in terra & ſulcis eius. Virtutẽ quoq; terræ appellat fructus terræ. **terminata ſunt verba iiob.** Hæc clauſula deficit in textu uulgatæ æditionis:& manifeſtat finitum eſſe ſermonem iobis ad ſocios. Vbi aduerte ꝙ author libri tranſpoſuit clauſulas ultimo ſcriptas: quoniam ſecũdum ordinem ſermonis iobis/prius dixit innocentiam ſuam erga agricolas & heros fructuum/& demum protulit deſiderium ſuum ut ſcriberetur liber diſputationis ſuæ,& in hoc terminauit ſermonem ſuum:ſed author libri quia poetice ſcripſit/exiſtimauit indecens ut perſonam lugubrem ꝗdiu perſeuerat afflictio/terminaret cum coronis:& ideo terminauit ſermonem iobis in execrationibus teſtibus innocentiæ.

OMiserunt autem tres viri isti respondere iiob. Finiuit iob sermonem suum,tacuerunt pariter & tres socii eius cum quibus tam longa fuit disputatio. eo ꝙ iustus sibi videretur. Iuxta hebraũ habetur. quia ipse iustus in oculis suis. Ratio silentii sociorum redditur ꝗa iob erat iustus in oculis propriis:hoc est quia uidebant ꝙ iob erat pertinax in iudicio propriæ iustitiæ/nec ullis argumentis aut suasionibus poterat persuaderi illi ꝙ pro peccatis suis esset afflictus a deo.reputabant.n.uanum fore respondere amplius. Et iratus indignatusq; ẽ elihu. Iuxta hebraũ hr̃. Et irat⁹ est furor elihu. Quart⁹ introducitur disputator aduersus iobem: qui ut subiuncta testant̃/interfuerat longæ disceptationi inter iobem & tres illius socios. Describit̃ aũt iste quartus furore commotus iræ/primum a nomine proprio elihu:deinde a patre. filii barach`el. deinde a patria buzites. deīde a gente. de cognatione ram. Et tanta diligentia ad describẽdũ sic istum/insinuat ꝙ non fuit persona ficta elihu sed uir in rerum natura. Iratus est aũt aduersum iiob:eo ꝙ iustum se esse diceret coram deo. Iuxta hebraũ hr̃. super eius iustificare animam suam ab elohim. Aduerte prudẽs lector ꝙ antiquus interpres sensum optime reddidit/quicquid dicant interpretes moderni. dictio siquidem hebraica sonans ab uel præ/exposita ab antiquo interprete coram,bene exposita est:quia hæc uerba sunt uerba authoris libri/reddentis rationem quare elihu iratus est contra iobem.certum est autem ꝙ iob nunq̄ iustificauit animam suam præ deo/sed ꝙ iustificauit animã suam a deo:hoc est iustitia approbata a deo/ut patet in cap. 13. & hoc ægre ferens elihu narratur iratus. Cerne differentiam. socii iobis tacuerunt/quia iob erat iustus in propriis oculis:elihu irascitur/quia iob dicit se iustum in oculis dei. Porro aduersum amicos eius indignatus est:eo ꝙ non inuenissent responsionem rationabilem/sed tantummodo condemnassent iiob. Iuxta hebræum habetur. Et in tres socios eius iratus est furor eius: super quo non inuenerunt responsionem/ & fecerunt impium iiob. Dictio interpretata fecerunt impium/sonat (si dici liceret) impiauerunt:& ut subiuncta testantur/subintelligitur negatio repetenda. Ita ꝙ sensus est/super eo ꝙ non inuenerunt respõsionem & non fecerunt impium iobem. Duo defectus attribuuntur sociis iobis. alter ꝙ non inuenerunt quid respoderent iobi:alter expositiuus prioris ꝙ non præualuerunt ad demonstrandum ꝙ iob esset impius/ꝙ iob ꝓpter iniqtatem suã esset percussus.

ET elihu expectauit iiobem loquẽtem:eo ꝙ seniores essent qui loquebantur. Cum autem vidisset ꝙ tres respondere non potuissent. Iuxta hebræum hr̃. ꝙ non responsio in ore trium virorum. Nõ dicitur ꝙ uidit impotentiam respondendi/sed ꝙ uidit non esse respõsionem in ore eorum: hoc est uidit eos finisse responsiones suas. et iratus est furor eius. Respondītq;. non requisitus, elihu filius barach`el buzites, & dixit: iunior sum tẽpore & vos decrepiti, idcirco demisso capite verit⁹ sum vobis indicare meã sententiã. Iuxta hebraũ hr̃. idcirco expaui & timui ãnunciare vobis scire meũ. Sñia est clara. ¶ Sperabã.n. Iuxta hebraũ hr̃. Dixi. proculdubio in corde meo. ꝙ etas prolixior loqueretur: & ãnorum multitudo doceret sapientiã. Duo attribuit tempori. Alterum ꝙ dat sermonem/dicendo dies loquentur: quo

contra/iuuentutem decet silere. Alterum quod largitur sapientiam/ dicendo & multitudo annorum faciēt scire sapiētiā. in breui siquidē tēpore acqrere sapientiā/ ualde difficile et rarissimum est. Sed vt video spiritus est in hominibus: & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Parui refert q̄ hebraice habetur. Profecto spiritus ipse in homine: & flatus saddai faciet intelligere eos. Tribuenda interno spiritui magis q̄ tempori sapientia affirmatur. Appellat autem spiritū/ mentem eleuatam supra crassitudinem corporeorum sensuū/tanq̄ spiritum in corpore: & per flatum omnipotentis intelligit eandem mentem quatenus est a deo tanq̄ flatus eius: hoc est tanq̄ ab intimis dei prodiens/sicut flat⁹ noster ab intimis nostris. Et ueri ficatur metaphora/pro quanto mens nostra facta est similis deo in summo uiuētium gradu in quo formaliter uiuit deus: hoc est in gradu intellectuali. Nec a ueritate discrepat hæc elihu sn̄tia: qm̄ longe plus cōfert ad sapere internæ mētis spiritualitas q̄ multitudo annorum. Nō sunt longeui sapientes: nec senes intelligūt iudiciū. Iuxta hebræū hr̄. Non magni sapient: & senes intelligent iudicium. Negatio in principio huius clausulæ/repetenda in secunda particula eius subintelligit̄. est. n. sensus non magni sapient/ & non senes intelligent iudicium: hoc est non magnitudo dat sapere/nec senectus dat intelligere iudicium. Et est sermo de magnitudine authoritatis & iudicio iustitiæ. & uerum dicit consequenter ad præmissa. Ideo dico: audite me/ostēdam vobis etiam ego meam scientiam. Hebraice hr̄. Ideo dixi: audi me/annunciabo scire meum etiam ego. Concludit ex insufficiētia eorum dixisse se fore audiendum/manifestaturum scire suum.

¶ Ecce expectaui. Quare sit audiendus, rōnem reddit primū ex eorum insufficientia cognita/cognitā aūt expectatiōe pfecta: quā expectationē pfectā manifestat ex multis conditionib⁹ seruatis ab eo. Ipsam itaq̄ expectationē ꝓponit dicendo ecce expectaui. ad sermones vestros auscultabo. Sic legendum est. Primo narrat q̄ expectauit, deinde modum expectandi: ſcʒ auscultando sermones eorum/ & nō dormiendo aut mente uaga. Vulgata autem æditio diuidit & mutilat: nam iuxta hebræum immediate subiungitur. vsq; ad intelligentias vestras/ vsq; ad exquirendum verba/ & vsq; vos intelligam. Auscultasse testatur perfecte, tum quo ad rationes quas iuxta suas intelligentias attulerant/tum quo ad uerba exquisita ad explicandas suas sententias/tum quo ad ipsius elihu intelligentiam tam rationum q̄ uerborū quæ dixerant. Complete itaq̄ expectauit/qui usq; ad terminum horum trium auscultauit. Sed vt video non est qui possit arguere iob: & respondere ex vobis sermonibus eius. Iuxta hebræū hr̄. Et ecce non iobem arguens: respōdens dictis eius ex vobis. Omnibus auditis ac intellectis/concludit apparere palam q̄ nullus eorum perseuerauit arguens iobem/nullus eorum perseuerauit respondens dictis iobis. ad manifestandum siquidem eorum insufficientiam/hoc dicit. Et utitur participiis præsentis temporis cum demonstratiuo aduerbio/ad insinuādum eorum perseuerantem insufficientiam ad respondendum iobi & arguēdū eum iniquitatis. Ne forte dicatis: inuenimus sapientiam/deus proiecit eū non homo. Iuxta hebræū hr̄. Ne quando dicetis: inuenimus sapiētiam/el impellet eum non vir. Nititur excludere quam uidebat excusatiōem tacite afferri ab

istis tribus sociis iobis. Et consistit excusatio insufficientiæ in hoc sermone. nos quidem inuenimus sapiētiam sufficientem ad respondendum iobi & arguendum cum iniquitatis/ sed ipse iob est tam pertinax & immobilis ut nullus uir sed solus el (hoc est deus fortis) impellet eum: hoc est mouebit eum de loco suo/ mouebit eum a sensu proprio. Et uere (ut author libri in principio huius capituli innuit) hæc fuit ratio quare omiserunt respondere iobi socii eius. Et quia hæc tacendi ratio aduersabatur rationi qua elihu mouebatur ad loquendum/ ideo nititur confutare eam. elihu. n. mouebatur (ut ipse dicit) ad loquendum ex insufficientia eorum qui locuti fuerant: hæc autem ratio tacendi excusat insufficientiam/ accusando immobilitatem iobis. Ait itaq; ideo dixi hæc omnia de insufficientia uestra, ne quando dicatis pro ratiōe silentii uestri nos inuenimus sapiētiam sufficientem sed ipse iob est ita immobilis q; non uir sed el impellet eū: hoc est mouebit eum. impellens. n. mouet impulsum de loco eius. ¶ Nihil locutus est mihi: et ego nō secūdū sermones vestros respondebo illi. Iuxta hebræū hr. Et non ordinauit ad me verba: & in dictis vestris non respondebo illi. Ad confutandum illam particulam uir non mouebit eum/ dicit q; iob non direxit uerba sua ad ipsum elihu: hoc est adhuc non disputauit mecum/ qui non sum responsurus ei secundum dicta uestra. arguit siquidem eos arrogantiæ, q; id quod ipsi nequerūt efficere/ dicant nō posse fieri a uiro ullo/ quum ipse elihu esset præsens. ¶ Extimuerūt nec responderunt vltra: abstuleruntq; a se eloquia.

¶ Quoniam igitur expectaui & non sunt locuti, steterunt nec responderunt vltra: respondebo & ego partem meam/ & ostendam scientiam meam. Iuxta hebræum habetur. Fracti sunt/ non responderunt adhuc: recesserunt ab eis verba. Et expectabo quia non loquentur: quia steterunt/ non responderunt adhuc. Respondebo etiam ego partem meā: annūciabo scire meum etiam ego. Sic distinguēda est litera hæc, in qua elihu nititur probare q; ex insufficientia illi tres iobis socii tacuerunt. ad hoc. n. dicit fracti sunt animo, & propterea non responderunt adhuc. i. ultra. Et subiungit ad idem recesserūt ab eis uerba & ego expectabo. accusat eos & q; intus fracti sunt animo/ & q; extra amiserunt eloquium/ & q; ipse tamen expectauit ut redirent ad seipsos & recuperarent eloquium. Et dicit hoc de illis in tertia persona/ apostrophando ad circunstantes. Et futurum expectabo refertur ad præterita fracti sunt/ recesserunt. ¶ Et tu prudens lector si hæc contuleris cum principio huius capituli, arbitraberis q; elihu imponit hæc tribus illis iobis sociis: nec mirum/ quia passionibus iræ & propriæ gloriæ agebatur. Et arrogat sibi necessitatem loquendi ex insufficientia illorum: propter quod subiungit quia expectati non loquentur/ quia steterunt (hoc est non prosecuti sunt) nec responderunt ultra, ideo respondebo etiam ego partem meam (hoc est quod iure nō præsumptiōe respondendum est a me) & annūciabo scire meum etiam ego. in quo cupiditas gloriæ notatur. ¶ Plenus sum. n. sermonibus. Altera ratio loquendi affertur. prius. n. conatus est monstrare necessitatem loquendi ex insufficientia aliorum: nūc aperit necessitatem loquendi ex plenitudine suæ scientiæ. Describit autem mentem suam in forma uētris pleni uerbis cum impulsu interno ad propellendum uerba extra. subiungit. n. de tali impulsu, et coarctat me spiritus vteri mei. Rectius legeretur. angustauit

me spiritus vteri mei. Experimur pleno utero uentum internum angustare hominem: eo q non habeat quo propellat contenta in uentre/uno nō cedente alteri propter plenitudinem. iuxta hanc metaphoram describit se plenum sermonibus & impulsum animi sui ad propellendum concepta uerba angustare ipsum. ¶ En venter meus quasi mustum absq; spiraculo. Sensus recte redditur. Parabolā parabola declarat: mentem suam quasi uentrem plenum cum impulsu/declarat ad instar utris pleni musto absq; spiraculo. subiungitur. n. quod lagunculas nouas dirumpit. Iuxta hebræum hr. sicut vtres noui scindetur. Et est sensus q quantūcunq; utres sint noui/sequetur scissio nullo existente spiraculo. intendit. n. per hoc aperire q cogitur loq. Et propterea prosequendo parabolam/subiūgit. Loquar ⁊ respirabo paululū. Iuxta hebræū hr. Loquar ⁊ dilatabitur mihi. loquendo. n. latior locus datur cōceptis uerbis, quemadmodum aperiendo utrem latior datur locus contentis in utre. propter quod consequenter dicit. aperiam labia mea ⁊ respondebo. hoc est nō loquar impertinentia/sed spectantia ad respondendum iobi.

¶ Non accipiam personam viri: ⁊ deum homini non equabo. Iuxta hebræū hr. Non nunc eleuabo faciem viri: ⁊ hominē non nominabo. Puritatem intentionis atq; sermonis sui futuri manifestat: puritatem autem seu mundiciam a uitio acceptionis personarum/a uitio humani respectus quo nō ad causam sed ad personam spectatur, quod frequentissimum est inter homines, huiusmodi uitium describit ab actionibus duabus: altera est eleuare faciem uiri/ altera nominare hominem. Et prima quidem sonat eleuare non merita causæ sed faciem uiri: hoc est præferre personam meritis causæ. Altera autem sonat laudare hominem. nomen. n. ad famā & laudem spectat: hoc est præferre nomen hominis ueritati/præferre famam ac gloriam hominis meritis causæ. utrūq; pollicetur se euitaturum. ¶ Nescio. n. q̄zdiu subsistā: et si post modicum tollat me factor meus. Iuxta hebræū hr. Quia nesciui nominabo: sicut parum/comburet me factor meus. hoc est quia nesciui si nominabo hominem, paulo post combustiōis pœna cōsumar a deo factore meo. timoris autem tanti ratio est: quia in dei iniuriam redundare putat iustificationem iobis/nomen iusti in iobe percusso a deo & non pœnitente sed dicente se iustum.

CAPVT. XXXIII.



Audi igitur. Iuxta hebræū hr. Et nihilominus audi nūc iiob eloquia mea: et omnia verba mea ausculta. Hactenus allocutus est communiter iobem socios & astantes: nunc directe dirigit sermonem ad iobem, rogans eum ut nunc non obstante q non uult nominare hominem/patienter audiat & auscultet uerba sua non quædam sed omnia. Et rationem subiungit. Ecce nunc aperui os meum: locuta est lingua mea in palato meo. perinde ac dixisset/quia nunc incipio loqui post diuturnum silentium. ¶ Simplici corde meo sermones mei: ⁊ sententiam labia mea puram loquentur. Iuxta hebræū hr. Rectitudo cordis mei dicta mea: ⁊ scire labiorum meorum electū loquar. Contra illos ma-

las conditiones loquutionis promittit duas uirtutes in sermone suo: contra malignitatẽ rectitudinem cordis/& contra passiones seu perturbationes animi electum scire. pollicetur.n.q̃ dicta sua prodibunt ex rectitudine cordis/& q̃ loquetur non irrisoria sed scientiam electam: hoc est diu meditatam/& cum maturo consilio electam ad proferẽdum. Et dicit hæc ne iob putet q̃ ipse imitaturus sit iobis socios/qui & irriserant iobẽ & criminati fuerant eum. Spiritus dei fecit me: & spiraculum omnipotentis viuificauit me. Iuxta hebraũ hř. Spirit⁹ el fecit me: & flatus saddai viuicabit me. Rationem reddit suæ scientiæ & integritatis: quia cõmunes quidem homines fecit el/me autem fecit spiritus el (idest dei fortis) ac per hoc sum similis spiritui dei/sum unus illorum de quib⁹ paulo ãte dixi spiritus est in homine & flatus omnipotentis facit eos intelligẽre. propterea.n. addit & flatus saddai uiuificabit me. Futurum uiuificabit respicit præteritum fecit. & est sensus q̃ iugiter uiuificor flatu omnipotẽtis: hoc est prodeuntibus ex intimis uincentis omnia.i. arcanis mysteriis dei uiuificor iugiter. Si potes. Legendum est. Si poteris responde mihi. Quia iob dixerat se alloqui deum & cupere respondere deo/ semoto tamen terrore, ideo elihu assumens personam dei inuitat iobem ad respondendum: si tamen ualebit respondere. ad hoc.n. spectat tota ista clausula quæ hinc incipit. et aduersus faciem meam consiste. Iuxta hebraũ hř. ordina coram me/sta. hoc est dispone teipsum ac tuos sermones coram me,& ne diuertas sed sta audiens me & respondens mihi. Ecce & me sicut & te fecit deus. Iuxta hebraum habeť. Ecce ego/sicut os tuum ad el. Et est sensus/ecce ego in persona dei sicut os tuum loquutum est, quæsierat.n. iob disputare cum deo. et de eodem luto ego quoq̃ formatus sum. Iuxta hebraũ hř. de luto formatus sum etiam ego. Verba hæc referri possunt ad præcedentem sententiam: ut sit sensus/ecce ego in fauorem dei q̃uis de luto sim formatus. Rectius tamen referuntur ad subiuncta: ut sit sensus. de luto formatus sum & ego sicut & tu/& propterea palam excluditur ratio terroris. Verũtamen miraculum meum non te terreat: & eloquentia mea non sit tibi grauis. Iuxta hebraũ hř. Ecce formido mea non terrebit te: & manus mea super te non aggrauabit. Quia pluries dixerat iob se cupere agere causam suam cum deo/seruatis his duabus conditionibus (yc3 q̃ formido dei non terreat eum et manus dei non aggrauetur super eum) ideo elihu loquuturus pro deo, dicit q̃ quia ipse est formatus de luto/excluditur manifeste a iobe terror & manus aggrauatio: ac per hoc si potest respondeat. Et hic finitur procemium elihu.

Dixisti ergo in aurib⁹ meis: & vocem verborum tuorum audiui. Iuxta hebraũ hř. Tantum dixisti in auribus meis: & vocem verborum audiam. Futurum audiam refertur ad præteritum dixisti: & est sensus q̃ subiuncta hæc & non alia a iobe dicta/intendit arguere. eligit siquidem & determinat materiã sui sermonis ex dictis a iobe uoce propria ipsius iobis/audiente ipso elihu auribus propriis. Et hebraico more pronomen subintelligitur cum relatiuo: tantum dixisti / hoc est tantum hæc quæ dixisti. Mundus sum ego & absq̃ delicto imaculatus: & non est iniquitas in me. Iuxta hebraũ hř. Mundus ego / absq̃ scelere mundus ego: & non iniquitas mihi. Dictio interp̃tata scelere / significat pec

catum ex contemptu, quæ ſæpe interpretatur rebellio: dictio autem interpretata & hic
& frequentiſſime iniquitas/ſonat peccatum ſtudioſe patratum non tamen ex contem-
ptu. Refertur itaq; iobis mundicia ab utroq; peccati gñe/ad differentiam peccatorum
leuiũ quæ ex humana fragilitate uitari non poſſunt. ¶ **Quia querelas in me rep
perit: ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi.** Iuxta hebræũ hr̃. **Ecce occa-
ſiones ſuper me inueniet: reputabit me in inimicum ſibi.** Verba hæc ſo-
nant executionem ſententiæ illius/occaſiones quærit qui uult recedere ab amico. Et q̃q̃-
uis in cap. 13. iob dixerit quare faciem tuam abſcondes & reputabis me inimicum tibi,
nunq̃ tamen legitur dixiſſe q; deus occaſiones inuenit ſuper eum: ſed elihu aſſumpſiſſe
uidetur hanc ſententiam ex uerbis iobis ibidem/quia ſcribes ſuper me amaritudines &
facies hæreditare me iniquitates pueritiarum mearum. hæc. n. interpretatus eſt elihu oc
caſiones. Secundum tamen ueritatem neutrum dixit iob in ſenſu quem impõit ei elihu:
ut patet legenti capitulum illud/expoſitum iuxta hebraicam ueritatem. Hæc tamen
ultimo dicta (ſc; reputabit me inimicũ ſibi) potuit accipere elihu ex uerbis iobis cap.
19. ſcriptis: ubi aſſertiue iob hoc dixit/dicendo reputauit me ſibi ſicut inimicos ſuos.
¶ **Poſuit in neruo pedes meos: cuſtodiuit omnes ſemitas meas.** Iux
ta hebræum futuri temporis ſunt uerba: ponet/obſeruabit. Et aiunt hebræi ſignificari
cippum ligneum/pedes conſtringentem. Accæpit autem elihu hanc ſententiam ex uer
bis iobis ibidem ſcriptis. quorum ſenſum aliter accæpit elihu: nã iob dixerat ad ſigni-
ficandum fuiſſe in ſe cohibitam libertatem peccandi: elihu uero interpretatus eſt q; iob
dixerit fuiſſe ſibi impoſitam difficultatem euadendi. ſermo enim parabolicus a diuer-
ſis diuerſimode interpretatur.

¶ **Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus.** Iuxta hebræũ hr̃. **Ecce hoc nõ
iuſtificaſti.** Manifeſtat elihu hæc dicta a iobe eſſe illa quæ nõ ſunt iuſtificata/ quæ in-
iuſta ſunt/in quibus iob iuſtitiam offẽdit, ſuper quibus futurus eſt ſermo. declarat ſi-
quidem elihu hæc dicta a iobe fore materiam circa quam uerſabitur diſputatio: uniuer-
ſus ſiquidem ſermo elihu ſubiunctus/erit circa hæc iobis dicta. Vnde & ſubiungit. **re-
ſpondebo tibi** arguendo hæc dicta a te. **quia maior ſit deus homine.** Iuxta
hebræũ hr̃. **q; grandebit eloha præ homine.** Dictio interpretata grandebit/ po-
teſt eſſe chaldaica & hebraica. & ſi chaldaica eſt, uerbum eſt a magnitudine deductum:
ac per hoc rectius interpretatur grandebit q̃ grandeſcet: qm̃ non fieri grandem ſed ha
bere ſeu exercere in ſeipſo actum grandis ſignificatur, quemadmodum frigeo & caleo
differunt a frigeſco & caleſco. Si uero eſt hebraica, uerbum eſt deductum a multitudine
quo caremus: ſed quemadmodum comparatiuo maior utimur etiam ad multitudinem
(dum dicimus exercitus maior/multitudo maior) ita uerbum grandere extendi poteſt
ut ſignificet grandere uel ſecundum magnitudinem uel ſecundũ multitudinẽ: utroq;. n.
modo uerificatur q; grandebit eloha præ homine. non eſt. n. ſenſus q; deus in ſeipſo grã
debit plusq̃ homo: ſed eſt ſenſus q; deus quatenus gubernat & iudicat, in ſua guberna-
tione/in ſuo iudicio, grandebit plusq̃ homo/erit in actu maioritatis tam ſecundum ma
gnitudinem q̃ ſecundum multitudinem longe plusq̃ homo. Verbi gratia ſi homo ha-
bet aliquid iuſti, longe maior iuſtitia eſt in dei iudicio. & ſimiliter ſi homo habet aliquas
rationes pro ſua iuſtitia ſeu pro ſe, lõge plures rationes ſunt pro dei iudicio ſeu guber-

natione. Et intendit elihu per hæc uerba manifestare fundamentum suæ responsionis/
q ex isto principio (sc3 eloha grandebit præ homine) respondebit arguendo dicta io
bis: quemadmodum .n. summauit dicta iobis contra quæ dicturus est, ita summat dicē
da a se ad hanc sententiam tanq̄ principium ac fundamentum omnium dicendorum/
tanq̄ in qua consistit uis totius responsionis.

¶ Aduersus eum contendis q non ad omnia verba responderit tibi.
Iuxta hebræū hr̄. Quare ad eum litigasti: quia omnia verba sua non re
spondebit. Nō recedit elihu a pollicitis: sed recitata iobis dicta arguere incipit a ra
tione dicendi; ratio .n. dictorum iobis fuit silentium dei non respondentis: hoc est non
manifestantis omnia uerba sua. Et uerum dicit elihu/ q̄uis in alio sensu apud iobē. nam
iob in cap. 13. & 23. cōcupiuit habere responsionē a deo: hoc ē manifestationē q afflictio
quam patiebatur nō erat punitio sed probatio: hoc .n. manifestari cupiebat/ & per mo
dum disputantis proponebat: sed tam elihu q̄ tres socii iobis afflictiōem illam iudica
bant esse punitionem. & propterea elihu interpretatur uerba iobis in malā partem: tum
quo ad modum dicendi/ imponendo ei q litigauerit aduersus deum: tum quo ad quæ
situm/ imponendo ei q quæsierit ut deus omnia sua uerba dicat respōdendo ad quæ
sita: quū iob neo somnia uerit hoc. Latet & aliud impositū iobi in hoc dei silentio. ut .n.
subiuncta testantur, elihu intellexit seu inuertit quæstionem iobis cupientis responsionē
diuinam/ tanq̄ iob speraret q deus diceret contrarium eius quod dixerat ipa pcussio
ne. elihu .n. quia appellabat afflictionem iobis punitionem (ac per hoc deum per illam
dicere iobem esse iniustum) consequenter loquendo imponit iobi speranti iustificationē
causæ suæ a deo/ q quæsierit ut deus dicat contrarium eius quod dixerat puniendo: &
propterea arguendo iobem dicit quare ad eū litigasti &c. ¶ Semel loquitur de?:
& secundo idipsum non repetit. Iuxta hebræū hr̄. Quia in vna loquetur
el: & in duabus non videbit eam. Ita habetur ad uerbum in hebræo. Vbi clare
patet nihil dici de repetitione/ sed de locutione & uisione sermonem esse. Et est sensus q
locutio dei est sicut uisio dei: immo q locutio dei imitatur uisionem dei: ita q ex hoc q
deus uidet rem non in duabus sed in una/ sequitur q deus loquet̄ in una. Appellat aūt
loqui & uidere in una/ loqui & uidere absq mutatione: loqui autem & uidere in duab?/
loqui & uidere cum mutatione. Et philosophice loquitur: q̄m unitas non patitur muta
tionem. quod enim penitus unum perseuerat/ immutabile omnino est: quo contra mu
tatio omnis absq pluralitate nequit intelligi. Est itaq germanus literæ sensus q immu
tatus loquetur deus quia immutatus uidet/ quia non cum mutatione uidet quamcunq
rem. Et per hoc directe confutat iobem/ præsupposito q afflictio iobis fuerit punitio.
nam hoc præsupposito iob iuste punitus & impœnitens, sperando q deus responden
do iustificaret ipsius causam/ imponebat mutationem deo. & propterea elihu perspica
citer reddit rationem silentii diuini ex hoc q deus loquitur immutatus: mutaretur .n.
deus, si non mutato iobe iustum diceret iobem quem puniendo dicit iniustū. Huic sen
sui seruiunt tres subiuncti modi loquendi quibus consueuit loqui deus homini: immo ad
manifestandum quasi per inductiōem dialecticam q deus loquitur immutatus/ affert
tres modos quibus loquit̄ nouiter deus homini interueniente mutatione ex parte ho
minis: loquitur inquam ad faciēdam mutationem alterā in homine. ex his .n. clare pa

tet q̄ noua locutio dei ad hominem ad bonum ipsius hominis directa/non prouenit ex mutatione aliqua in deo sed ex mutatione hominis:ac per hoc iob immutatus (utpote impœnitens) uanc quærebat nouam locutionem dei. Huc tendit sermo subiunctus in toto hoc capitulo.

¶ **Per somnium in visione nocturna: quando irruit sopor super homines/ & dormiunt in lectulo.** Iuxta hebræum quattuor hæc cum præpositione eadem scribūtur:ve3. **In somnio/in visione noctis/in cadente sopore sup homines: in dormitionibus super lectum.** Et per duo prima diuersi gradus apparitionum quæ fiunt dormientibus scribuntur. quædam.n.apparent ambigua / ut somnia: quedam ut manifeste significātia/ut uisiones. Per reliqua uero duo/diuersi mōi dormiendi concurrentes ad hæc insinuantur:ve3 uel per repentinum soporem/ut contigit abrahæ gen̄.15.uel per ordinariam dormitionem / ut sæpe contingit. ¶ **Tunc aperit aures virorum: & erudiens eos instruit disciplina.** Iuxta hebræū hr̄. **Tunc patefaciet aurem virorum: & in eruditione eorum sigillabit.** Ecce primus modus quo nouiter deus loquitur homini / non mutato deo sed mutato homine de uigilia in somnum. tunc.n.per somnium seu uisionem loquitur deus/patefaciendo internam hominum aurem (hoc est ad instar detegentis aurem corpoream hominis audientis ne uelamen auris impediat auditionem) & erudit eos sigillando. Quia de noua locutione dei ad hominem est sermo, ideo consequenter loquēdo/describit hominem cui loquitur deus percipientem aure:locutio.n. percipitur auditu. Velamen autem quod tollit deus patefaciendo aurem hominum, impedimentum est internum / uel inordinati motus phantasmatum uel dispositionis alicuius humoris attentionem animæ ad somnium seu uisionem prohibentis. Eruditio autem sigillatur, cum imprimitur ac firmatur in mente hominis ipsum somnium seu ipsa uisio erudiens eum /ad differentiam somniorum quæ euanescunt a mente hominis. ¶ **Vt auertat hominē ab his que fecit.** Iuxta hebræum habet. **Ad faciendū recedere hominis opus.** Quattuor fines seu fructus huiusmodi eruditionum scribuntur. primus est q̄ homo facturus opus aliquod/eruditur ne faciat illud. **et liberet eum de superbia.** Iuxta hebræum habetur. **et altitudinem a viro teget.** Secundus fructus est tollere ab animo hominis appetitū alicuius cælsitudinis affectatæ. Et hic fructus describitur sub metaphora tegentis altitudinem homini. quod.n.alicui tegitur/negatur uidendum: ac per hoc appetendum. eruditur siquidem homo quandoq̄ per somnia ut non tendat ad talem cælsitudinem. ¶ **Eruens animam eius a corruptione.** Iuxta hebræum hr̄. **Prohibebit animam eius a fouea.** Tertius fructus est q̄ homo erudit̄ ad euitandum aliquod periculum fortuitum/significatum per casum in foueam. **et vitā illius vt non transeat in gladium.** Quartus fructus est q̄ eruditur quādoq̄ homo per somnia ad euitandum suiipsius interfectionem ab hostibus seu aliis. Et enumerauit elihu tot fructus somniorum, ad probandum q̄ deus qui gubernat homines est ille qui per somnia loquitur homini. ex istis siquidem effectibus bonis intelligi uult q̄ auctor eorum est gubernator noster summe bonus.

Increpat quoq̄ per dolorem in lectulo. Iuxta hebræū hr̄. **Et castigabitur in dolore super lectū suū.** Secundus modus loquendi quo de⁹ locutione noua

ne noua alloquitur hoiem/describit̃ inchoando a naturali ægritudine qua laborat q̃nq; hó usq; ad portas mortis. Appellat autem ægritudinem castigationem: eo q̃ relata ad deũ gubernantem oia/spẽs est castigationis qua castigat hoies, q̃uis relata ad compositiõem hois sit defect⁹ naturalis. Magnitudo autem ægritudinis describitur multipliciter. nam primum a situ/dicendo super lectũ suũ: & a dolore extenso ad omnia ossa eius subiungendo. et omnia ossa eius marcescere facit. Iuxta hebraũ hr̃. et multitudo ossiũ eius fortitudine. hoc est uehementia doloris ¶ Abominabilis ei fit in vita sua panis: & anime illius cibus añ desiderabilis. Describitur consequenter magnitudo ægritudinis ab abominatione cibi: & lr̃a est clara. ¶ Tabescet caro eius: & ossa que tecta fuerant nudabuntur. Iuxta hebræum hr̃. Prohibebit carnem suam a visu: & contusa sunt ossa eius / non sunt visa. Macies tanta describitur ex ægritudine q̃ nõ remanet in ægro caro quæ uideat̃. & similiter ossa describuntur depressa tanq̃ fuerint contusa ita q̃ non discernantur a uisu. ¶ Appropinquabit corruptioni anima eius: & vita illi⁹ mortiferis. Iuxta hebræũ hr̃. Et appropinquauit ad foueam anima eius: & vita eius morituris. De fouea sepulchri est sermo. & ægritudo describitur tãta ut æger perueniat ad hoc q̃ sit similis morituris ac proximis sepulturæ.

¶ Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus: vt ãnunciet hois equitatem. Iuxta hebræũ hr̃. Si est super eum angelus interpres/ vnus de millibus: ad annũciandum hoi rectitudinem eius. Scito prudens lector q̃ sæpe hebraic⁹ sermo significat per casum datiuũ fauorem. & propterea quũ hic dicitur ad ãnunciandũ hoi/sensus est ad annũciandũ in fauorem hois. officiũ siquidem angeli describit̃ ãnunciare deo in fauorem hois ægri rectitudinẽ uitæ ipsi⁹ ægri/ q̃ scz uitã duxerit rectã rectitudine morali. Et angeli noie intellige substantiã spiritualẽ/ interpretem hoc est mediatorem ac intercessorem: unũ aũt ex millibus/hoc est aliquẽ ex innumerabili angelorum multitudine: iuxta scripta superius in cap. 25. quicunq; angel⁹ ille sit. Dicit itaq; q̃ si appropinquante ægro ad mortem/angelus mediatorem se exhibuerit ãnunciãdo deo in fauorẽ ægri rectitudinem ægri. Et introducit elihu in hac noua dei locutione ad hominem angelos intercessores / ad cõplectendũ modũ quo deus immutat⁹ loquitur nouiter ob mutationem interuenientem in angelis. ¶ Miserebit̃ eius & dicet. Iuxta hebræũ hr̃. Et misert⁹ est ei⁹/& dixit. Duo proposuerat de angelo. alterum si est interpres: alterum ãnunciare in fauorem hois rectitudinem eius. & ꝓpterea declarãdo modũ primi dicit de angelo & misertus est eius. Rõ quare angelus exhibet se mediatorem/ describit̃ misericordia erga ægꝝ. declarãdo uero modũ quo angel⁹ in fauorẽ hois ãnũciat rectitudinẽ ei⁹/subiũgit & dixit ãgelus deo. libera eũ vt nõ descẽdat in corruptionẽ/ inueni in quo ei ꝓpitier. Iuxta hebræũ hr̃. redime eũ a descẽsu in foueã/inueni precium. Dictio interp̃tata p̃ciũ/ significat p̃ciũ nõ integꝝ. Supplicatio ãgeli ꝓ hoie/declarat̃ in mõ quo ãgelus ãnũciat deo. supplicãdo. n. dicit redime eũ a descẽsu in foueã q̃a inueni in eo aliq̃d p̃cii ꝓ ipsi⁹ redemptiõe ab iminẽte morte. Et utit̃ redẽptiõe ac p̃cio ad insinuãdũ q̃ rectitudo uiri ægri ꝓponit̃ ab ãgelo tãq̃ p̃ciũ ꝓ redẽptiõe ab iminẽte morte. Et q̃a rectitudo ægri nõ plene merebatur sanitatẽ, ideo p̃ciũ min⁹ describit̃/& suppetiæ ãgelici suffragii adiũgũt̃ una cũ noua

orone ipsi⁹ ægri: q̄ oro trāsponit̃ in lr̃a/iuxta metroꝝ cōsuetudinē. ❡ Cōsumpta ē caro ei⁹ a suppliciis: reuertatur ad dies adolescētię suę. Iuxta hebræū hr̃. Tenerior effecta ē caro ei⁹ p̄ę pueritiis: reuertetur ad dies pueritiaꝝ suarū. Transposita ē hæc clausula qua narrat̃ ultim⁹ effect⁹ diuinæ gr̃æ in hoc ægro/ q̄ sic rediit ad sanitatē q̄ caro ei⁹ creuit tenera delicata magisq̄ caro pueroꝝ/& hoc p̄gressu reuertet̃ ad dies pueritiæ suæ: hoc ē ad dies augmēti carnis & roboris. & ꝓpterea clausula hæc intelligenda est ac si fuisset scripta in calce huius tractatus.

❡ Deprecabitur deum ⁊ placabilis ei erit. Parui refert q̄ hebraice hr̃. Orabit ad eloha: ⁊ voluit eum. Ecce oratio ægri subsecuta orationem angeli: & consequenter describitur noua locutio dei ad ægrum dicendo de deo & uoluit eum. Dictio tamen interpretata uoluit/uoluntatem complacentiæ significat: nec male interpretatur & gratificatus est ei. describitur. n. deus mutato tam angelo q̄ homine ægro supplicando/nouiter loquens immutatus, loquens autem bis: prius castigando cum mutatione hominis de sano in ægrum, & postea gratiam conferendo sanitatis/interuenientib⁹ supplicationibus angeli & hominis ægri. et videbit faciem eius in iubilo: ⁊ reddet homini iustitiam suam. Iuxta hebræū præteriti temporis sunt uerba: uidit/ reddidit. Et istæ quoq̄ transpositæ sunt particulæ. nam actio dei & reddidit homini iustitiam eius/prior fuit q̄ actio hominis & uidit faciem eius in iubilo: & postrema est sanitas suprascripta. Quia autem per modum redemptionis gratia ista introducta ē, ideo consequenter dicitur q̄ deus reddidit homini ægro iustitiam eius: hoc est id quod merebatur rectitudo eius. Vbi aduerte q̄ quia rectitudo erat precium insufficiens/ ideo duæ actiones attribuuntur deo. prima est gratificatio/secūda reddere ius: quia fecit partim iustitiam & partim gratiam. Videre autem faciem dei in iubilo/effectus est in ægro reuiuiscēte: dū exhilaratus agnoscit bn̄ficiū curatiōis a deo tanq̄ uidens deū placatū sibi.

RESpiciet homines. Parui refert q̄ hebraice hr̃. Respiciet super homines. Tertius modus quo nouiter loquitur deus homini incipit describi. & ē sermo de uisione non solum speculatiue sed practice/qua deus uidet homines gubernādo eos. Introducit autem deum respecturum super homines, tum ad insinuandū specialē curam de hominibus præ ceteris aīantibus: utpote q̄a indesinenter hoībus iputat peccata ad pœnam & bona opera ad præmiū: quæ cura non habet locū circa alia aīantia/ quia carent libero arbitrio. tū ad insinuandū deū esse ad quem dirigitur ueniæ petitio a peccatore uere pœnitēte. tū ad insinuandū hūc tertiū loquēdi modum: ut inferi⁹ declarabit̃. et dicet. Iuxta hebræū hr̃. et dixit. proculdubio hō peccator deo ꝓspicīēti sup hoīes. peccaui ⁊ vere deliq̄/⁊ vt erā dign⁹ nō recepi. Iuxta hebræū hr̃. peccaui ⁊ rectū tortificaui/⁊ nō ꝓfuit mihi. Dicēdo peccaui/ hūiliat se deo cōfitēdo se peccasse. dicēdo uero & rectū tortificaui/manifestat se agnoscere q̄ peccatū consistit in declinatiōe a recto. ad instar siquidē uirgā rectā tortificātis describit peccantē: q̄a sc̄dm ueritatē pc̄t̄m cōsistit in actiōe obliq̄ relatiue ad rectū moralr̃. Dicēdo aūt & nō ꝓfuit mihi/māifestat pc̄t̄m nō solū cōtrariari bono hōesto p hoc q̄ cōtrariat̃ recto/ sed ēt cōtrariari bono tā utili q̄ delectabili. Et ueꝝ dicit: q̄a q̄uis materia in q̄ peccat̃ sit q̄n q̄ hoī peccāti utilis aut delectabilis, ip̄m tñ pc̄t̄m nec utile ei ē nec delectabile.

❡ Liberauit animam suam ne pergeret in interitum/sed viuēs lucem

videret. Iuxta hebræum habetur. Redemit animam suam a transitu in foueam: & vitam suam in luce videbit. Introducto deo prospiciente super homines/ & homine peccatore pœnitente confitendo deo peccatum suum, debebat consequenter subiungi locutio dei (quæ principaliter intenditur) & tamen tacita locutione dei/describitur effectus dicendo de homine pœnitente, redemit animam suam / procul dubio pœnitendo & confitendo peccatum suum deo: redemit autem tum a transitu in foueam sepulchri (per quod insinuatur ꝙ propter peccatum merebatur mori) tum ab aduersitatibus præsentis uitæ / dicendo & uitam suam in luce uidebit: significat enim per lucem prosperitatem: & per hoc insinuat ꝙ per peccatum merebatur pati aduersitates præsentis uitæ. Et dicendo redemit / manifestat ꝙ huiusmodi humilis pœnitudo/uim redemptionis habet a malis præsentis uitæ quæ homo meritus est peccando. est enim ut elihu putat, uera pœnitentia tanq̄ precium sufficiens ad liberandum hominem a merito pœnarum/quod meritum incurrerat peccando. Et hinc elicitur modus loquendi quo deus loquitur homini uere pœnitenti: uidelicet non imputando ad pœnam homini peccatum quod fecerat. arbitratus est siquidem elihu ꝙ deus gubernando homines/statuerit uere pœnitentibus non imputanda fore peccata ad pœnam, ita ꝙ ipsa pœnitentia sit loco pœnæ. & propterea deus loquitur pœnitenti non noua aliqua actione: sed seruando statutum suum, loquitur negatiue / hoc est non imputādo peccatum ad pœnam. Et ad hunc loquendi modum insinuandum introduxit deū respicientem super homines tanq̄ incumbentem gubernationi hominum secundum statuta ab ipso deo: & introducit hominem uoluntaria pœnitudine redimere uitam suam ab aduersitatibus & morte. Immutatus itaq̄ deus loquitur homini mutato de peccatore in pœnitentem / non imputando ei peccata ad pœnam. ¶ Aduerte prudēs lector ꝙ elihu errans in principio/errat consequenter in conclusione: nam ex hoc ꝙ errauit putans sancta opera hominis mereri duntaxat bona præsentis uitæ / & peccata non imputari nisi ad pœnas præsentis uitæ, errauit consequenter in hoc ꝙ posuit deū ignoscere pœnitenti/non conferendo internum gratiæ donum in anima pœnitentis / sed non imputando ad pœnam præsentis uitæ peccata commissa.

Ecce hec omnia operatur deus tribus vicibus per singulos. Vt reuocet animas eorum a corruptione: et illuminet luce viuentium. Iuxta hebræū habetur. Ecce omnia hec operabitur el, bis ter cum homine. Ad faciendum reuerti animam eius a fouea: ad illuminandum in luce viuentium. Explanatis tribus modis quibus immutatus deus noua locutione loquitur homini interuenientibus mutationibus ex parte hominis, adiungit elihu ꝙ omnia hæc supra dicta operatur deus fortis cum homine non semel sed bis aut ter ad bonum hominis in præsenti uita: ad reuocandum eum a morte / ad dandum illi prosperitatem uiuentium in hoc sæculo. ¶ Vbi prudens lector collige ꝙ quamuis inter istos tres loquendi modos multæ insinuentur differentiæ (puta ꝙ locutio pͥma sit reuelādo per somnia seu uisiones/secūda curādo ægritudines/tertia nō imputādo pc̄tā ad pœnā: & siſr in pͥma interuenit mutatio hoīs ex usu sensuū in alienatione ab usu sensuū/in sc̄da uero mutatio tā āgeli q̄ hoīs recti ad supplicandū/in tertia

autem mutatio hominis peccatoris in uere pœnitentem, conueniunt tamē omnes in hoc ꝙ finis ac fructus est uitatio malorum præsentis uitæ & assecutio bonorum præsentis uitæ. hæc enim manifeste subiungit elihu describendo uitationem malorum per reuersionem a transitu in foueam sepulchri & periculorum: acquisitionem uero bonorum per illuminationem in luce prosperitatis uiuentium in hoc sæculo. Et hic finitur sermo elihu ad iob de ratione dictorum: ꝙ scilicet deus non respondet iobi. per hæc enim manifestasse se arbitratur elihu ꝙ frustra iob cupit respōsionem dei nisi mutetur de peccatore in uere pœnitentem: quia deus ipse non mutatur.

¶ Attende iob/audi me: tace & ego loquar. Reprehensurus elihu dicta iobis superius recitata/inuitat eum ad tacendum audiendum & attendendum sermoni suo. Si sunt sermones responde mihi. Ne uideatur negare iobi tempus respondendi ad prædicta / offert illi commoditatem respōdendi anteꝗ̄ transeat ad sermonem principaliter intentum. Volo enim te apparere iustum. Iuxta hebræum habetur. quia volui iustificare te. Habere se intentionem rectam erga iobem dicit elihu. accendit siquidem iobem ad respondendum obiectis, quia non appetit damnationem sed iustificationem iobis. Et dicit uolui / insinuans ꝙ cum hac intentione incœpit loqui. ¶ Si non sunt / audi me: tace & docebo te sapientiam. Vide arrogantiam iuuenilem.

CAPVT ·XXXIIII.

PRonunciās itaqȝ elihu/etiam hec locutus est. Iuxta hebræum habetur. Et respondit elihu & dixit. Promiserat in præcedenti capitulo respondebo tibi: exequitur modo. Audite sapientes verba mea: et scientes auscultate me. Sermonem responsiuum dirigit non tam ad iobem ꝗ̄ ad socios iobis. quos uocat sapientes & scientes / tanꝗ̄ arbitros atqȝ censores dicendorum: & quos paulo ante arguerat insufficientiæ / modo inuocat tanꝗ̄ doctos & sapientes. Cerne passionem: ut ipse loqueretur arguit illos / ut dicta eius probentur laudat illos. ¶ Auris enim verba probat: & guttur escas gustu diiudicat. Rationem reddit quare rogat eos ut audiāt & auscultent uerba eius: quia auris officium est discernere uerba / quemadmodum officium palati est discernere cibos. & hoc superius iob dixerat. ¶ Iudicium eligamus nobis: & inter nos videamus quid sit melius. Iuxta hebræum habetur. Iudicium electum est nobis: cognoscemus inter nos quid bonum. Non eligendum sed iam electum & in præcedenti capitulo manifestatum iudicium / discutiendum ac tractandum dicit: quia iam proposuerat causam discutiendam ex uerbis iobis sumptam. & consequenter tanꝗ̄ socios ad discernendum & iudicandum simul cum ipso inuitat, dicendo cognoscemus inter nos quid bonum / in electa causa est.

¶ Quia dixit iob: iustus sum/ & deus subuertit iudicium meum. Iuxta

hebræum habet. **Quia dixit iob: iustificaui & el fecit recedere iudicium meum.** Fideliter refert elihu uerba iobis scripta in cap. 27. iuxta hebraicã ueritatem: nec digreditur elihu ab electa & proposita materia/sed eandem sub aliis uerbis resumit. Aduerte tamen q iob dixerat hæc ad significandum q deus affligendo eum posuerat iudicium iobis seorsum/hoc est non usus fuerat iustitia punitiua: elihu uero interpretatus est iob dixisse q deus fecit iniustitiam, & contra hunc sensum lõgo sermone inferius inuehetur. **In iudicando enim mendacium est.** Iuxta hebræum habetur. **Super iudicium meum faciam mentiri.** Hæc sententia relatiue ad deũ (hoc est ad iudicium factum aut faciendum a deo) nunq̃ inuenitur dicta a iobe: si refertur autem ad iudicium a sociis factum, inuenitur dicta a iobe bis: semel in cap. 6. & iterum in cap. 21. utrobiq; enim arguit socios falsitatis: & quod amplius est in cap. 23. arguit eos doli pro deo. Et iuxta hunc sensum fideliter refertur hanc sentẽtiam dixisse iobem: uez q faciet mendaces censentes afflictionem suam esse dei iudicium puniens ipsum: **et violenta sagitta mea absq; vllo peccato.** Iuxta hebræum clarius legeretur. **confractus sagitta mea absq; scelere.** Et dixit iob hoc in cap. 16. iuxta hebraicam ueritatem. ibi enim dixit & iurauit se esse mundum: & scissum se descripsit a sagittariis. Dictio interpretata scelere/illa est quæ sonat peccatum ex contemptu. & ut diximus hæc ad electã spectãt materiam: & ideo absq; digressione recitata sunt.

¶ Quis est vir vt est iob: qui bibit subsannationem quasi aquam? Resumpta materia/inuehitur primum in personam iobis, deteriorem dicẽs ipsum hominibus cæteris: probans hoc a tribus. primum quia quasi pro refrigerio animi utitur subsannatione/ ad instar bibentis aquam pro refrigerio. Et quia elihu nõ explicat subsannatos, ideo ambiguũ restat an intendat subsannationẽ sociorum/an de subsannatione diuini iudicii circa eũ: appellãdo subsannationẽ dictũ iobis de ppria innocẽtia: eo q dicendo se innocentẽ tã uehemẽter afflictum/in derisum ponebat iudicia dei, ut ipsi putabant. Et hic sensus uidet cõplectendus: qa directe cõsonat metaphoræ potus aquæ ad refrigeriũ. putabãt. n. isti q iob sic se cõsolaret eximẽdo se ab iniqs/ qui merent ppter pctã sua puniri. **Qui graditur cũ operantibus iniquitatẽ: & ambulat cum viris impiis.** Probat secundo iobem deteriorem ex eo q ibit in societate operantium iniquitatem: & tertio ex eo q perseuerat cum uiris impietatis. ideo deterior cæteris censetur iob, quia subsannationi diuinorum iudiciorum adiungit perseuerantem impietatem in animo & iniquitatem in opere. **Dixit enim: non placebit vir deo/etiam si cucurrerit cum eo.** Iuxta hebraũ habetur. **Non proderit viro in complacere suo cum elohim.** Et est sensus q complacentia bonorum operum secundum legem dei/non proderit homini: hoc est q bene facere ex amore dei gubernatoris ac iudicis/non proderit homini. Duo autem dicta circa hoc fuerant a iobe in cap. 30. alterum per modum exceptionis/q non prosunt preces ad deum pro euitãda morte quando homo iam est confractus ægritudine ad mortem. alterum q ipse iob uacauit operibus misericordiæ: & quando sperauit bonum uenit malum/quando expectauit lucem uenerunt tenebræ. ex his siquidem dictis a iobe/elicita est ab elihu hæc sententia hic recitata. & fideliter quidem/intelligendo q nõ proderit ad bona præsentis uitæ: hoc est q non oportet prodesse ad bona præsentis uitæ. in hoc. n. sensu habetur hæc

sententia ex iobe. Et recitantur etiam hæc ab elihu/quia pertinent ad propositam ma-
teriam:immo sunt uelut anima materiæ propositæ. iob siquidem afflictus affirmando
se iustum, super hoc se fundat q sancta & deo gratissima opera hominis non oportet
prodesse homini ad bona præsentis uitæ:cuius cõtrarium sentiebant elihu & tres iobis
socii/& sapientes ab eis superius citati.

Ideo viri cordati audite me. Tanq̃ indignus refutatur iob peior omnibus: & socii eius tanq̃ uiri cordis (hoc est uigentes corde/uigentes uoluntate bona) præfe-runtur audituri. absit a deo impietas/& ab omnipotente iniquitas. Incipit elihu repræhendere dicta iobis recitata, & quia male interpretatus uerba iobis / intelle-xerat iobem dixisse q deus secum iudicium iniustum fecisset, ideo defendẽdo iustitiam dei inchoat elihu ab hoc:uidelicet q longe est a deo impietas in animo & iniqtas in ope re. & primo deus noiatur el/secũdo saddai:quæ nomina sunt sæpe exposita. Opus enim hominis reddet ei:& iuxta vias singulorum restituet eis. Probat diuinam iustitiam ab utraq parte iustitiæ:uidelicet a reddere ius & a nõ facere iniquũ. Et primam quidem partem affert dicens, quia reddet homini iuxta opus eius:& nõ so-lum iuxta opus sed etiam iuxta uiam (hoc est studium) uniuscuiusq. Alteram uero partem subiungit. Vere enim deus non condemnabit frustra:nec omni-potens subuertet iudicium. Iuxta hebræũ hr. Etiam profecto el non im-piabit:& saddai non tortificabit iudicium. Quia caremus uerbo correspon-dente uerbo hebraico, ideo usurpamus impiare pro censere impium, & est sensus q cer-tum est deum fortem non iudicare impium eum qui non est impius: & similiter omni-potentem non tortificare iudicium.

Quem constituit alium super terram:aut quem posuit super orbẽ quem fabricatus est? Iuxta hebræũ hr. Quis visitauit super eum terrã: et quis posuit habitabilem vniuersam eam? Intendens elihu probare utrãq partem iustitiæ diuinæ, incipit a parte negatiua/quam ultimo proposuerat. probat .n. q deus non facit tortum, ex hoc q ipse est qui iudicat mundum & non accipit personã hominis:hæc .n. duo argumenta assumit. Et primæ quidem rationis neruum constituit super diluuiũ uniuersale/ dicendo quis uisitauit super eum (hoc est hominem) terram? quasi dicat nisi ipse deus. Vere .n. deus uisitauit terram diluuio super hominem : hoc est propter peccata hominis. puniuit .n. terram cum omnibus animantibus propter homi nem. Et quia saluauit noe cum filiis a quibus habitatus est orbis terrarum, ideo subiun-git & quis posuit habitabilem uniuersam eam/scilicet terram? quasi dicat nisi ipse deus. Opus itaq dei quo puniuit terram diluuio uniuersali propter hominem/ saluando ali-quos ad habitandum uniuersum orbem, affertur primum. & deinde augendo opus dei quod posset iuste facere subiũgit. Si direxerit ad eum cor suum:spiritum il-lius & flatum ad se trahet. Deficiet omnis caro simul:& homo in cine rem reuertetur. Iuxta hebræũ hr. Si ponet ad eum cor suum:spiritum su um/& flatum suum ad se cõgregabit. Cõsumetur omnis caro simul: & homo in puluerem reuertetur. Pronomen eum demonstrat hominem. & est sensus q si deus ponet cor suum ad hominem exactius discutiendum iudicandum ac puniendum, deus congregabit ad seipsum spiritum suum ac flatum suum. Metaphora

est ad instar hominis continentis in seipso quæ sua sunt. spiritus .n. dei congregandus ad deum/sonat communicationem seu conseruationem spiritus (hoc est rationalis animæ) in hominibus: flatus uero communicationem seu conseruationem animæ sensitiuæ, quæ in uiuentibus seruatur respirando uel aliquo proportionali. Est itaq; sensus q; si deus uellet exactius punire hominem/subtraheret communionem uitæ rationalis ac sensitiuæ: ac per hoc periret simul omnis caro animalium piscium & auium / & homo in puluerem reuerteretur. Apte elihu operi diuino in diluuio uniuersali propter peccata hominum, ānectit opus dei quod posset iuste facere/propter peccata hominum delendo totaliter hominem cum omnibus animantibus. Et facilitas operis insinuatur in hoc q; sola congregatione ad se spiritus sui & flatus sui/hoc faceret deus: quod est dicere q; sola subtractione communionis suæ hoc faceret. Apte inquam: quia hinc apparet q; in diluuio uniuersali de⁹ nō exercuit iustitiā exacte cū gñe humāo, sed clementer saluauit quosdā ad ,ppagatiōem humani gñis & quædā aīalia ad ,ppagationē aīalium.

¶ Si habes ergo intellectum/ audi quod dicitur: & ausculta vocem eloquii mei. Iuxta hebræū hr̄. Et si intelligentia/ audi hoc: ausculta vocē verborum meorum. Attulerat elihu duo diuina opera propter peccatum hoīs: alterum factum/alterum quod posset facile facere: & non explicarat quorsum hæc attulerit. & ideo dirigendo sermonem ad iobem ait. & si est intelligentia tecum ad penetrandum mysteria horum dictorum, audi/ausculta &c. ¶ Nunquid qui nō amat iudicium sanari potest? Iuxta hebræū hr̄. Num etiam osor iudicii dominabitur? Declarat quorsum hæc diuina opera attulerit: vz ad ostendendum q; deus non inique iudicat puniendo, declarat autem deducendo ad absurda quattuor. Quorū primum est num etiam osor iudicii dominabitur/simpliciter & absolute, q̄uis .n. multi principes osores iuris dominentur ad tempus/dominentur alicubi, non solum tamē absurdum sed impossibile est q; osor iudicii dominetur simpliciter & absolute: hoc ē ubiq; semper & super omnia. opera .n. duo allata monstrant deum dominari simpliciter & absolute. et quomodo tu eum qui iustus est intantum condēnas? Iuxta hebræū hr̄. et num iustum multum impiabit? Alterum absurdum deducitur: & metri causa iustum multum dicit pro multitudine iusta/perinde ac si dixisset num multitudinem iustam impiabit. Ex operibus.n. allatis apparet q; deus genus humanum fere totum puniuit/& totum punire posset: & si deus inique iudicaret, sequeret̄ hoc absurdum q; multitudinem iustam censeret impiam. ¶ Qui dicit regi apostata: qui vocat duces impios. Iuxta hebræū hr̄. An dicendum regi beli'iabal: impius ad principes? Tertium absurdum est q; esset dicendum uniuersorum regi beli'iabal (hoc est absq; iugo iustitiæ) si deus iudicaret inique. Quartum autem absurdū est q; dicendum esset impius agmini angelorum qui sunt ministri dei/qui hic appellanē principes seu nobiles. si.n. deus iudicaret inique, ministri quoq; eius impii essent exequēdo. Et addidit hoc elihu/carpendo iobem, qui dixerat in cap. 9. terra data est in manu impii/& in cap. 16. q; de⁹ dedit eū in manu iniq: loquens utrobiq; de satana. ¶ Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannum cum disceptaret contra pauperem. Ecce altera ratio ad manifestandum q; deus non iudicat inique: & argumentum est satis clarum. Hebraice tamen sententia hæc scribitur sic.

Qui non eleuauit facies principum / ⁊ non eſt agnitus diues coram paupere. Vitium acceptionis perſonarum excludit a deo ex negatione reſpectus in iudicio ad dominos & ad diuitē litigantem cum paupere. **Opus.n.manuum eius ſunt vniuerſi.** Rō quare non accipit perſonam hominis/redditur ex eo ꝙ omnes homines ſunt opus manuum dei.ex hoc enim manifeſta ratio conſurgit ꝙ deus nullam habet rationem reſpiciendi magis dominum q̃ ſeruum/diuitem q̃ pauperem,nec ex parte ſui nec ex parte eorum:utpote qui eos omnes fecit pares in natura.paritas.n.ſignificatur per miniſterium manuum diuinarum:ita ꝙ non fecit diuitem propriis manibus & pauperem per miniſtros.

¶ **Subito morientur.** Poſtq̃ probauit partem negatiuam (ve3 ꝙ deus non iudicat iniuſte) probat partem affirmatiuam prius ꝓpoſitam:ve3 ꝙ deus reddit unicuiq; ſecundum opera eius.Et ut penetres ordinem atq; uim progreſſus ſubiuncti, ſcito ꝙ elihu utens illa philoſophorum regula ſi unum contrariorum eſt inuenitur quoq; & alterum/format duas diſtinctiōes. Altera eſt deus punit quoſdam principes repētina morte/extinguendo ſimul principatum:quoſdam autem punit occidendo quidem principes ſed relinquendo principatum. Altera eſt deus quoſdam punit abſq; ſpatio pœnitētiæ poſt percuſſionem:quoſdam autem punit dando eis poſt percuſſionem tēpus pœnitendi. Et intendit per hæc percutere iobem/collocādo eum ſub hoc ultimō membro: ut clare uerba ipſius elihu in calce huius capituli teſtantur. ¶ Declaraturus itaq; ꝙ deꝰ reddit unicuiq; ſecundum opera eius,declarat hoc in principibus/continuando præcedentem ſententiam ꝙ deus non reſpicit in iudicio principes plusq̃ alios. Et introducit diuinam iuſtitiam quæ quandoq; exercetur repentina morte tyrannorum cum extinctione principatus. & mors quidem repentina deſcribitur dicendo ſubito morientur/principes aliqui:extinctio uero principatus deſcribitur ſubiungendo. **Et in media nocte curuabuntur populi ⁊ pertranſibūt: ⁊ auferent violentū abſq; manu.** Iuxta hebræum hr̄. **⁊ media nocte trement populus ⁊ tranſibunt: ⁊ facient recedere fortem non in manu.** Deſcribitur repētina mors principis in medio noctis,ita ꝙ in ipſa media nocte/audita repentinā morte principis ſurgit populus tanq̃ tremens,eo ꝙ in illo principio ſunt tanq̃ neſciētes quid agant: ſed animæquiores e[r]ecti tranſibunt diſcurrendo ciuitatem & facient recedere fortem (hoc eſt & facient ut in ciuitate non ſit fortis:hoc eſt non ſit aliquis princeps) & hoc facient non in manu:hoc eſt non occidendo nec percutiendo nec uiolentia aliqua ſed conſilio libertatis ſeruandæ/ex quo deꝰ liberauit eos de manu tyranni. ¶ **Oculi.n.eius ſuper vias hominum: ⁊ omnes greſſus eorum conſiderat.** Ratio mutationis tantæ redditur ex parte diuinæ gubernationis. deſcribitur.n.deus uidens ſtudia hominum & opera eorum omnia. ¶ **Non ſunt tenebre et nō eſt vmbra mortis: vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem.** Ne obiiceretur diuinæ uiſiōi ꝙ tenebræ aut umbra mortis impediunt diuinam uiſiōem ab intuitu operantium iniquitatem,excludit elihu hæc impedimenta/dicēdo ꝙ nec tenebræ nocturnæ nec umbra mortis (hoc eſt loca horrēda præ ſe ferentia mortem:qualia ſunt ſubterrānea loca) efficiūt ꝙ abſcōdantur ibi hoc eſt in diuino intuitu,operātes iniquitatem. Et declarat per hoc ꝙ peccata commiſſa ſiue in tenebris nocturnis quo ad tempus/ſiue in locis obſcu-

rissimis significatis per umbram mortis, uidentur a deo. Potest tamen altius interpretã do intelligi q̃ elihu insinuat negationes & priuationes non impedire uisionem dei: contra philosophos negãtes huiusmodi defectus cõpræhendi inter ea quæ uidentᷓ a deo. ¶ Nec.n. vltra in hominis potestate est/vt veniat ad deum in iudicium. Iuxta hebræũ hr̃. Quia non super hominem ponet adhuc: ad eundum ad el in iudiciũ. Cerne prudens lector q̃ elihu inchoauit primam distinctionem/describendo primum illius membrum in repentina morte principis &c. & quia in eodem casu uerificatur quoq; diuina punitio absq; spatio pœnitentiæ, ideo anteq̃ alterum primæ distinctionis membrum prosequatur/inchoat distinctionem secundã: vz. q̃ deus puniendo aliquos/non dat quandoq; tempus pœnitendi & quandoq; dat. Inchoat autem manifestando primum huius distinctionis membrum dicens, quia nõ ponet super hominem (hoc est in facultate hominis) adhuc ad eundum / hoc est tempus amplius eundi, ad el/deum fortem, in iudicium/hoc est pro iudicio decreto pœnitentibus. Et introduciᷓ hæc clausula cum coniunctione quia/ad manifestãdum q̃ deus puniuit tyrannum morte repentina priuando illum ex proposito diuinæ iustitiæ tempore pœnitentiæ post punitionem. Tria itaq; coinciderũt in illa iustitia: vz punitio principis/extinctio principatus & priuatio temporis pœnitendi. ¶ Conteret multos & inumerabiles: & stare faciet alios pro eis. Iuxta hebræũ hr̃. Franget fortes/non inuestigatio: & fecit stare alios pro eis. Ecce alterum membrũ primæ distinctionis, in primo membro continetur contritio principum cum extinctione principatus: in hoc uero contritio principum non extincto principatu. Et contritio quidem principum significatur dicendo franget fortes, & q̃m non est sicut primus modꝰ rarus/sed frequens est iste modus diuinæ iustitiæ, ideo adiungitur non inuestigatio: hoc est quorum non est inuestigatio. Non extinctio uero principatus significatur dicendo & fecit stare alios pro eis/proculdubio succedentes in principatu. ¶ Nouit.n. opera eorum: & idcirco inducet noctem & conterentur. Iuxta hebræũ hr̃. Ideo faciet cognoscere opera eorum: & voluet noctem & conterentur. Alterum membrum secundæ distinctionis non solum scribitur sed infertur dicendo, ideo/hoc est quia quosdam punit absq; tempore pœnitendi, ideo consequens est q̃ detur alterũ membrum: quia quandoq; punit tollendo principem & principatum & tempus pœnitendi/ & quandoq; punit tollendo principem sed non principatum, ideo consequẽs est ut quãdoq; puniat dando tempus pœnitendi: hoc.n. reliquum erat. Et hic puniendi modus describitur dicendo cognoscere faciet deus opera eorum .i. principum opera mala, & uoluet noctem & conterentur. E regione prioris dicti (vz media nocte) dicit uoluet noctem: iuxta consuetum loquendi modum significans noctis partem post mediã noctem. consueuimus.n. dicere de sole post summum ascensum ad meridiem quum incipit descendere q̃ uoluit se: & hoc loquendi modo significatur secunda medietas noctis/ dicendo uoluet noctem. Et significatur per hoc q̃ deus uoluet noctem quandoq; puniendo: hoc est puniet extendendo contritionem pro tempore pœnitendi. utitur.n. hac metaphora e regione contritorum media nocte. illorum.n. punitio caruit reuolutione noctis/quia extincti sunt media nocte: isti autem describuntur media quidẽ nocte (hoc est quum minus crederent & funditus quiescerent) contriti/sed cum reuolutiõe noctis:

hoc est cum tempore pœnitendi post percussionem concesso. Assumit autẽ metaphoram ex nocte potiusq̃; ex die, tum quia nox congruit afflictionibus: tum quia inopinatas describit punitiones, improuisum autem nocti quadrat. ¶ Quasi impios percussit eos in loco videntium. Iuxta hebræum hr̃. Pro impiis applausus eorum in loco videntium. Declarat illam particulam faciet cognoscere opera eorum. & dictio interpretata applausꝰ / significat percussionem manuum: quæ quia solet fieri quandoq; iocando, ideo ad excludendum iocum dicit ꝙ applausus eorum erit pro impiis: hoc est ꝙ in loco publico quasi in spectaculo applaudent contritis principibus non ioco sed pro impiis. declarat. n. modum quo deus faciet cognoscere opera eorum. Et intendit elihu per hoc dicere ꝙ iob contritus est a deo cum reuolutiõe noctis ut possit pœnitere: percussus autem ut cognoscantur iniqua opera eiꝰ / & patiatur derisiões publicas reputatꝰ impius, quas irrisiones ipse iob dixerat sibi inferri in cap. 30. ad mordendum. n. iobem ordinat elihu sermonem de modis diuinæ iustitiæ.

¶ Qui quasi de industria recesserunt ab eo: & omnes vias eius intelligere noluerũt. Ut peruenire facerent ad eum clamorem egeni: & audiret vocem pauperum. Iuxta hebraũ hr̃. Qui ideo recesserunt a post eũ: & omnes vias eius non intellexerunt. Ad faciendum venire sup eũ clamorem pauperis: et clamorem pauperum audiet. Coniunctio ideo refertur ad causam peccati recessus a deo. & describuntur isti ideo recedẽtes a sequela dei & non intelligentes uias eius quia opprimũt pauperes. Auaritia itaq; principum ratio declinandi a lege dei describitur. & pauperum oppressio describitur a clamore eorum super deum tolerantem: & clamor pauperum describitur exauditus in contritione istoꝝ auarorum principum. Describitur autem exauditio in futuro, ad insinuandum ꝙ deus non statim punit istos sed differt quandoq; punitionem eorum / tandem tamẽ exaudiet clamorem pauperum. Et per hæc quoq; intendit accusare iobem auaritiæ: & ꝙ tandẽ deus audiuit clamorem pauperum conterendo iobem. Propter quod & subiungit. Ipso. n. concedente pacem / quis est q condẽnet, ex quo absconderit vultum / quis est qui contempletur eum: & super gentes & super oẽs homines. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Quia ista particula unicam compræhendit sententiam iuxta hebraicam ueritatem, ideo afferenda est simul ut iacet in hebræo. Et ipse faciet quiescere & quis impiabit / & celabit faciem & quis videbit eum: & super gentem & super hominem simul. A regnare hominem hypocritam / a deceptore populi. Dictio interpretata decæptore / ponitur ad supplẽdum nomẽ quo caremꝰ, significans eum qui facit impingere. princeps. n. hypocrita decipiendo populum facit eos impingere in opinionem bonam de eo. Non sat fuit elihu describere iobem contritum tandem propter suam auaritiam: sed quia iob dixerat in cap. 29. narrando suam olim prosperitatem deum fuisse secum / & in cap. 31. narrauerat sua multa opera bona, ideo elihu sub prætextu reddẽdæ rationis quare deus differt punitionem auarorũ principum / quare differt exauditionem clamoris pauperum qui opprimuntur, describit (in genere tamen) iobem hypocritam: ut subiuncta eius uerba manifestant. Et nequaq̃; iobis operibus bonis sed diuinæ authoritatis libertati ascribit prosperitatem præteriti tẽ-

poris dicendo.& ipse deus faciet quiescere aliquem absq; turbatione quacunq; , & quis impiabit ? quasi dicat nullus: nullus.n. censebit impium quem deus non turbat.credebat.n.elihu aduersitates euenire dũtaxat propter peccatum: & propterea dicit q; dante deo quietem alicui/nullus censet eum impium.& ipse deus celabit faciem/ hoc est ad instar celantis propriam faciem subtrahit iudicia sua quibus cognoscitur iudex hominũ, & quis uidebit eum iudicem? quasi dicat rarus aut nullus durante occultatione faciei. Et quia has diuinas dissimulationes descripserat absq; explicatione hominum & uitiorum,ideo relatiue ad homines explicat dissimulationes istas fore tam super gẽtem q̃ super singularẽ hominẽ dicendo & super gentem & super hominem simul : relatiue uero ad uitia explicat dissimulationes istas respectu hypocritæ principis/ dicendo a regnare hominem hypocritam.est.n.ordo literæ & ipse faciet quiescere & celabit faciem tam super gentem q̃ super singularem hominem a pœnis quas meretur homo hypocrita regnans qui facit impingere populum.est.n.princeps hypocrita proponendo suas simulationes tanq̃ ponens offendiculum in quod impingat populus declinando a uero in falsum:hoc est in opinionem bonam de principe malo.Et nihil dicit hic de peccatis populi ꝓpter quæ de⁹ faciat regnare hypocritã: qđ tñ in uulgata æditione legit.

¶ Quia ergo ego locutus sum ad deum:te quoq; nõ prohibebo.Iuxta hebræũ longe aliter hr.Quia ad el eleuauit:toleraui/non destruam.Modus quo princeps hypocrita decipit populum describitur:ueƺ colendo deum & orando ad deum eleuata uoce.oratio siquidem hypocritæ redditur pro ratione decipiendi populum/dicendo.quia ad el/deum fortem,hypocrita eleuauit/hoc est eleuata uoce dixit,toleraui non destruam:hoc est tu scis deus q; aliqua mala non puniui sed toleraui ne destruerem:hoc est ut euitarem scandala & magna mala. ¶ Si erraui / tu doce me. Iuxta hebræũ hr. Absq; uidebo/tu doce me.Prosecutio est oratiõis hypocritæ/petentis a deo.absq; uidebo/hoc est præter illud quod ego uidebo iudicandum/faciendum/uitandum,tu deus doce me/quid agendum/quid uitandum/quid iudicandum.si iniquitatem locutus sum/ultra non addam.Iuxta hebræũ hr.si iniquitatem operatus sum/non addam.Sancta profecto oratio nisi esset simulata.docuerunt siquidem philosophi/principes mundi simulatos cultus dei ,ut populus min⁹ putet pati se iniustum. ¶ Nunquid a te deus expetit eam quia displicuit tibi?Iuxta hebræũ hr. Nunquid a tecum emendabit illam?quia abominatus es.Descripto hypocrita tolerato a deo/non potest se continere elihu quin manifestet explicite q; iobem pinxerit propriis coloribus.iobi siquidem dicit nunquid a tecum/subaudi prodiet quod emendabit ipsam hypocrisim.Et in idem redit sensus si legitur restituet ipsam.obstinatus.n.describitur iob in sua hypocrisi.Et eiusmodi obstinatio significatur dicendo nunquid a tecum qđ emendabit illam?quasi dicat nequaq̃.& ratio subiungitur quia abominatus es emendationem/dicendo te esse iustum & deum non fecisse iustitiam.tu.n.cepisti loqui ⁊ non ego.Iuxta hebræũ hr.quia tu eliges ⁊ non ego.Rationem reddit elihu quare ipsum iobem sic uituperauerit.quia tu eliges/hoc est quia tu post percussionem elegisti disputare de iudiciis dei,& non ego/elegi hanc materiam quæ cogit me ad dicendum ista pro defensione diuinæ iustitiæ.Futurum eliges ad insinuandum perseuerantiam electæ materiæ ponitur. q; si quid nosti

meli⁹ loquere. Iuxta hebraeũ hř. & quid sciuisti loqui? quasi dicat nihil. Arguit iobem q̃ quum elegerit uiam impœnitentiae profitendo se iustum/ nihil sciuerit dicere ad tuendam suam iustitiam.

¶ Viri intelligētes loquātur mihi: & vir sapiēs audiat me. Iob aūt stulte locut⁹ ē: & verba illi⁹ nō sonāt disciplinā. Parui refert ꝙ hebraice hř. Viri cordis dicēt mihi: & vir sapiēs audiēs me. Iob nō sapiēdo loquetur: & verba ei⁹ nō intelligēdo. Indignũ censet iobē ẽt ut audiat sermones ipsius elihu: dicendo q̃ hoies cordis debent esse alloquentes ipsum elihu & sapiens debet esse audiens eũ, iob aũt perseuerabit loquendo absq̃ sapientia & absq̃ intellectu. Et per uiros cordis intelligit hoies seruantes cor mundũ/uel saltem redeuntes ad cor: per sermonem uero absq̃ intellectu intelligit ser͞monem uacuũ sñtiis dignis ut intelligatur. ¶ Pater mi probetur iob vsq̃ ad finem. Parui refert q̃ hebraice hř. vsq̃ semper. Cōuertendo sermonem ad deum, supplicat elihu deo tanq̃ patri suo / tanq̃ patri iustorum: ad tollendam suspitionem odii seu liuoris aduersus iobem/ ad insinuandum q̃ ex amore iustitiae & iustoꝝ (utpote filiorum dei) petit ut perseueret punitio iobis usq̃ semper: utpote impœnitentis. Et dictio interp̃tata probet̃/ rectius hoc in loco interp̃taretur discernat̃: q̃m non ad probandũ sed ad discernendũ iobem a iustis petit perseuerare afflictionem. Potest tamen quadrare probetur/intelligendo q̃ elihu utit̃ uocabulo iobis appellantis suā afflictiōem nō punitiōem sed p̱bationem: ita q̃ illudendo iobi dixerit probetur usq̃ semper / nō finiatur ista probatio: hoc est ista afflictio quam non ueretur uocare probationē. ne desinas ab hoie iniq̃tatis. Iuxta hebraeũ hř. super respōsionib⁹ in viris iniquitatis. hoc est affligatur semper propter respōsiones suas solitas in uiris iniquitatis: hoc est quia respōsiones eius sunt responsiōes uiri iniqui. ¶ Qui addidit super peccata sua blasphemiā. Iuxta hebraeũ hř scelus. eẽt. n. dictio illa quae significat peccatum ex contemptu: q̃a addidit super priora peccata auaritiae & hypocrisis / pc͞tũ cōtemptus tã hoium q̃ dei, utrũq̃. n. subiungit. inter nos interim cōstringatur/ & tunc ad iudiciũ p̱uocet sermonib⁹ suis deum. Iuxta hebraeũ hř. inter nos plaudet & multiplicabit dicta sua ad eũ. Describitur iob contēnens socios ad instar plaudentis percussiōe manuũ. nō q̃ iob leuitatem hanc cōmiserit: sed quia iob dixerat se conuertere sermones suos ad deum disputatur⁹ cum deo potiusq̃ cum hoibus, interp̃tat⁹ est elihu q̃ iob despexerit socios/ & q̃ paruipenderit deum multiplicando dicta sua ad deum disputando: quum tñ secũdum ueritatem iob ideo non cum hoie sed cum deo cām suam agere diceret quia non homo sed deus uidebat intima cordis eius & ueram rationem afflictionis eius. ¶ Et tu prudens lector potes facile perpendere q̃ ideo elihu distinxit suprascriptos modos diuinae iustitiae & dilatiōem punitionis hypocritaꝝ/ut confutaret iobem secundũ utrũq̃ tempus: p̱speritatis ṽz p̃teritae & aduersitatis praesentis. accusat. n. eum hypocrisis in p̱speritate, & q̃ ideo tũc reputatus est iustus quia deus differebat punitionē eius: accusat quoq̃ eum obstinationis in aduersitate/q̃ deo dante ei post percussionem tẽpus pœnitendi abominetur pœnitentiã. finis. n. huius capituli testatur q̃ ad cōfusionem iobis dicta sua ordinauerit elihu.

Rñdit

Respondit igitur elihu,& hec rursus locutus est. Iuxta hebræum habetur. Et respondit elihu & dixit. Insinuatur quod elihu expectauit an iob responderet aliquid:& iobe tacente/ ipse prosecutus est responsionem pro-missam ad dicta iobis assumpta in cap. 33. Nunquid equa tibi videtur tua cogitatio. Sententia optime redditur:iuxta hebræum enim scribitur. Nunquid hoc cogitasti ad iudicium:hoc est nunquid hoc quod subiungam cogitasti quadrans iudicio/ quadrans recto discursui rationis?quasi dicat minime.intendit.n.subiungere quod iobis dicta contra sese pugnant. Vt diceres iustior sum deo. Iuxta hebræum habetur. Dixisti iustificare ego ab el. ita iacet in hebræo. Recolito tamen quod diximus in cap.32.vers.3 quod præpositio hebraica anceps est ad præ uel ad ab.& quia interpretes intellexerunt tam ibi quam hic significari præ,ideo transtulerunt comparatiuum: nos autem exacte scrutando quid quadrat tum ueritati tum contextui/transferri fecimus ab.nam falsum est quod iob dixerit iustior sum deo:uerissimum autem est quod iob dixit se iustificaturum causam suam apud tribunal diuinum:ut clare patet in cap.23. Contextui quoque subiunctorum dictorum a iobe minus quadrat illud iustior sum deo:& ualde quadrat hoc/scilicet iustificabor ego ab el:ut clare patebit. Nec mireris ob incongruum sermonem/iustificare ego ab el:quoniam ut uerbum uerbo redderetur translatum est sic: dicendum enim fuisset iustificari me ab el/uel iustificans ego ab el.& est sensus/ iustificans causam meam ego iudicante deo. Dixisti enim non tibi placet quod rectum est/vel quid tibi proderit si ego peccauero? Iuxta hebræum habetur. Quia dices quid proderit tibi/quid prodero a peccato meo? Ecce alia iobis dicta/contraria illi dicto iustificabor ego ab el.& ad insinuandum quod iob perseuerat in his dictis utitur futuro quia dices. Dictum autem iobis ad deum quid proderit tibi,ad significandum quid proderit iustitia mea tibi deus affertur. Et dixit hoc iob in cap.10.sub aliis uerbis: uidelicet si iustus fuero non leuabo caput. Sensus autem subiuncti dicti quid prodero a peccato meo/est quid prodero recedendo a peccato meo. Et dixit hoc iob in cap.9.sub aliis uerbis: videlicet si lauero me aquis niuis balneabis me in fouea. Quia igitur ista iobis dicta significant quod tam innocentia quam poenitentia inutilis est apud deum/& primum iobis dictum sonat quod ipse obtinebit iustificationem a deo,ideo elihu dicit iobi nunquid cogitasti hoc esse secundum iudicium / arguendo eum quod hæc dicta non sunt secundum iudicium: utpote quæ sibiinuicem aduersantur. Et hinc clare patet quod contextus exigit interpretationem quam elegimus. longe enim ab elihu proposito est iustior sum deo: & directe aduersatur secundo inductis iustificans ego ab el. hactenus enim elihu impugnauit hoc dictum iobis absolute: modo autem impugnat illud idem argumento ad hominem: hoc est ex propriis dictis ipsius iobis. quonam pacto dicis te iustificandum a deo, quum dicas quod tam iustitia innocentis quam iustitia poenitentis non prodest apud deum?

Itaque ego respondebo sermonibus tuis:& amicis tuis tecum. Paruum refert quod hebraice legitur. Ego reddam tibi verba:& sociis tuis tecum. Iactat se quod id quod nescierunt socii perpendere in uerbis iobis ipse perpendit/& reddet tam iobi quam sociis quod debetur dictis uerbis,intendit.n.explanare quid ueri & quid falsi continetur in

S

istis ultimo recitatis, omittēdo primum: quia aduersus illud satis putat se dixisse in præcedentibus. ☞ Aduerte hic ꝙ iob dixerat hæc ad hunc sensum: vꝫ ꝙ non oportet prodesse homini ad bona præsentis uitæ tam innocētiam ꝙ̄ pœnitentiam: elihu autem (ut subiuncta testantur) discutit introducta dicta absolute. Considera quoqꝫ prudens lector ꝙ ꝙ̄uis apud iobē & ueritatē magni referat dicere hæc absolute/& dicere hæc relati ue ad bona præsentis uitæ, apud socios tamen iobis & elihu paria sunt hæc: quoniam præmia & pœnas præsentis duntaxat uitæ admittebant: & consequēter apud eos erat idem dicere ꝙ innocentia & pœnitentia non prosunt/& dicere ꝙ non prosunt ad bona præsentis uitæ. & propterea elihu discutit hæc dicta absolute/ tanꝙ̄ loquens in idiomate suo. ☞ Suspice celum ꝛ intuere. Intendens elihu discutere dicta iobis/ ostēdit primum quid ueritatis continent: ꝙ vꝫ iustitia hominis non prodest deo & iniquitas hominis non nocet deo. Et assumit argumentum a sensu: hoc est ab iis quæ ad sensum uidemus: vꝫ ex hoc ꝙ cœli sunt ita eleuati supra nos ut nec prodesse nec nocere possimus cœlis: multo ergo minus possumus prodesse aut nocere deo, qui est secūdum naturam longe excelsior nobis ꝙ̄ sint cœli eleuati secundum locum. et contēplare ethera ꝙ altior te sit. Iuxta hebræum habetur. et vide celos eleuauerunt pre te. Vis argumenti iam declarata est. ☞ Si peccaueris quid ei nocebis? Iuxta hebræum habetur. Si peccasti/ quid operaberis in eo? quasi dicat nihil. Et excludit ab actu peccandi efficaciam attingendi deum/ dicendo ꝙ nihil operabitur in deo: quod plus excludit ꝙ̄ non nocere deo. peccata siquidem filii ꝙ̄uis quandoqꝫ non noceant patri, operantur tamen in patre ingerendo illi mœstitiā. et si multiplicate fuerint iniquitates tue/quid facies contra eum? Iuxta hebræum habetur. et multiplicarunt rebelliones tue/quid facies ei? Peccata ex contemptu quæ præcipue uidentur attingere deum (quia deus ipse contemnitur) excluduntur ab efficacia faciendi aliquid deo. Et uerum dicitur/ loquendo de deo in seipso, secus autem est loquendo de deo in nomine regno aut lege eius: quia deus inseipso in nullo penitus mutatur ex peccatis aliorum/ quantuncunqꝫ despicientium eum, sed nomen eius sed filii eius sed præcæpta eius læduntur peccatis nostris. ☞ Si iuste egeris/quid dabis ei? quasi dicat nihil. & pronomen ei demonstrat deum in seipso. & est sensus quid dabis redundās in deum in seipso. aut quid de manu tua accipiet? quasi dicat nihil. & est similiter sensus ꝙ deus de sacrificiis tuis nihil redundans in ipsum deum accipit. Ita ꝙ nec ex interna iustitia hominis nec ex exterioribus sacrificiis & oblationibus prodesse aliquid deo dicitur. Et uerum est loquendo de deo in seipso, secus autem est loquendo de nomine dei: quoniam ad glorificandum nom. n dei/ ad adimplendum præcæpta eius/ ad multiplicandum filios regni eius, operantur ualde iusta & sancta opera hominum. ☞ Homini qui similis tui est/ nocebit impietas tua: ꝛ filium hominis adiuuabit iustitia tua. Interpres addidit uerba nocebit & adiuuabit, in hebræo enim sine uerbo est sermo: quia subintelliguntur repeti uerba prius dicta: uidelicet uiro sicut tu operabit' seu faciet impietas tua, & filio hois dabit iustitia tua. Attulerat pri⁹ rōnem ex cælsitudine dei maiore cælsitudine cœloꝝ, adiūgit mō alteram rōnem ex parte hois: quia

scz homo homini est similis, ideo iustitia seu iniquitas hominis attingit alterum hominē operando in eo bonum uel malum: per hoc insinuans q deum a cuius similitudine ualde deficimus/opera nostra non attingunt.

PRopter multitudinem calumniatorum clamabunt. Postq̄ elihu declarauit quid ueri habent illa iobis dicta quid proderit tibi &c. intendit declarare quid falsitatis continent. manifestauit enim q uerificantur quo ad hoc q opera nostra nihil mutant in deo: manifestat modo falsum esse q opera nostra non prosint uel obsint quo ad hoc q exaudiamur a deo. Et quoniam contingit quandoq oppressos ab hominibus clamare ad deum & non exaudiri, reddit rationem quare non exaudiuntur: quia vcz non debito modo clamant. Introducit itaq oppressos ab hominibus multiplicantibus fraudes (quos interpres calumniatores appellat) clamantes ad deum. et ciulabunt propter vim brachii tyrannorum. Iuxta hebraū hr. clamabunt a fortitudine multorum. Oppressis fraude, adiungit oppressos uiolentia / similiter clamantes. Et non dixit. Subauditur multitudo clamantium. Vbi est de9 qui fecit me/qui dedit carmina in nocte. Qui docet nos super iumenta terre: & super volucres celi erudit nos? Hebraice hr. vbi eloha factor meus: dans cantus in nocte. Docens nos pre bestiis terre: & pre volatilibus celi sapientificabit nos? Clamor oppressorum absq agnitione cælsitudinis diuinæ & beneficiorum dei quæ confert hominibus/describitur: ad insinuandū q clamor ad deum prodest quidem ad hoc ut exaudiat deus, sed q quandoq non proficit/prouenit ex hoc q clamorem non comitatur agnitio diuinæ cælsitudinis/non comitatur gratiarum actio pro tot beneficiis quæ cōfert deus homini. Et cælsitudo quidem diuina scribitur dicendo ubi. ex loco enim cælsitudo significatur: omnes enim uenerantur deum in cœlis. Beneficia uero subiungūtur, tum creationis / dicendo factor meus: tum reuelationis per somnia & uisiones/ dicendo dans cantus in nocte: tū intellectualis luminis ad ea quæ sunt sapientie & prudentiæ / dicendo docens nos &c. Ibi clamabunt & non exaudiet: propter superbiam malorum. Iuxta hebraū habetur. Ibi clamabunt & non respondebit: a facie superbie malorū. Introducit elihu alios clamantes ad deum qui similiter non exaudiuntur propter aliam causam: vcz propter superbiam. Vbi aduerte q primos clamantes descripsit non exaudiri quia non dixerunt ubi eloha &c. istos autem introducit clamantes ibi (hoc est agnoscendo ubi eloha) & tamen deus non respondebit exaudiendo a facie superbiæ malorum: hoc est propter superbiam malorum operum eorum qui clamant. Duas itaq causas non exaudiendi affert: alteram ex deficiente gratitudine/ alteram ex apposita excellentia operum malorum. Et per has extremas causas comprælendit medias: non ergo inutiles sunt iustitiæ nostræ ad hoc ut exaudiamur.

Non ergo frustra audiet deus: & omnipotens causas singulorum intuebitur. Iuxta hebræum habetur. Tantum falsitas non audiet el: & saddai non videbit illud. Explicat elihu quorsum tendūt hæc quæ discutit circa iobis dicta: tendunt. n. ad hoc q falsum est deum non uidere opera nostra nec audite preces nostras. Et dicit tantum falsitas q deus non audiet &c. ad insinuādum q dicta

iobis licet contineant ueritatem (tum quo ad hoc q opera nostra nõ mutant aliquid in deo/tum quo ad hoc q sæpe non exaudimur a deo propter impedimenta ex parte nostri) quo ad hoc tamen q deus non uidet opera nostra & q deus non audit preces nostras/falsa sunt. Et est sermo de uidere & audire nõ solum speculatiue sed practice: eo modo quo qui gubernat/uidet & audit pertinentia ad regimen suum. Et loquit̃ de deo humano more / distinguendo uidere & audire : quum in deo non sit huiusmodi distinctio, quia est actus purissimus.

¶ Etiam quum dixerit non considerat. Iuxta hebræũ hr̃. Etiam q dices non uidebis eum. Non sat fuit elihu declarare q propter impedimenta ex parte nostri sæpe non exaudimur: sed adiungit rationem quare exauditio sæpe differtur. huiusmodi.n. dilatio argumentum præbet hominibus q non prosunt uel obsunt opera nostra ac preces nostræ. Introducit itaq hominem arguentem q deus non uidebitur puniens ex eo q tardat punitio, dicendo et q dices/promittendo impunitatem, nõ uidebis eum: hoc est ne timeas iram dei quia non uidebis eum punientem. iudicare coram illo. Iuxta hebræum hr̃. iudicium coram eo. Responsio est ad promittentem impunitatem ex tarditate. respondet siquidem q q̃uis tu dicas non uidebis eum puniẽtem, attamen iudicium est coram deo/subaudi decretum. Et ideo subiungit̃. et expecta eum. iudicium quidem decretum est coram deo / sed quia tardat expecta illud.

¶ Nũc.n. non infert furorem suum: nec ulciscitur scelus ualde. Iuxta hebræum hr̃. Et nunc quia non uisitauit furor eius: & non sciuit incrementum ualde. Ratio redditur quare diuinum differtur iudicium quo ad executionem, tum ex parte modi quo deus procedit ad puniendum: quia non uisitat ulciscendo in furore. homines.n. qui furore acti ulciscuntur/non tardant: deus autẽ ideo nunc (hoc est in tempore præsenti quo uellemus uidere iudicia dei contra iniquos) differt ultionẽ quia non uisitat in furore. Tum ex parte mensuræ scelerum. reuoca prudens lector ad memoriam uerbũ dei ad abraham/ nõdum sunt completæ iniquitates amorræorum: & intelliges hæc. statuit deus quandam iniquitatum mensuram relatiue ad talem pœnam in hac uita: & interim q impletur mensura illa/differt punire usq quo completa fuerit. Hoc statutum ipse deus reuelauit abrahæ/hoc statutum tãgit elihu dicendo & non sciuit incrementum ualde. Causa metri transpositæ sunt dictiones. est enim sensus ac literæ ordo/& sciuit incrementum non ualde. Ratio quare deus differt, est quia sciuit incrementum iniquitatum non ualde / non plenum respectu statutæ mensuræ. Et utraq ratio dilatæ ultionis diuinæ in hac uita uera est.

¶ Ergo iiob frustra aperit os suum: & absq scientia uerba multiplicat. Iuxta hebræũ hr̃. Et iiob in uanitate aperiet os suũ: in nõ scire uerba multiplicabit. Quia iob in principio capituli recitata & in toto hoc capitulo ab elihu discussa/dixerat relatiue ad exaudiri quo ad bona tantum p̃sentis uitæ, & elihu declarauerat q bona opera & preces rite oblatæ p̃sunt ad hoc ut exaudiãur: ideo cõcludit elihu arbitrans se confutasse iobem q iob perseuerabit aperiendo os suum in uanitate operum bonorum & multiplicabit uerba absq scientia.


Ddidit quoq; elihu & dixit. Sustine me paululū & indicabo tibi. Insinuatur aliud hoc est quartum sermonis principium: & propterea rogat expectari adhuc paulum. uidebat̃.n. excedere mensuram loquendi, ex quo iam tertio incœpat loqui/ & null⁹ sociorum iobis locutus fuerat quarto. quia adhuc habeo quod pro deo loq̃r Iuxta hebræū hr̃. quia adhuc ad eloha verba. hoc est quia adhuc supersunt uerba in fauorē eloha .i. dei iudicis. Repetam scientiam meam a principio: & operatorem meum probabo iustum. Iuxta hebraū hr̃. Eleuabo scire meum in a longinquo: & operatori meo dabo iustitiam. Promittit duo. alterum spectans ad loca sermonis assumenda: vz q̧ ratiocinabitur eleuādo suam scientiam ad ea quæ longe distant a præsenti materia. Et uerum dicit quo ad hoc postremum: quia argumentum assumet diffuso sermone a nubibus pluuiis uētis & aliis eiusmodi/ quæ lōge distant a præsenti materia de qua erat disputatio. Alterū spectans ad finem intentum/ dicendo & operatori meo dabo iustitiam. ad hoc.n. uniuersum dirigit sermonem ut defendat iustitiam dei/ quam putabat accusari a iobe. Et dicit operatori meo, ad insinuandum q̧ debitor est pro suscæpto beneficio ad defendendum iustitiā dei eo q̧ fecit eum. Et tu prudens lector intelliges quoq; ex his pollicitis ab elihu/ non solum modum ac finem sermonis subiuncti/ sed etiam subiuncti sermonis partes duas ordine retrogrado, nam primo tractabit de iustitia dei. & deinde argumēta sumet ex longinquo. Uere enim absq; mendacio sermones mei. Parui refert q̧ hebraice hr̃. Quia profecto non falsitas sermones mei. Daturum se deo iustitiam aduersus iobem confidit & probat. ex parte quidem sermonum/ quia absq; falsitate sunt: ex parte uero scientiæ subiungit. et perfecta scientia probabitur tibi. Iuxta hebraū hr̃. perfectus scientiis tecum. De seipso elihu dicit iobi perfectus scientiis est tecum: ita q̧ nulla scientia deest/ nulla falsitas admiscetur.

¶ Deus potentes non abiicit: quum & ipse sit potens. Legēdum est. Ecce el potens: & nō abominabitur potentem robore cordis. Hacten⁹ elihu impugnauit iobis dictum primum: vz iustificaui. modo intendit consequenter arguere reliqua iobis dicta recitata in cap. 33. vz occasiones inuenit & reputauit me inimicum sibi & reliqua. intendit.n. confutare hanc sententiam. Et ad hoc utitur duabus distinctionibus: altera inter potentem & pauperem/ altera inter impium & iustum hominem declarando q̧ quia deus non discernit in iudiciis inter potentem & pauperem/ sed inter impium & iustum, clare apparet q̧ deus nullum reputat inimicum sibi nisi impiū/ aduersus nullum quærit occasiones sed homo reddendo se impium constituit se inimicum dei. Dicturus itaq; hæc elihu, inchoat a prima distinctione/ incipiendo a potentibus: q̧ scilicet deus non odio habet potentes/ non quærit occasiones aduersus eos, dicendo ecce in manifesto est el/ id est deus fortis, potens non abominabitur potentem. Rationem non abominandi/ explicat similitudinem, dicendo potens non abominabitur potentem. similitudo.n. inter aliquos ratio est naturalis non odii sed amoris. Et q̄m inter hoīes cōtingit p̄ accidēs quādoq; q̧ potēs abominat̃ potentē p̄pter robur cordis, ideo ad hoc accidens excludendum a deo/ apponit robore seu fortitudine cordis. rex siquidem aliquis abominatur regem alium propter amplitudinem cordis ad subiicien-

dum regnum illius sibi: ad insinuandum uero q hoc non habet locum in deo (qui est dominus omniũ) dicit ecce el potens non abominabitur in robore cordis potentẽ hoiem. ☞ Sed non saluat impios. Iuxta hebræũ hr̃. Nõ uiuificabit impium. Secundam inchoat distinctionem: metrico. n. more transponuntur particulæ. et iudiciũ pauperibus tribuit. Ecce alterum membrum primæ distinctionis. in qua clare dicit q deus non abominatur potentem nec pauperem, sed tribuit pauperum iudicium: hoc est ita iudicia exercet in pauperes sicut in potentes & econtrario. ☞ Non auferet a iusto oculos suos. Ecce alterum membrum secundæ distinctiõis. in qua manifeste dicit q deus non uiuificabit impium, a iusto autem homine non subtrahet oculos suos. Appellat subtrahere oculos/permittere q iustus affligatur: sicut appellat non uiuificare impium/affligere uitam impii etiam priuãdo quandoq eum uita. et reges in solio collocat in perpetuũ/ & illic eriguntur. Iuxta hebræũ hr̃. et reges ad solium, & fecit sedere eos in perpetuũ & eleuati sunt. Propositis duarũ distinctionũ mẽbris quattuor, declarat illa mixtim/sicut & mixtĩ ꝓposuerat. & inchoat a primo: uz q deus nõ abominat᷑ potẽtes/declarãdo hoc in regib⁹ quo ad tria. primum est q facit eos regnare/dicendo & reges ad solium: subauditur diligit. Secundum est q facit eos regnare in perpetuum, tum durãte eorum uita/tum in successione filioꝝ in regno. Et per hoc significatur q non pœnitet deum fecisse reges. Tertium q eleuauit eos successibus prosperis.

¶ Et si fuerint in catenis: & uinciantur funibus paupertatis. Parui refert q hebraice hr̃. Et si ligati in uinculis: capiẽtur in funib⁹ afflictiõis. Quum declarauit q deus amat potentes, subiungit q etiam eos punit propter eorum iniquitates: ut declaret q deus nõ uiuificat impium. & propterea introducit reges redactos in uincula afflictionis. Et ad differentiam uinculorum corporeorum exponit uincula funes afflictionis: perinde ac si dixisset. & si fuerint afflicti afflictione tali ut nõ possint seipsos liberare a tali afflictione/ quemadmodum uincti nequeunt se a uinculis absoluere. ☞ Indicabit eis opera eorum & scelera eorum: quia uiolẽti fuerunt. Hæc ultima uerba legenda potius iuxta hebraicam literam essent. quia inualuerunt. & ad iniquitates regum referuntur. Ipsa afflictio regum exponit᷑ ab elihu, q est nuncia dei/indicans q inualuerunt scelera regum. ☞ Reuelabit quoq aurẽ eorum ut corripiat: et loquetur. Iuxta hebræũ hr̃. Et reuelauit aurem eorum ad castigationem: & dixit q reuertantur ab iniquitate. Ipsamet afflictio interpretatur ab elihu locutio dei & detectio auris regum ad hoc ut reuertantur ab iniquitate. Et appellat eam detectionem auris, quia prosperitas sæpe est tanq̃ uelamen auris impediens a percæptiõe diuini sermonis: impedit. n. homines ab obedientia diuinorum præceptorum. hoc. n. impedimentum subtrahit afflictio: & propterea dicit᷑ q deus affligẽdo reuelat aurem eorum: ☞ Si audierint & obseruauerint. Parui refert q hebraice hr̃. Si audient & seruient. subauditur deo: hoc est si audierint diuinam monitionem/& humiliauerint se parendo uniuersorum domino ut serui. complebunt dies suos in bono/et ãnos suos in gloria. Legendum est. in dulcedinibus. Certe impium afflictum & pœnitentia iustificatum nõ derelictum a deo describi. ☞ Si autem non audierint: transibunt per gladium/ & consu

mentur in stultitia. Parui refert q̃ hebraice hr̃. in non scire. Ecce nõ uiuificatio impiorum describitur per interitum gladio quo ad pœnam/& per non scire quo ad culpam: quia ve3 non sapuerunt ad hoc ut pœniteret eos scelerum suorum.

¶ Simulatores & callidi prouocant iram dei. Iuxta hebraũ hr̃. Et hypocrite cordis ponent furorem. Non sat fuit elihu declarasse in genere potentum qualiter deus iudicia sua exercet in iustos & impios/sed descendit ad speciem hypocritarum: non ualens se continere a morsu iobis/quem iam pinxerat hypocritam. Et dicit hypocritæ cordis ad differentiam hypocritarum non ex intentione hypocrisis sed ex facto: quales sunt iniqui, multa tamen bona & religiosa opera efficientes non ut fallant alios/non ut appareant boni: hypocritæ.n. cordis & sunt mali & faciunt bona ut appareant et habeantur boni. Ponunt autem furorem diuinum supra se prouocando celerem uindictam diuinam. dicit.n. hoc contra iobem in ætate uirili percussum a deo: ut subiuncta clarius insinuant. neq3 clamabunt quum uincti fuerint. Iuxta hebraũ hr̃. non clamabunt q̃ ligauit eos. Describuntur hypocritæ ligati funibus afflictionis (quemadmodum descripti sunt reges) sed nõ propterea recurrẽtes ad deũ/agnoscendo & confitendo q̃ deus ligauit eos propter ipsorum iniquitates, & ideo pœna eorum subditur. Morietur in tempestate anima eorum: & vita eorum inter effeminatos. Iuxta hebraũ hr̃. Morietur in pueritiis anima eorum: & vita eorum in præparationibus. Accelerationem mortis hypocritarum describit, & quod prius dicit in pueritiis / declarat subiungendo in præparationibus. describitur siquidem immatura ætas a præparationibus, eo q̃ homines in ætate uirili uacant ad hoc ut parent & sibi & filiis & familiæ opportuña. Idem autem significatur per animam & uitam. mordet siquidem iobem / qui dicebat se iam morti propinquum.

¶ Eripiet de angustia sua pauperem: & reuelabit in oppressione aurem eius. Ad perficiendum proposita membra distinctionum/declarat (summarie tamẽ) deum sic se habere erga pauperem quemadmodum erga potẽtes. Et ad duo capita colligit dei officia erga pauperem. alterum est detegere aurem eius mediante oppressione: alterũ est liberare eum ab afflictione. ambo.n. hæc descripta sunt circa reges: & ideo intelligenda sunt ut supra scriptum est.

Igitur saluabit te de ore angusto latissime: & non habente fundamẽtum subter se. Iuxta hebraũ hr̃. Et etiam fecit incitare te ab ore angustatoris/latum non angustum pro ea. Postq̃ elihu credidit se confutasse illa iobis uerba reputauit me inimicum sibi, intendit consequenter confutare alia subiuncta: ve3 posuit in neruo pedem meum. & continuando sermonem inceptum a iudiciis dei erga potentem & pauperem / erga iustum & impium & in specie hypocritam, descendit ad indiuiduum/iobem sc3: & præmia prius/deinde documenta ꝓponit. Quũ itaq3 dixisset tam de potentibus q̃ de pauperibus q̃ deus corripit eos pro iniquitatibꝰ eorum inuitando ad pœnitudinem/& si resipuerint ducent in bonis dies suos, applicat hæc ad iobem/dicendo. & etiam deus fecit te incitare ad resipiscendum ab ore angustatoris: hoc est tanq̃ loquens tibi per os ãgustatoris: hoc est loquendo tibi angustando te tot afflictionibus/ beneficium quod deus confert tam potenti q̃ pauperi detegendo per afflictionem aurem eorum contulit etiam tibi. Simile quoq3 præmium subiungit/

dicendo pro ea afflictione seu angustia erit tibi latum nō angustū: hoc est latitudo absq; angustia aliqua. hoc est enim præmium quod promittit pœnitenti. Et per hoc manifeste significatur liberatio ab omni afflictionis angustia. Et quia non sufficit liberari a malis/sed opus est asseq; bona prosperitatis, adiūgit. requies autē mensæ tuæ erit plena pinguedine. Iuxta hebræū hr. et descendet mensa tua plena pinguedinis. Dictio interpretata descendet/significat descendere non qualitercunq; sed cum quadā suauitate. Et significatur per hoc q; adueniet iobi pedetētim opulentia tāq; suauiter descendens a deo. non. n. promittit q; statim redibit ad opulentiam. Causa tua quasi impii iudicata est. Iuxta hebræū hr. Et officium impii implesti. Dictio interpretata officium/significat id quod cōgruit alicui: uerbi gratia id quod cōgruit ciui/id quod congruit principi/id quod congruit uxori/& sic de aliis: & ppter ea interpretata est officium. nam sensus ē & tu iob impleuisti qđ cōgruit impio. hic. n. sensus optime redditur dicendo & officium impii impleuisti/fecisti plene opera impii. Et hinc inchoat documenta ad arguendum iobem de illis uerbis posuit in catena pedē meum. intellexerat. n. elihu metaphoram iobis q; per hoc significat legem dei. & quoniā interpretatus est q; iob querula uoce assimilauerit præcepta dei catenæ seu compedi, ideo sub specie documentorum utilium ualde homini proponit præcepta dei pertinētia ad principem seu iudicem ciuitatis/qualis fuerat iob. causam & iudicium recipies. Iuxta hebræū hr. officium & iudicium sustentabunt. Si ad cor redieris, non solum sanitatem & opulentiam assequeris/sed etiam ex eo q; implesti officium impii/utilitas hæc proueniet q; officium & iudicium sustentabunt te ne cadas: habebis semper præ oculis officiū pncipis quo fungeris & ius qđ debes dicere/& sic sustētaberis.

Nō te ergo superet ira ut aliquem opprimas. Iuxta hebræū hr. Quia ira/ne quando incitet te in percussione. Adiungit antedictæ sustentationis rationem ex parte dei/quia ira (hoc est iustitia uindicatiua) subaudi manet apud deum & effectum iræ subiungit ne quando percussione incitet te/ad instar iumentorum quæ incitantur ad ambulandum percussionibus. nec multitudo donorū inclinet te. Iuxta hebræū hr. et multitudo precii non faciet declinare te. Documentum alterum ualde necessarium iudici adiungitur/ut non corrumpatur multitudine pecuniæ, & ratio subiungitur. Depone magnitudinem tuam absq; tribulatione: & omnes robustos fortitudine. Iuxta hebræū hr. Nunquid estimabit diuitias tuas: non in auro & omnibus fortitudinibus potentiæ. Ex parte dei reddit rationem quia deus non æstimabit diuitias tuas siue in auro siue in qbuscūq; facultatibus consistentes, sed puniet te si pecunia corrumperis. Ne protrahas noctem: ut ascēdant populi pro eis. Iuxta hebræū hr. Nō cupies noctem: ad incidendum populos pro eis. Documentum tertium tyrannici principatus cupidinem prohibens/proponit. ne cupias nocte (hoc est occulte) operari ad diuisionem populorum ut usurpes loca eorum: hoc est pncipatus quos populi obtinēt liberi. Caue ne declines ad iniquitatē: hāc. n. cepisti seq post miseriā. Iuxta hebræum hr. Caue ne te uertas ad iniquitatē: qa sup hoc elegisti ab afflictiōe. Postremū documētū uniuersale ē/monēs ne redeat ad quācūq; iniqtatē: qa super hoc (scilicet pœnitudine iniqtatis) elegisti liberari ab afflictiōe, alioquin. n. iobē nō resipuisse.

¶ Ecce deus excelsus in fortitudine sua. Iuxta hebræũ hr. Ecce el faciet inualescere in potentia sua. Promittit elihu iobi resipiscenti/ in pmptu fore deũ utentem sua potentia ad faciendum inualescere bonum corporis iobis successib⁹ prosperis. Et addidit hanc promissionem/ quia iob dixerat plagam suam incurabilem. et nullus ei similis in legislatoribus. Iuxta hebræũ hr. quis sicut ipse doctor? Documenta omnia antedicta non sua sed dei esse dicens elihu/ manifestat quorsum hæc dixerit: vꝫ ad insinuandum ꝙ deus legem suam dedit non quasi catenam ad uinciendum homines/ sed tanq̃ doctrinam ad instruendum homines. ¶ Quis poterit scrutari vias eius? Iuxta hebræũ hr. Quis præcepit super eum viam eius? Probat quod dixerat: vꝫ quis sicut ipse doctor. Probat autem primo ex eo ꝙ ẽ doctor supremus: utpote carens præcæptore instruente eũ uiã ei⁹. doctor. n. q pẽdet ex alio/ habet similem: qui autem a nullius pendet instructione / caret simili. aut quis audet ei dicere. Parui refert ꝙ hebraice habetur. et quis dixit operatus es iniquitatem. Probat secundo idem ex eo ꝙ caret dicente sibi operatus es iniquitatem. doctor. n. dupliciter dependere potest: uel quo ad instructiõem uel quo ad authoritatem. & propterea elihu utrãq; dependentiam excludit a deo doctore: & quo ad instructionem quidem dixit quis præcæpit sup eum uiam eius? quo ad authoritatem uero dicit & quis dixit operatus es iniquitatem? Supremus. n. doctor inter homines, quia habet superiorem (puta regem) uel, parem (puta collegam) in officio regiminis/ potest repræhendi: & habet a quo potest audire operatus es iniquitatem. deus autem non solũ ẽ supremus docendo sed etiam principando: & propterea non potest quis ei dicere operatus es iniquitatem. Et insinuatur per hanc superioritatem ꝙ uoluntas dei est ipsa lex: & propterea non potest de⁹ operari iniquitatem. operãdo. n. quod uult/ operatur legitime: & ideo nullus potest ei dicere operatus es iniquitatem.

MEmento ꝙ ignores opus eius. Iuxta hebræũ hr. Memento ꝙ magnificabis opus eius. Incipit elihu arguere iobem quo ad ultimo recitata uerba/ obseruauit omnes semitas meas. & quia uerba hæc tam uera q̃ sancta sunt & irrepræhensibilia, ideo elihu non repræhendit uerba hæc: sed quia iob dixerat hæc uerba ad sui iustificatiõem (ꝙ vꝫ deus nihil in ipso iobe relinquebat impune / & tamen ipse non affligebatur propter iniquitatem) & ista ratio dicendi hæc uerba/ sonat ꝙ iob putauit se plene intellexisse operationem dei qua obseruat omnes uias iobis (alioquin ipse iob non cẽsuisset causam suam iustam) ideo elihu in toto residuo sermonis sui intendit arguere iobem præsumptionis/ ꝙ reputet se plene cognoscere operationem dei qua obseruat uniuersa studia & opera nostra. & ad hoc affert argumẽtum ab operibus dei quæ facit coram omnibus hominibus. Acsi apertius argueret sic. tu nõ plene cognoscis opera dei quæ ad sensum uidẽt omnes homines/ ergo multo minus cognoscis operatiõem dei qua obseruat omnia studia & opera tua: quia ista operatio est spiritualis & secreta ualde. Ad uim itaq; huius argumenti prosequendam affert elihu opera dei in nubibus/ pluuiis/ tonitruis/ coruscatiõibus / uentis/ motu solis &c. Ait ergo memento ꝙ magnificabis opus eius. uis argumenti proponitur dicendo memento ꝙ magnificabis (hoc est ꝙ confiteris te magnipensurum) adeo opus dei ut dicas te nõ plene cognoscere illud. De quo cecinerũt viri. Omnes hoĩes vidẽt eũ: vnusquisq; intuetur

procul. Iuxta hebræũ hr̃. quod viderunt homines. Omnes homines vi
derunt illud: homo intuebitur a longe. Manifestat de quo dei opere loquit̃:
vcȝ de opere exposito oculis hoium sic ꝙ omnes hoies uident illud/ uident autem a lõ
ge. per has. n. conditiones describitur opus dei in nubibus / tonitruis / coruscationibus
& huiusmodi. hæc. n. patent hoibus: & uidentur ab uniuersis/ & uidentur a longe.
¶ Ecce deus magnus vincens scientiã nostram: numerus annorũ
eius inestimabilis. Parui refert ꝙ hebraice hr̃. Ecce el magnus ⁊ nescien⁹:
numeri annorum eius ⁊ non inuestigatio. Propositurus opera dei patentia
omnibus non plene cognita ab hominibus/ inchoat ab ipsius dei fortitudine magnitu-
dine atqȝ duratione ignota nobis. & est sermo de notitia perfecta: ualde siquidem imp-
fecte cognoscit homo diuina. ¶ Qui aufert stillas pluuie: ⁊ effundit imbres
ad instar gurgitum. Qui de nubibus fluunt, que prætexerunt cũcta
desuper. Iuxta hebræũ hr̃. Quia faciet deficere stillas aquarum: stillabũt
pluuia ad nubem eius. Quas stillabunt celi: effundent super hominẽ
multum. Opus dei describitur quod sæpe uidemus: vcȝ ꝙ pluuiæ grossæ deficiunt
cito: incipit. n. describere huiusmodi pluuias a celeri defectu/ dicendo quia faciet defice-
re stillas aquarum. Et prosequitur describendo ipsas aquas a modo, dicens stillabũt plu
uia/ hoc est pluendo. & a materia, dicens ad nubem eius: materia enim pluuiæ est nubes
parens deo. & ab efficiente, dicens quas stillabunt cœli: uirtus. n. supernorum corporum
efficit pluuiam. & a grossitudine/ dicendo effundent. & a loco habitato super quem ca-
dit pluuia, dicendo super hominem multum. Quanuis rectius hæc ultima particula re-
feratur ad festinationem: ut significetur tam festina huiusmodi pluuia ut præoccupet
homines multos in agris & in itinere. Hoc est primum dei opus patens omnibus quod
proponitur non plene intellectum. ¶ Si voluerit extendere nubes quasi ten
torium suum/ ⁊ fulgurare lumine suo desuper: cardines quoqȝ ma-
ris operiet. Iuxta hebræũ hr̃. Etiam num intelliget extensiones nubis/
tumultum vmbraculi eius: Ecce expandit super illam lucem suam:
⁊ radices maris operuit. Alterum opus dei subiungit̃ quo nubes cum tonitruis
extẽsæ operiunt montes tanq̃ manentes/ & non cum ueloci defectu ut in primo opere.
Introducendo autem hoc alterum opus, dicit etiam num intelliget (proculdubio hõ)
ad manifestandum quorsum hæc affert: vcȝ ad hoc ꝙ hæc dei opera non sunt intelle-
cta ab hominibus. Descriptio autem operis non est obscura. clare. n. significatur exten-
sio nubium in tumultu tonitruorum quæ fiunt in umbraculo dei. ipsa nubium extẽsio
appellat̃ umbraculum dei / eo ꝙ ad instar umbraculi super nos paret deo. Describitur
quoqȝ extensio hæc utrinqȝ. ex parte quidem superiore, dicendo ecce expandit super eã
(scilicet nubem) lucem suam: hoc est lucem solis, quæ expansa desuper scribitur eo ꝙ to
ta occultatur nubibus extensis. ex parte uero inferiori dicendo & operuit nubibus ra-
dices maris: hoc est montes. Et appellat montes radices maris, quia intra montes gene
rantur aquæ fluminum quarum congregatio appellatur mare. ¶ Per hoc. n. iudi-
cat populos: ⁊ dat escas multitudini. Parui refert ꝙ iuxta hebræũ uerba sunt
futuri temporis: & pronomen est pluralis numeri. sensus. n. est manifestus. Ad explican
dum. n. ꝙ opera hæc naturalia ordinant̃ a deo ad diuersos fines, dicit qa in eis (pluuijs

ve3 & nubibus) quandoq; iudicat populos puniendo eos/& quādoq; dat cibum mul/titudini: nam quandoq; priuant frugibus & fructibus / quandoq; autem largiuntur. ¶ In manibus abscōdit lucem: & precipit ei ut rursus adueniat. Annunciat de ea amico suo: q possessio eius sit/& ad eam possit ascendere. Iuxta hebraeū hr. Super nubes operuit lucem: & praecepit super eam ad obuiandum. Annunciabit super eum socio eius / acquisitionē etiā super ascendente. Proponit tertio loco opus dei in congregandis nubibus/incipiēs a congregatis, dicendo super nubes operuit lucem. tegitur.n. solaris lux nubibus ne nobis appareat/manens super nubes. Deinde subiungit modum quo congregātur nubes, utendo metaphora sociorum sibiinuicē obuiantium de mādato superioris. describit.n. nubes quasi socios obuiantes sibiinuicem, praecipiente deo ipsam obuiationem annunciando socio ut obuiet alteri/& praeter haec annunciando acquisitionem super ascendēte multitudine uaporum multiplicante nubes. Ait.n. & praecepit super eam (nubem) ad obuiandum: hoc est ut obuiet alteri nubi. annunciabit super eum (sc3 nubem: apud hebraeos.n. nubes mō significatur in masculino gñe & modo in foeminino) socio eius/alteri ve3 nubi ut obuiet socio, acquisitionem etiam / hoc est multiplicationem etiam subsequi annunciat, super ascendente uaporum multitudine. Et uere hoc mō uidemus congregari nubes: ve3 q nubes iā genitae obuiant sibiinuicem/& ex multitudine ascendentium uaporum multiplicantur.

CAPVT .XXXVII.

Super hoc expauit cor meum: & emotum est. Iuxta hebraeum hr. Etiā ad hoc tremet cor meū: & saltabit e loco suo. Subiunctur⁹ elihu opus dei in coruscatiōibus tonitruis & fulminibus, describit cor suum tremens tam uehementer ut quasi saltet e loco suo/ad explicandū effectum tonitruorum in timore hominum: ab hoc.n. effectu incipit. & propterea consequenter adiungit. Audiet auditionem in terrore vocis eius: et sonum de ore illius procedentem. Iuxta hebraeū hr. Audite audiendo in tremitu vocem eius: & loquelam ex ore eius exibit. subauditur quae/& loquelā quae ex ore &c. Alios inuitat ad audiēdum cum tremore uocem dei per tonitruum/& tanq̄ sermonem dei egredientem ex ore eius. Rationem proprii tremoris declarat esse relatiōem ad deū loquentem per tonitrua/inuitando alios ad audiendum cum tremore tonitrua relatiue ad deum. Et dixit hoc ne mollis seu muliebris animi censeretur timens tonitrua. intendit.n. per haec declarare q timor iste relatiue ad deum est rationabilis.

¶ Subter omnes celos ipse considerat. Iuxta hebraeum hr. Subter oēs celos directio eius. Fulmen describitur ab ipsius fulminis directiōe subter omnes coelos. dirigitur.n. fulmen ad loca infima aeris: & propterea dicit subter omnes coelos. loca.n. quae fulminibus percutiuntur, q̄uis relatiue ad nos sint superiora/relatiue tamē ad coelos (inter quos hebraico sermone comprehenditur aer) sunt in infima parte coelorum. et lumen illius super terminos terre. Iuxta hebraeū hr. et lux eius super alas terre. De luce fulguris est sermo, describitur.n. lux fulguris super alas terrae

hoc est apparens in loco in quo uolant aues, ad sensum . n . uidemus apparere huiusmodi coruscationes in illa aeris parte in qua solent aues uolare. ¶ Post eũ rugiet sonitus/tonabit voce magnitudinis sue. Iuxta hebræu hr. Post eũ clamabit vox/cõmouebit eos in voce altitudinis sue. Post apparentiã fulguris describit uox clamans (hoc est tonitruũ) magno sonitu. hebræi . n . tonitrua appellant uoces. Dictio autem interpretata commouebit/significat commotionem seu excitationem non qualemcunq; sed quæ fit a sonantibus tympanis excitantibus multitudinẽ siue ad arma siue ad obuiandũ alicui imminenti periculo & similia. Sonitus ergo tonitrui efficacia describitur/dicẽdo commouebit eos homines in uoce altitudinis suæ: hoc est tanq̃ uox ex celsitudine cui obuiari non potest prodiens. et non inuestigabitur quum audita fuerit vox eius. Iuxta hebraũ hr. et non faciet tardare eos q; faciet audire vocem suam. Dixerat post fulgur clamare uocem: declarat illud post, dicendo q; non faciet tardare homines post uisum fulgur/ expectando q; faciat audire uocem suam. statim. n. post uisum fulgur auditur tonitruum. ¶ Et tu prudens lector intellige hunc ordinem relatiue ad uisum & auditum/ & non secundum res ipsas: quoniam (ut superius etiam diximus) tonitruum fit prius q̃ fulgur, nos autem prius uidemus fulgur q̃ audiamus tonitruum. ¶ Tonabit deus in voce sua mirabiliter: qui facit magna & inscrutabilia. Iuxta hebraũ hr. Commouebit eos el in voce sua: mirabilia faciente, magnitudines & nõ scimus. Actiones fulminum ascribit deo: & primo ipsam commotionem hominum / dicendo. commouebit eos el/deus fortis, in uoce sua/in tonitruo tanq̃ uoce sua. deinde operationem mirabilium quæ fiunt per fulmina / dicendo mirabilia faciente. narrantur enim ualde miranda opera fulminum: puta q; consumit id quod intus in ouo est/illæso cortice, & similia. Mirabilibus quoq; adiungit magnitudines: quoniam non solum mirabilia sed etiam magna efficit fulmen/scindendo magnas turres & alia eiusmodi. Demumq; concludit nostram ignorantiam, dicendo & non scienus/non plene cognoscemus operationem dei per huiusmodi fulmina.

¶ Qui præcipit niui vt descendat in terrã. Iuxta hebraũ hr. Quia niui dicet esto in terra. A tonitruis coruscationibus & fulminibus transit ad niues & continuatas pluuias. Coniunctio quia refertur ad subiunctum finem propter quem deus præcipit niui & pluuiæ. introducit. n. deum dicentem niui & pluuiæ / ad insinuandum q; solo imperio deus efficit: ipse. n. dixit & facta sunt. Quid autem dicit / manifestatur : yes esto super terram. Et hoc idem intellige dici pluuiæ grossæ ac continuæ: de qua subiungitur. et hyemis pluuiis & imbri fortitudinis sue. Iuxta hebraũ hr. et imbri pluuie & imbri pluuiarum fortitudinis sue. Et intellige per imbrẽ pluuiã grossam: nam huiusmodi pluuiã significat dictio hebraica bis interpretata imbri. Grossa igitur pluuia significatur/& continua adiungendo genitiuũ pluuiæ & pluuiarum. ad significandum. n. continuitatem dicitur & imber pluuiæ/repetendo imbrem pluuiarũ. introducit siquidem deum dicentem quandoq; niui quandoq; pluuiæ grossæ ac continuæ/esto super terram. Quod autem subditur fortitudinis suæ/tam ad niuem q̃ ad pluuiam spectat. ingens siquidem utriusq; copia significatur per hoc q; est a diuina fortitudine. ¶ Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli

opera sua. Iuxta hebræū hř. In manu oīs hominis sigillabit, ut sciant omnes homines operis eius. hoc est aliquid operis eius. Effectus siquidem uehementis niuis ac pluuiæ describitur prius quo ad homines/& deinde quo ad animalia agrestia. Et quæ ad homines quidem dicitur q̃ deus sigillabit/hoc est ad instar sigillantis claudet, in manu omnis hominis/hoc est executionem eorum quæ sunt in potestate hominum, ut cognoscant omnes homines aliquid diuini operis. nā siue multitudo fuerit niuis siue multitudo grossæ ac cōtinuæ pluuiæ/impediuntur homines nō solum ab agricultura & militia sed etiam ab itinere & ab executione innumerabiliū negociorum. De agrestibus uero animalibus subiungitur. Ingredietur bestia latibulū suū: & in antro suo morabitur. Sententia clara est.

¶ Ab interioribus egredietur tempestas: & ab arcturo frigus. Iuxta hebræum habetur. Ab aula ueniet auster: & a sparsionibus frigus. Transit ad uentos australem & septentrionalem. per aulā siquidē intelligit polum antarcticum eo q̃ occultatur nobis quemadmodum aula palatii nō patet: polum uero arcticum uocat sparsiones, eo q̃ eius sidera sparsa sunt apud intuitū nostrū. meridionalis aūt uētus ꝓprio nomine significať dicēdo auster: septētrionalis uero ab effectu/dicēdo frigus: frigefacit. n. uētus ille. ¶ Flāte deo cōcrescit gelu: & rursum latissime funduntur aquæ. Iuxta hebræum habetur. A flatu el dabitur gelu: latitudo aquarū in stillatione. Vtriusq̃ uēti effectus describitur. Vterq̃ appellatur flatus dei fortis. & quatenus deus flat a septentrione/dat gelu: quatenus uero flat a meridie/dat latitudinem aquarum in stillatione niuiū quas liquefacit.

¶ Frumentum desiderat nubes: & nubes spargunt lumen suū. Iuxta hebræum habetur. Etiā in claritate fatigabit nubē: sparget nubē lux ei⁹. Trāsit ad opera dei per lucē cœlestē/in qua præcipuū tenet locū sol: q̄uis litera nunq̄ nominet solem sed lucem. Primum autem opus quod attribuitur cœlesti luci/est purificare aerē a nubibus. Et describitur hæc purificatio duabus actionibus: fatigādo uidelicet & spargendo. uigor. n. cœlestis lucis cōsumendo attenuat nubes/& propterea metaphorice dicitur fatigare eas: attenuatas autem etiā consumendo spargit/pro quāto & intercise consumit & pellit eas ad resolutionem. ¶ Quæ lustrāt cuncta per circuitum/quocunq̃ eas uoluntas gubernantis duxerit. Iuxta hebræum habetur. Et ipse circumgyrationibus se uoluit in ingeniis eius. Pronomen ipse demonstrat cœlestem lucem/præcipue in astris erraticis: quoniā in illis præcipue apparet q̃ circūgyrationibus uoluuntur. De uniuerso tamen astrorum ordine uerificātur hæc & subiūcta. ad sensum. n. uidemus astra omnia uolui circūgyrationibus: solo polo excepto, qui immobilis semper apparet. Ingenia autem appellantur tū duodecim signa zodiaci/tum signa alia extra zodiacum: ut utraq̃ ursa & orion &c. Appellantur autem ingenia/eo q̃ ualde ingeniose fabricata sunt huiusmodi sidera quæ signa seu figuras cœlestes appellamus. Et quoniam erratica astra uoluuntur circūgyrationibus in signis zodiaci, ideo de ipsis præcipue uidetur hoc dici. ad omne quod præceperit illis. Iuxta hebræum hř. ad op⁹ eoꝝ/oē quod præcipiet eis. Dixerat & ipse in numero singulari, dicit mō ad opus eorū: ut intelligamus q̃ non de uno cœlesti

T

corpore lucente/sed de multis loquitur. Et reuolutionem astrorum circūgyrantium in figuris suis/dicit ordinari ad opus eorum omne quodcūq; præcæperit deus eis. Nota opus eorum: quia ad differentiam operum non naturaliter conuenientiū astris hoc dicitur. intendit enim in toto hoc tractatu elihu naturalia opera attribuere deo: ut supra scripta clare testantur. **Super faciē orbis terrarū.** Ad limitandum de quo astrorū opere loquitur/adiungit super faciem orbis terrarum: ad differentiam operis astrorum in uiscenibus terræ & in elementis, quæ non fiunt super faciem terræ quam habitamus. ¶ **Siue in vna tribu siue in terra sua: siue in quecunq; loco misericordie sue eas iusserit inueniri.** Iuxta hebræum habetur. **Si in virga/si in terra sua: si in gratia faciet inuenire eum.** Pronomen eum demonstrat ordinem astrorum quæ reuoluentur circumgyrando &c. Et dicit q; deus faciet inuenire eum ad exequendum opus super terram quod præcipiet eis: cum tanta efficacia q; si in uirga (hoc est ad opus iustitiæ) præcipiet/faciet inuenire eum obsequentissimum: & si in gratia (hoc est ad opus gratiæ) præcipiet/faciet inuenire eum obsequentissimum: & si in terra sua (hoc est ad feracitatem terræ quia est sua/hoc est ipsius dei) præcipiet/faciet inuenire eum obsequentissimum. Aduerte prudens lector q; elihu ad tres fines summat opera naturalia circa terram quatenus sunt a prouidentia diuina: uidelicet ad uirgā/ad gr̄am/ad terrā suam. Et uirga quidem siue castigationis siue punitionis/iustitiæ opera comprehendit. & propterea tam uirga q̄; gratia ad merita hominum referuntur: uirga quidem ad castigandum seu puniendum homines pro peccatis eorum/gratia uero ad benigne conferendum bona hominibus iustis. deus enim nec iustis debitor est: sed benemerentibus benignus gratuito est/& scribitur ac dicitur a sapientibus. Medius autem interponitur finis/dicendo si in terra sua: cuū scilicet deus non propter hominum merita/sed ut prouideat terræ suæ: hoc est ut terram quam ipse fecit cuiusue curam habet/gubernet prout decet dominum gubernare res suas.

¶ **Ausculta hec iob: sta & considera mirabilia dei.** Nomen est el. Explicaturus humanam ignorantiam operum diuinorum mirabilium apparentium in cœlis/excitat iobem ad auscultandum ac standum: hoc est ad instar stantis attendendū/& demum ad intelligendum subiuncta opera dei fortis admiratione digna. ¶ **Nunquid scis quando precepit deus pluuiis: vt ostenderent lucem nubium eius?** Iuxta hebræum habetur. **Nunquid scies ponente eloha super eos: & faciendo illustrare lumen nubis sue?** Pronomen eos demonstrat astra circumgyrantia: nubes autem eius/congeries est uaporum quæ appellatur cometes. & describitur non ab inflāmatione sed a lumine/tanq; illuminet a cœlestibus astris: q̄m lumen cometis q̄uis igneū sit, causat tñ ab astro seu sidere cuius apparet quasi coma. Primū itaq; mirabile opus cœlestis lucis apparens omnibus, & fferē cometes minus cognitus/dicendo. nunquid scies eloha/deo gubernante, ponente sup eos/hoc est ordinante & disponente astra: & faciendo illustrare lumen nubis suæ/quæ dicit cometes? quasi dicat minime. Dispositionem qua astra efficiunt cometem/ignorari ab hominibus dicit: & multitudo opinionum testatur q; diuinando loquimur de cometis causa &

effectu. ¶ Nunquid nosti semitas nubium magnas: & perfectas scientias? Iuxta hebræum habetur. Nunquid scies super expansiones nubis: mirabilia perfecto scientiis? Alterum mirabile apparens in cœlis affertur non solum ignotum sed etiam admirādū uiris doctissimis: & est uia lactea, quæ tanq̃ nubes clara apparet in cœlis. circa illam enim etiam aristoteles delirasse uidetur. Ait itaq̃. nunquid scies super expansiones nubis (apparens enim nubes illa expanditur in longum per uniuersum certum circulum cœli / nunq̃ mutando locum: ut ad sensum uidemus) mirabilia etiam homini perfecto scientiis? quasi dicat minime scies. Et tu prudens lector collige effectus quattuor cœlestis lucis propositos: uidelicet consumere nubes/circumgyrando exequi prouidentiam dei super terram / efficere cometem & uiam lacteā. ¶ Nōne uestimēta tua calida sunt, quū perflata fuerit terra austro? Tu forsitan cum eo fabricatus es celos. Iuxta hebræum habetur. Qui uestibus tuis calidis faciendo quiescere terram a meridie. Extendes cum eo ad celos. Estuantem in agricultura fatigatum hominem alloquitur, interrogatiue proponendo ei an concurret cum deo ad faciendum extensionem quæ fit ad cœlos: apertissime ex fatigatione hominis in cultu terræ / confutans uires hominis relatas ad opera dei. Et intendit per hoc ad literam manifestare iobi q̃ quemadmodum uires hominis manifeste deficiunt incomparabiliter relatæ ad opera dei, ita intellectus hominis deficit a notitia operum dei. Homo itaq̃ æstuans hora meridiana propter agriculturæ laborem/atq̃ fatigatus dans illa hora quietem terræ quiescendo paululum ab opere æstiuo tempore, describitur ex eo q̃ calet non solum corpore sed uestibus. fatigatio autem describitur a faciendo quiescere terram: quiescente enim homine fatigato quiescit & terra. æstus autem meridiani temporis qui in diebus longioribus est/describitur a plaga meridionali: propter similitudinem enim effectus significatur tempus caloris a loco unde uenit calor. Ait itaq̃ increpando ac manifeste conuincendo iobem in persona humani generis. qui uestibus tuis calidis es faciendo quiescere terram a meridie (hoc est a tempore æstus) extendesne cū deo ad cœlos? Reuoca ad memoriam scripta in principio genesis iuxta hebraicā ueritatem (scz q̃ deus fecit extensionem a primo mobili usq̃ ad elementum aquæ) & intelliges quid significatur hic dicendo extendes cum eo ad cælos. est enim extensio illa continuatio corporū diaphanorum a primo mobili usq̃ ad hæc infima. qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Iuxta hebræum habetur. fortes sicut speculum fusum. Ad differentiam sphærarum elementarium ignis & aeris (quæ etiam uocantur cœli apud hebræos) dicitur de cœlestibus corporibus fortes sicut speculum fusum: hoc est speculum æreum quod fusorio opere fit. Soliditas fortitudine/perspicuitas per speculum/planicies per fusionem insinuatur corporum cœlestium: & præpositio ad/accumulationem significat. Ita q̃ sensus est / extendesne cum eo etiam ad cœlos fortes sicut speculum fusum, ut tanto excellentius opus dei describeret. humanarum uero uirium infirmitatem describit a fatigatione in agricultura: quia agricultura est prima inter hominum artes: utpote quæ etiam in statu innocentiæ indicta fuit homini / & quam primum exercuit noe egressus de arca.

¶ Ostende nobis quid dicamus illi. Parui refert q hebraice habetur. Fac scire nos qd dicemus ei. Completa argumenti ratiocinatione aduersus iobem tanq̃ præsumentem arrogare sibi notitiam diuini operis quo deus obseruauit omnes uias eius, irridendo dicit iobi fac nos scire quid dicemus deo. Et ad literam tendit directe aduersus iobis desiderium proponendi causam suam coram tribunali diuino / cum fiducia obtinendi sententiam pro se: ut manifeste dixerat in cap. 23. Quod ut plene intelligas, perpende q (ut subiuncta testantur) præsupponit elihu ex suis prædictis operibus dei occultatis humano generi/hominibus habere occasionem proponendi causam coram tribunali diuino: causam inquam eo q iniuste cum humano agi uidetur genere / occultando hominibus opera dei sensibilia. Et ad proponendum hanc litem coram deo, dicit elihu iobi / fac nos scire quid dicemus ei: acsi apertius dixisset tu qui arrogas tibi scientiam defendendi causam tuam coram tribunali dei & uincendi, fac nos scire quid dicendum est deo a nobis in hac communi causa ignorantiæ humanæ/ad hoc ut uincamus & obtineamus sententiam a deo pro nobis: hæc enim tendunt iuxta hebraicam ueritatem subiuncta. nos quippe inuoluimur tenebris. Iuxta hebræum habetur. non ordinabimus a facie obscuritatis. Non irridendo sed serio dicit hæc. Ordinare significat disponere litem & causæ merita texere. profitetur enim elihu q nos (in persona reliquorum hominum) non sumus imitaturi te iobem ad proponendum coram deo litem / a facie obscuritatis: hoc est a persequente nos obscuritate notitiæ diuinorum operum. Et rationem subiungit. Quis narrabit ei que loquar? Iuxta hebræum habetur. Nunquid narrabitur ei quia loquar? Et est ordo literæ: nunquid quia loquar ordinando litem / ideo narrabitur ei? quasi dicat nequaq̃. Vanam ordinationem litis insinuat esse / ex hoc q quantumcunq; dixero non defertur causa ad iudicium diuini tribunalis. etiam si loquutus fuerit homo deuorabitur. Iuxta hebræum habetur. nunquid dixit uir quia destructur? Et est ordo literæ. nunquid quia destruetur homo ideo dixit uir? quasi dicat minime. Et est sensus nunquid ordinauit aliquis litem ex hoc q homo obnoxius est corruptioni. Altera est hæc probatio a simili: q quẽadmodum non litigandum ducimus coram deo de infirmitate ac corruptione corporum nostrorum/ita non est litigandũ de obscuritate cui subiacet intellectus noster.

¶ At nunc non uident lucem: subito aer cogetur in nubes / & uentus transiens fugabit eas. Iuxta hebræum habetur. Et nunc non uiderunt lucem / frustatim ipsa in celis: & uentus transiuit & mundauit eos. Soluit elihu quæstionem: quare scilicet non est locus querelæ ob operum dei occultationem. Et ad ueritatem insinuandam affert similitudinem ex diuerso modo quo uidemus solem in diuersis dispositionibus cœlorum. quando enim in aere sunt nubes frustatim / tunc uidemus solem tanq̃ per frusta: partim enim uidemus & partim non uidemus, quia ipsa solis lux frustatim apparet tunc in cœlis. quando uero transiens uentus mundauerit cœlos a frustis nubium / tunc clare totum uidemus solem. Iuxta hanc similitudinem dicit nos in præsenti uita non uidere deum nisi frustatim (hoc est partim cognoscẽdo & partim ignorãdo lumẽ diuinorũ operũ) post præsentẽ

uero uitã mũda iã a corpore aĩa uidebit deũ clare. Hæc est sentẽtia elihu, cui⁹ similitudi nẽ primo ꝓponit/dicẽdo & nũc existẽtib⁹ frustis nubis in cœlo, nõ uiderũt hoĩes lucẽ so larẽ itegre. Et declarãdo illud nũc simul cũ rõne nõ uidẽdi, subiũgit frustatim ipsa in cœ lis: hoc est quia ꝑ frusta apparet ipsa lux in cœlis. Deinde subiungit alteram partem, di cendo & uentus transiuit & mundauit eos/cœlos a nubibus.

¶ Ab aquilone aurum ueniet: & a deo formidolosa laudatio. Iuxta he/bræum habetur. A sinistra aurum ueniet: super eloha formidato orna/mentis. Dictio interpretata sinistra/proprie significat sinistram: quia tamen hebræi septentrionalem partem appellant sinistram, ideo interpretes transtulerunt ab aquilo/ne. Sed quocunq; modo legatur/sensus in idem redit, applicat siquidem elihu allatam similitudinem ad propositum intellectus humani relatiue ad cognoscendum deum: & prius applicat secundam partem/& deinde primam. Secunda autem pars fuit ꝙ uen/tus transiuit & mundauit cœlos ut uideretur clare sol: applicando hoc ad nos dicit, a sinistra aurum ueniet super eloha: hoc est a morte emerget anima hominis munda ut aurum super eloha/non absolute sed ut uidendo: hoc est emerget munda ut aurum re/latiue ad uidendum eloha/deum gubernatorem ac iudicem omnium. ¶ Vbi prudens lector aduerte ꝙ duo simul officia exercet elihu. Alterum ꝙ intendit cõfutare iobem qui dixerat in cap. 23. ꝙ afflictio eius reddebat animam ipsius mũdam tanq̃ aurum: hac siquidem occasione similitudine auri utitur elihu dicendo ꝙ non afflictio sed mors red/dit animam hominis mundã tanq̃ aurum. Alterũ est ꝙ elihu sectabatur illos qui negat & miserias & pœnas alterius uitæ: putantes quidem animas hominum esse immortales/ sed per mortem mundari a fecibus corporeis & emergere fœlices, isti enim sunt qui in psalmo. 36. introducuntur dicentes filii hominum in tegmine alarum tuarum sperabũt inebriabuntur ab ubertate domus tuæ quoniam apud te est fons uitæ &c. Et in hoc eli hu consentit uerbis iobis in tertio cap. propositis de quiete animarum eorum qui mori/untur infantes/quiete inquã cũ regibus & cõsulibus terræ &c. Apte quoq; mors descrbi tur per sinistram/siue aquilonẽ siue sinistrũ intelligas: quoniam morimur frigore quẽad modũ uiuimus calido: frigus.n. aquiloni attribuitur, & similiter nihil sinistrius morte: quæ priuat hominẽ totius uitæ successibus quantũcunq; prosperis. Quod aũt adiungit formidato ornamentis/insinuat dei excellentiã: ꝙ scilicet anima mũda a corpore uide/bit qdẽ eloha sed nõ tanq̃ sociũ sed in tanto ornatu ut timendus sit ab omnibus, ad in/star siqdem magni principis sedentis cũ magno apparatu ornamentoꝝ ita ut nõ solũ admirationis sed etiã stuporis timorem inferat/describit deus uidendus: & ideo nomi nat eloha formidatus ornamentis. Et per hanc metaphorã significat plenitudo omniũ nobilitatũ ac pfectionũ relucens in deo cũ tanta eminentia ut uenerationẽ maximã infe rat uidentibus. Digne eũ inuenire nõ possumus. Iuxta hebræũ hr. Saddai non inuenimus eum. Applicat primam partem similitudinis ad propositũ, & lo/co lucis frustatim apparentis in cœlis/dicit saddai: & loco eius quod dixerat & nunc non uiderunt lucem/dicit non inuenimus eum. Ratio itaq; quare intellectus humani inquisitio non peruenit ad hoc ut inueniat deum coram/redditur quia deus est saddai: hoc est uincens omnia/ac ꝑ hoc uincẽs inuestigationẽ nostrã, hoc.n. facit ut tanq̃ frusta tim opa ei⁹ cognoscamus. magn⁹ fortitudine & iudicio & iustitia: & enarra/

ri non potest. Iuxta hebræum habetur. magnus potentia & iudicio & multitudine iustitie:non affliget. Quãuis inquit elihu frustatim non inuenerimus deum ut haberemus eum coram, cognoscimus tamen q̃ est magnus & potentia & iudicio & multitudine iustitiæ executiuæ.& propterea quantum est ex parte sua non affliget: hoc est non affliget hominem non merentem affligi quia ei placet affligere illum. Et dicit hoc directe contra iobem/qui in cap.23.attribuerat afflictionem suam uoluntati dei.contra hoc enim directe dicit elihu q̃ deus non solum est magnus potentia (ut possit facere quicquid uult) sed est magnus iudicio & multitudine exequendæ iustitia: & propterea quantum est ex parte sua non affliget/sed iudicio duntaxat & iustitia exigente.

¶ Ideo timebunt eum viri: & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes. Iuxta hebræum habetur. Ideo timebunt eum homines: non videbit omnes sapientes corde. Sæpe hebræi utuntur singulari cum plurali:& ideo hic scribitur omnes sapientes non uidebit / pro non uidebunt. Ratio autem constructionis eorum redditur ex sensu: aiunt enim sensum esse q̃ nullus sapiens uidebit. Concludit itaq; elihu ex dei conditionibus declaratis q̃ ideo timebunt eum homines/quia vz est magnus potentia iudicio & multitudine iustitiæ: & ideo quia scilicet est saddai/non uidebit eum quicunq; sapiens corde:hoc est non perueniet inuestigando ad hoc ut uideat eum. Et sic cõcludit cõtra ipsum iobem:quem putabat elihu non timere deum/& cupientem uidere deum ad proponendũ causam suam coram tribunali eius. ¶ Aduerte prudens lector q̃ argumentũ elihu contra iobem quo ad hoc q̃ iob profitebatur se nosse q̃ deo scrutante eum ipse erat iustus/ualidum est infra limites naturalis notitiæ sistendo:delicta enim quis intelligit? Nec scio excusare iobem/nisi dicendo q̃ iob ex diuina reuelatione cognouerat q̃ afflictio eius illata ei fuit non propter peccata sed ad probationem:quod uerba ipsius superius insinuant/dum dicit q̃ deus præsciebat q̃ ipse iob non esset peccaturus in hac afflictione in ca. 10. q̃ mundatur ut aurum in ca. 23. contra hanc siquidem notitiam non militat argumentum elihu ex hoc q̃ opera dei sunt nobis occulta.

CAPUT XXXVIII.

Respondens autem dominus. Iuxta hebræum habetur. Et respondit iehouah iob de turbine. Hactenus locuti sunt homines, nunc incipit loqui deus. Et introducitur respondens nõ cuicũq; sed iobi/ eo q̃ iob direxerat sermonem suũ ad deum:ut patet in ca. 13. introducitur enim deus tandem respondens iobi prouocanti eum. Et nominatur iehouah/ eo q̃ quatenus dat esse rebus loquitur subiuncta. Describitur autem respondens de turbine/ad insinuandum q̃ respondet ad instar principis increpantis cum indignatione: & dixit. Modus quo deus dixit subiuncta iobi/non est scriptus. rationi tñ consentaneum est q̃ fuerit sermo iste tam prolixus/in somnis uel in ectasi, apparente iobi deo in forma indignati increpando eum/dicendo subiuncta. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Iuxta hebræum habetur. Quis iste/obscurans consilium in verbis absq; scire. Antẽq̃ increpet iobem/dicit iobi de

elihu qui tam longo sermone locutus fuerat in fauorem dei quis iste. Non interrogando sed arguendo dicit quis iste/ad insinuandum q ipse deus non misit eum ad loquendum in fauorem sui:ad insinuandum q quantũ ad officium loquendi pro deo/non approbatur ab ipso deo sed reprobatur dicit quis iste. Ratio autem reprobationis subiungitur/dicendo obscurans consilium in sermonibus absq; scire. De diuino consilio circa præmia & pœnas hominum est sermo: & dicitur q elihu obscurat illud sermonibus ab q; scire illud. Relege dicta ab elihu, & perpendes ueritatem hanc. elihu siquidem multos ueros sermones protulit:tum q deus nouiter loquitur non mutatus ipse sed mutatione interueniente in nobis: tum q deus nulli facit iniustitiã: tum q opera dei sunt occulta hominibus sic q partim cognoscuntur & partim ignorãtur. sed sermones illi quantuncunq; ueri, quia fuerunt absq; notitia diuini cõsilii circa præmia & pœnas hominum, ideo tendunt ad obscurandum diuinum consilium circa præmia & pœnas hominum. Consilium siquidem diuinum quod ab æterno conclusit apud seipsum & in tempore reuelauit/est reseruare præmia & pœnas hominum in uitam alteram: & hoc loquendo de præmio & pœnis simpliciter & absolute/uerissimum est. elihu aũt sermones reddunt hominibus obscurum hoc consilium: quoniã ad inferendum oppositum proferuntur: uidelicet ad asserendum q aduersitates & prosperitates præsentis uitæ/sunt simpliciter & absolute pœnæ pro peccato & præmia pro iustitia hominum, merito ergo reprobatur elihu locutus in fauorem dei. Oportuit autem ante increpationem iobis reprobare elihu locutum pro deo/ad insinuandum necessitatem ut deus loqueretur, ex hoc enim q elihu qui pro deo locutus fuerat male gessit officium pro deo, oportuit deum ipsum respondere pro seipso iobi:& propter hanc rationem reuelat iobi reprobationẽ elihu. ¶ Hãc expositionem excogitaui/secutus intelligentes hæc uerba dicta de elihu: sed quia in capitulo ultimo respondens iob deo resumit hæc uerba/ideo hæc dei uerba de ipso iobe dici intelligo, ita q deus ad iobem loqui incipit de ipso iobe in tertia persona, arguendo ipsum de inscitia quidem uerborum in genere/sed de dãno diuini consilii obscurati in specie. Anteq; enim descendat ad ipsa uerba in specie/arguendo manifestat nocumentum illatum ex uerbis iobis cõsilio diuino: uidelicet q uerba eius sine scientia dicta obscurant diuinum consilium de præmio & pœna humanarum actionum. uerba enim iobis multa (ut infra patebit) fuerunt scandalosa: utpote habentia speciem mali:& propterea quantum in ipsis erat/reddebant obscuram ueritatem diuini consilii quam profitebatur iob: scandalizati enim impediuntur & retrahuntur a doctrina scandalizantis. Et quia in uerbis iobis scandalum nascebatur ex arrogantia scientiæ qua homo caret (scientiæ uidelicet sufficientis ad disputãdum cum deo/scientiæq; peccatorum propriorum imputatorum ipsi iobi a diuina iustitia) ideo dicitur in uerbis in non scire seu absq; scientia.

Accinge sicut vir lumbos tuos. Deficit aduerbium nunc: legendum est. Accinge nunc sicut vir lumbos tuos. Dictio interpretata uir/significat uirum qualificatum: puta uirum strenuum. Deus indignati more inuitat iobem: & irridendo eũ dicit ei accinge nunc sicut uir strenuus lumbos tuos, perinde ac si dixisset/arma nunc te armis tuis sicut uir strenuus ad cõmittendum duellum mecum. cingere enim lumbos ad instar uiri strenui/est præassumptis armis defensiuis accõmodare cn-

ſem lateri. ad duellum ſiquidem literariũ quod ipſe iob propoſuerat ueniens deus/im-
properando iobi ſtrenuitatem eius dicit accinge nunc ſicut uir ſtrenuus lumbos tuos &
ueni ad duellum. dicenti enim iobi in cap. 13. cupio diſputare cum deo, reſpondet de-
us accinge nunc ecce tempus duelli a te concupiti: ecce uenio ad literarium duellum te-
cum, accinge nunc/lumbos/arma te ſcientiæ tuæ armis. **Interrogabo te & reſpon**
de mihi. Iuxta hebræum habetur. **Interrogabo te & fac ſcire me.** Iob in dicto
capitulo nõ ſolum dixit diſputare cum deo uellem, ſed etiam obtulit deo optionem ut
uel arguentis uel reſpondentis officium eligeret/dicendo uoca & ego reſpondebo uel lo
quar & reſponde mihi: & ante hæc uerba præmiſit noui q᷑ ego iuſtificabo. Ad hæc itaq᷑
deus reſpondet eligendo officium arguentis/dicens interrogabo te. Et increpando cum
ironia arrogantiam uincendi/ſubiũgit & fac ſcire me: hoc eſt & doce me. Perpende hic
prudens lector peccatum iobis/contra quod deus tanq᷑ indignatus loquitur: ut ſimul
intelligas quo tendit tam prolixus dei ſermo. in iſtis ſiquidem primis uerbis proponit
peccatum iobis commiſſum dicendo illa uerba ſcripta in cap. 13. peccauit ſiquidem
iob ſpecie arrogantiæ: non dico q᷑ peccauit arrogantia/ſed q᷑ peccauit ſpecie arrogan-
tiæ. Declaro ſingula. non peccauit arrogantia/arrogando ſibi ſcientiam non ſolum pa
rem ſed præualentem ſcientiæ dei: hoc enim tam ſtultum atq᷑ blaſphemũ eſt ut nec co-
gitabile ſit. peccauit autem ſpecie arrogantiæ, quia uerba eius pre ſe ferunt arrogãtiã/
q᷑a uerba eius ſuapte natura ſunt uerba arrogãtis. q.n. cupit diſputare cũ aliquo/& dat
ei optionem arguendi uel reſpondendi dicendo q᷑ uincet, proculdubio uerba ipſa ſo-
nant arrogantiã tantæ ſcientiæ ut ſuperet diſputando/quãtũcũq᷑ intentio dicentis hæc
uerba non ſit arrogare ſibi tantam ſcientiam. Contra illud igitur præceptum ab omni
ſpecie mali abſtinete uos, peccauit iob/officium arrogãtis in uerbis ſuis exercens. quod
peccatum tanto grauius fuit/quanto relatiue ad deum uerba arrogantiæ dicta ſunt.
¶ At ſi dixeris q᷑ deus intuetur cor/& uidit quo animo iob uerba illa dixit, reſpondebi
mus q᷑ deus non repræhendit intentionem/ſed uerba publica habentia ſpeciẽ arrogan
tiæ ſcientiæ tantæ q᷑ diſputando cum deo obtineret in cauſa ſua. ſcandaloſa ſiquidem
erant hæc uerba: & propterea non poſſunt excuſari a peccato. Hoc eſt igitur peccatum
iobis quod hic repræhenditur: & ꝓpterea irridendo improperat ei deus & fac ſcire me.
Et quia diſputatio ſuapte natura inter pares eſt (ut ipſemet iob confeſſus fuit in cap.
16. in cuius ſignum doctores dedignantur diſputare cum non doctoribus) ex hoc ipſo
q᷑ iob obtulit ſe diſputaturum cum deo, non nullam paruipenſionis dei ſpeciem incur
rit: ita q᷑ peccatum eius non ſolum offendit eminentiam ſcientiæ diuinæ / ſed annexam
habuit offenſionem excellentiæ dei. Et hinc colligitur quo tẽdit ſermo diuinus qui ſub-
iungitur. tendit ſiquidem ad confutandum arrogantiam ſcientiæ & paruipenſionem
excellentiæ dei: uerba.n. iobis utriuſq᷑ mali ſpeciem habebant.
¶ A confutatione itaq᷑ utriuſq᷑ inchoat/dicendo. **Ubi eras quando ponebam**
fundamenta terræ? Iuxta hebræum habetur. **Ubi fuiſti fundante me ter-**
ram? Quia corpus hominis ex terra conſtat/& habitatio hominis in terra eſt, conuin-
citur homo q᷑ non erat fundante deo terram: & ex hoc directe confutatur paruipenſio
dei. Dicit autem fundante me terram/hoc eſt a fundamentis conſtruente me terram. in-
tendit enim deſcribere ſeipſum ad inſtar artificis ædificantis domum feciſſe terram non

secundum partem sed totam:& propterea dicit fundante (hoc est a fundamentis construente)me terram. Indica mihi si habes intelligentiam. Iuxta hebræum habetur. annuncia (si nosti) intelligentiam. Ad confutandam arrogatam scientiam dicit annuncia intelligentiam si nosti:hoc est si tanta polles scientia/annuncia intelligentiam huius quæsiti: uidelicet ubi fuisti fundante me terram. quasi dicat cum nõ possis intelligere ubi fueris (nisi in mente mea) agnosce teipsum. Quis posuit mensuras eius si nosti? Legendum est. quia scies? Vt dictum est/constructio terræ describitur ad instar ædificandæ domus:cuius primo decernitur quantitas secundũ omnes dimensiones.ad hoc enim spectat quod dicitur quis posuit mensuras eius/scilicet terræ mensuras secundum longitudinem latitudinem & profunditatem:quis decreuit & dedit terræ certam longitudinem/certam latitudinem/certam profunditatem? Solius enim opificis summi opus est hoc/consequens ad certas mensuras totius uniuersi. si enim deus fecisset uniuersum maius aut minus, terram quoq; secundum omnes dimensiones fecisset maiorem aut minorem: quoniam debet esse proportionata uniuerso. Adiungit autem quia scies/ut intelligamus q; ad confutandum arrogantiam scientiæ hæc dicit. Et est sensus quia uerba tua arrogant scientiam ad disputãdum mecum. & propterea utitur uerbo futuri temporis: disputatio enim imminebat. Vel quis tetẽdit super eam lineam? Positis mensuris domus/extendit artifex lineam seu filum ad recte ædificandũ.& iuxta hãc similitudinem dicit deus uel quis extendit super eam (id est terram ædificandam) filum/tanq̃ regulam ædificationis. Et ad literam describitur creatio terræ similis ædificationi domus: ad insinuandũ q; terra facta est ab agente a proposito/q; facta est a deo ut artifice/q; facta est secundum singulas eius conditiões artificiose. Ipsa itaq; moderatio corporeæ molis generabilis & corruptibilis/qua grauissima portio eius directa est ad locum uniuersi infimum,linea fuit in constructione terræ. Super quo bases illius solidatæ sunt? Legendũ est. defixę. seu. suffundatæ sunt? dictio enim hebraica significat poni in fundo. In ædificationesiquidem domus foditur terra faciendo fossam quousq; inueniatur solidum quid/ super quod fundamenta domus iaciantur.ad hanc siquidem similitudinẽ dicitur super quo bases terræ defixæ seu suffundatæ sunt: quod est dicere super quo sustentatur terra. & hoc proculdubio est centrum mundi. aut quis demisit lapidem angularem eius? Parui refert q; hebraice habetur. Vel quis iecit lapidem ad angulum eius? Primus lapis qui iacitur ædificando domum/est lapis ad angulum in imo fundamenti.ad cuius similitudinem dicitur de terra quis iecit lapidem ad angulum eius: hoc est quis fundauit terram:iaciens enim primum lapidem est fundator. Et sic quod primum proposuerat quasi indistincte/dicendo fundante me terram,declarauit distinguendo per partes quattuor:uidelicet mensuras/lineam/soliditatem & lapidem primũ. Et quia ipsa fundatio terræ assimilata iactui primi lapidis non præcessit constructionem totius terræ/quemadmodum iactus primi lapidis præcedit integritatem ædificii (terra enim tota simul creata est)ideo iactus primi lapidis in creatione terræ fuit creatio terræ ab imo usq; ad summum. partes enim in centro sunt tanq̃ lapis primus relatiue ad partes superiores:utpote tanq̃ partes immediate super fundamẽtum positæ ad sustentandum alias. Quum me laudarent simul astra matutina: & iubi-

larent omnes filii dei. Iuxta hebræum habetur. Cantantibus simul stellis mane: & iubilauerunt omnes filii elohim. Non est in hebræo pronomen me: & genitiui casus est mane: & dictio interpretata iubilauerunt/significat sonũ festiuum. prosequitur enim metaphoram ædificationis palatii, alludendo consuetudini qua con sueuerunt adesse musici cum festiuo tam cantu q̃ sono/quãdo princeps iacit primum palatii lapidem: consueuit enim actus ille fieri cum magna celebritate & festiuitate. ad hanc similitudinem dicit deus iecisse se primum lapidem/cantantibus astris mane & festiuo sono gaudentibus omnibus filiis elohim. ¶ Sed occurrit hic quæstio quadruplex. Prima est quomodo uerificatur cantus astrorum in creatione terræ: quum scriptum sit tum q terra creata est simul cum cœlo/dicente moyse in principio creauit deus cœlum & terram: tum q stellæ creatæ sunt post terram / dicente eodem q factæ sunt quarto die. Secunda est quare potius fit mentio stellarum mane q̃ aliarum. Tertia est quid secundum ueritatem fuerit tam cantus stellarum q̃ sonus festiuus filiorum elohim. Quarta est qui sint filii elohim. ¶ Solutio primæ est q cœlum terra & astra creata sunt simul tempore/sed non simul natura. cœlum enim cum astris creatum est prius secundum ordinem naturæ q̃ terra, secundum autem ordinem temporis creata sunt simul. quum dicitur itaq in principio creauit deus cœlum & terram / significatur q simul tempore creata sunt: quum autem hic introducuntur in fundatione terræ astra cantantia, significatur ordo naturæ/q prius naturæ ordine sunt astra q̃ terra. Ad id uero quod obiicitur ex opere quartæ diei/respondetur q non est ibi sermo de astris quo ad substãtiam sed quo ad officia quædam, ut ibidem declarauimus: hic autem significantur astra secundum substantiam priora terra secundum naturæ ordinem. ¶ Solutio secundæ est q per stellas mane/circũloquendo significatur motus primus, qui est motus primi mobilis/qui appellatur motus diurnus quo mouentur astra omnia ab oriente in occidentem. & propterea significatur a stellis mane: hoc est a motu stellarum quo mouentur a mane/hoc est ab oriente. per hoc enim insinuatur ratio faciendi terram relatiue ad cœlestia corpora. Ex hoc enim q cœlum est mobile circulariter/oportuit esse terram: quia oportuit esse centrũ naturale circa quod cœlũ moueretur. solus autem primus motus cõmunis est cœlis omnibus: & propterea illius tanq̃ præcipui & cõmunissimi fit mentio per stellas mane. ¶ Solutio tertiæ est q per cantum & sonum astrorum in creatione terræ significatur consecutio boni proprii: hoc est q astra cõsequuntur proprium bonum ex terra ut naturali centro circa quod mouentur. operatio enim astrorum est bonum eorum: quia unaquæq res naturalis perficitur suo proprio opere. & astrorũ operatio per motum exercetur circularem circa terram ut cẽtrum: ideo cantantia ac personantia introducuntur in creatione terræ tanq̃ gaudentia, quia assequũtur proprium bonum habendo centrum circa quod moueãtur. ¶ Et hinc patet solutio quartæ/q per filios elohĩm significãtur astra omnia: quoniam motus omnium astrorum proprii sunt etiam circa terram tanq̃ centrum. nam tam motus planetarum q̃ octauæ sphæræ ab occidente in oriens est circa terram ut centrum: & propterea materia gaudii astris omnibus fuit fundatio terræ. Appellantur autem astra filii elohim/hoc est dei gubernãtis: quoniã nihil per accidẽs nihil inordinati circa opa eorũ permittitur, sed sunt sub gubernatiõe dei tanq̃ filii. qua ẽt metaphora usus est postea aristoteles in sua metaphysica.

¶ Quis conclusit ostiis mare/quando erūpebat quasi de vulua procedens? Sententia redditur: sed quoniam materia ardua est & uerba sunt dei, referenda est hebraica litera. Et obstruxit in ostiis mare: in exire suo/de vulua exibit. Trāsit a terra ad mare. ut autem hæc facilius intelligas/reuoca ad mentem scripta in principio genesis de productione maris: uidelicet q̄ elementum aquæ creatū est super terram cooperiendo illam undiq; / & q̄ dixit deus congregentur aquæ in locum unum & appareat arida &c. Hoc idem mysterium narratur hic sub metaphoris. nam eleuata terra super aquas maris/apellatur ostia & seræ:& congregatio aquarū in locum unū ad hoc ut appareat arida/appellatur exitus de uulua. Ita q̄ locus in quo creatum fuit elementum aquæ/appellatur uulua:eo q̄ quemadmodū uulua est locus in quo concipitur ac primo fit proles,ita locus ille quia primus naturalis est locus elementi aquæ/ideo appellatur uulua. Itaq; ex hac parabola discimus q̄ quemadmodū proles habet duo loca naturalia (alterum in quo primo fit/& hoc est uulua: alterum post egressum de uulua)ita elementum aquæ habet pro suo primo naturali loco situm super totam terram, & tanq̄ pro loco secundario habet locum in quo est mare. Continuatur itaq; litera dicendo & obstruxit/cum præcedenti quum dixerat quis iecit lapidem. adiungitur enim illimet relatiuo & obstruxit ostiis mare quis iecit &c. & obstruxit:ad insinuandum q̄ hoc refertur ad idem: uidelicet ubi fuisti quando ego feci terrā & obstruxi mare &c. Tanq̄ uiolenta describitur detentio maris ne operiat terram/dicendo & obstruxit in ostiis(hoc est apponendo ostia ad concludendū)mare ne exeat ad operiendum terram iterum. significatur enim per hanc obstructionem q̄ non penitus naturalis est locus iste maris elemento aquæ. Tempus autem obstructionis explicatur dicendo in exire suo. Et ne relinquatur ambiguum de quo exire est sermo,declaratur subiungendo de uulua exibit: perinde acsi dixisset quis apposuit ostia mari exeunte ipso de uulua: hoc est de loco suo primo naturali in quo factum fuit? tunc enim obstruxit deus mare ostiis terræ eleuatæ super illud. ¶ Quum ponerem nubem vestimentū eius: & caligine illud quasi pannis infantie obuoluerem. Prosequutio est metaphoræ prolis egressæ de uulua. induitur enim & fasciatur:iuxta hanc enim metaphoram describitur mare indutum nube & fasciatum caligine. Et significatur per hoc ad literam eleuatio mixtorum imperfectorum(qualia sunt nubes & caligo) secuta obstructionem maris. Et dicitur hoc ad differentiam elementi aquæ positi in suo primo loco. tunc enim nec nube nec caligine tegebatur: quia nullum tunc mixtum erat: sed congregata aqua in locū unū/eleuati sunt uapores ab ipsis aquis in nubes & caliginem.

¶ Circūdedi illud terminis meis. Iuxta hebræum habetur. Et fregi super eo statutum meum: & posui vectem & ostia. Manifestat deus q̄ naturale statutum de locis elementorum a se factum, ipsemet fregit congregando aquas in locum unum & eleuando terram. naturalis siquidem elementorum ordo erat ut aquæ cooperirent undiq; terram/secundum quem situm creauerat deus in principio elemēta pura: & propterea dicit se fregisse statutum suū de naturalibus purorum elemētorum locis. Nec hinc intelligas ordinem temporis/sed ordinem naturæ: quoniā aquæ elementum non prius secundum tempus/sed prius secundum naturam fuit purum elementū operiens elementū terræ: & postea fuit tam aqua q̄ terra in ista dispositione in qua utrūq;

conſpicimus/propter mixta diuerſorum generũ quæ puris exiſtentibus elementis non eẽnt. Et tu prudẽs lector hinc habes ꝙ locus maris nõ ẽ omnino naturalis locus elementi aquæ/ſed habet aliquid præternaturale. hoc enim ſonat ſermo iſte diuinus dicendo & fregi ſuper eo ſtatutum meum/hoc probat ratio naturalis ordinis elementorum. Et ſecundum rectam philoſophiam dicendum eſſet ꝙ quia tam terra ꝙ̃ aqua eſt elementum mixtum, ideo utriuſqꝫ loca habent aliquid præternaturale relatiue ad loca purorũ elementorum. terra enim ſecundum aliquas partes eleuata eſt ſupra locum terræ puri elementi: aqua uero depreſſa ac pulſa eſt ſecundum multas ſui partes a loco naturali aquæ puri elementi. ¶ Modus autem quo deus fregit ſtatutum ſuper elemento aquæ/ explicatur dicendo & poſui uectem & oſtia: hoc eſt oſtia firmata uecte, quæ (ut diximus) ſunt partes terræ eleuatæ ſupra mare. hæ enim concludunt mare ne operiat terram/quemadmodum oſtia bene firmata retinent concluſos ne poſſint exire. ¶ **Et dixi/huſcuſqꝫ venies & non procedes amplius: & hic cõfringes tumentes fluct⁹ tuos**. Sententia redditur: & clara eſt. ad manifeſtandum enim quæ ſint oſtia uecte firmata/deſcribuntur partes terræ terminantes mare: quas non poteſt mare transgredi/ eo ꝙ celſiores ſunt: & ꝓpterea ad eas colliduntur fluctus maris.

¶ **Nũqd poſt ortũ tuũ præcepiſti diluculo**. Iuxta hebræũ hr̃. **Nũqd a diebus tuis præcepiſti mane**. & datiui caſus eſt mane. Perpẽde ordinẽ ſermonis diuini. primo quæſiuit ubi fuiſti quando fundabã terrã & obſtruxi mare: modo cõſequenter quærit nunquid a diebus tuis. Primum confutauit pro tempore quo hõ nõ erat: mõ cõfutat pro tempore quo homo iam eſt/dicendo nunquid a diebus tuis. Rurſus de creatione terræ loquutus eſt abſolute, de aqua uero loquutus eſt relatiue ad mixta: proſequitur conſequenter de diuiſione diei a nocte relatiue ad politicam uitam hominum. Et intentio huius particulæ eſt ꝙ deus ordinauit diem ad hominum uitam ciuilem: in qua iniqui puniuntur ſic ꝙ occulte iniqui abſcondunt ſe adueniente die, audaces aũt qui non ſe occultant puniuntur. hæc eſt ſententia huius particulæ iuxta hebraicũ contextum. Ait itaqꝫ nunquid a diebus tuis (hoc eſt unꝙ̃) præcæpiſti mane: hoc eſt ut fieret mane, quod ſuccedit nocti/quod eſt prima pars diei. **oſtendiſti auroræ locum ſuum?** Aurora initiũ eſt mane: locus autem auroræ diuerſus eſt diuerſis temporibus ſecũdũ latitudinẽ a tropico cancri ad tropicũ capricorni: & diuerſimode in loco durat ſecundum diuerſitatẽ ſignoꝝ aſcendentiũ. aſcendentibus enim ſignis recte meantibus quæ ſunt a cancro uſqꝫ ad ſagittarium/auroræ longæ ſunt: breues autem/exiſtente ſole in alijs ſignis oblique aſcendentibus. & propterea de loco auroræ dicitur homini/nunquid indicaſti auroræ locum eius. Et in his duobus confutatur tum potentia tum ſcientia hominis. ¶ Aduerte prudens lector non ſolum finem ſeu utilitatem præcæpti quæ ſubiungitur/ſed ante omnia rem præcæptam: uidelicet diſtinctionem diei a nocte, ſignificatam dicendo præcæpiſti mane/oſtendiſti auroræ locum ſuum. nam diſtinctio diei a nocte/non ſolum excedit humanum imperium ſed etiam humanam ſcientiam: quia cauſa diſtinctionis diei a nocte/eſt certa ac determinata quantitas diſtantiæ terræ a ſole qui mouetur circa terrã. quũ enim nox nil aliud ſit ꝙ̃ umbra terræ, perſpicuum eſt ꝙ ſi ſol eſſet propinquus terræ illuminaret ſemper terram ex omni parte/& nulla fieret umbra terræ: ac per hoc nulla nox. Quare autem ſol & terra diſtent tanta quanti-

tate distãtiæ & nõ maiore uel minore/excedit uires humanæ notitiæ. Hoc est ergo primum mirabile in re de qua dicitur nunquid præcæpisti &c. ¶ Nunquid tenuisti concutiens extrema terre: ⁊ excussisti impios ex ea? Iuxta hebræũ habet᷑. Ad apprehendendũ alas terre: ⁊ excutietur impii ex ea. Vbi clare uides ꝙ non est altera particula/sed prosequutio inchoatæ. describitur enim aurora progrediens ad appræhendendũ superiores partes aeris prope terrã in quibus cõsueuerũt uolare aues: partes enim illæ illustrantur priusꝗ̃ terræ solum oriente sole. Et appellantur alæ terræ/quia aues terræ per illas uolare solent. ¶ Et quia illa hora fugiunt impij qui nocte operantur mala (iuxta scripta superius in cap. 24.) ideo subiũgitur & excutientur impij ex ea. Effectus primæ partis diei describitur excussio impiorꝫ de terra. quod ad literã uerificatur de terra ciuiliter habitata: quoniã ij tũc occultant seipsos timentes gladium politici regiminis. ¶ Restituetur ut lutũ signaculũ: ⁊ stabit sicut uestimentũ. Iuxta hebræũ habetur. Vertet se sicut lutũ sigillũ: ⁊ statuent se sicut uestimentũ. Quales suntimpij de quibus loquitur/describit duabꝰs similitudinibus. Altera est ꝙ multitudo eorꝫ simul seipsos sustentat quemadmodũ lutũ quũ uertitur. quũ.n. uertitur lutũ, fit aceruus seu tumulus sic ꝙ indifferenter pars sup partem ponitur/indifferenter pars partem sustentat. iuxta hanc similitudinem describitur sigillũ/hoc ẽ cõiuratio secreta impiorꝫ, ꝙ uertũt seipsos sicut lutũ/hoc est ad indifferenter sustentandũ seipsos sicut partes luti uoluũtur. Altera est ꝙ statuẽt seipsos sicut uestimentum. uestimentũ.n. accõmodatur corpori quod uestitur: & cõiuncti simul impij statuũt ut quilibet accõmodet se alteri/ut quilibet sit uelut uestis alterius, ita ut nulla oriatur discordia inter eos. ¶ Auferetur ab impiis lux sua: ⁊ brachium excelsum confringetur. Parui refert ꝙ legendum esset. Et prohibebitur ab impiis lux eorum. altera uero particula integre redditur. Modus quo excutiuntur impij adueniente die/ explicatur dicendo duo. Alterum ꝙ prohibebitur ab impijs lux eorum. lux impiorum nox est / idonea ad maleficia: & quia lux diurna tollit noctem / ideo prohibere dicitur lucem impiorum. Alterũ est ꝙ brachium excælsum frangetur. quo significatur punitio impiorum/ qui sunt uelut brachium excælsum: hoc est qui audent in die operari mala. Vtriꝗ itaꝗ impij excutiuntur a diurna luce: illis tollendo cõmoditatem faciendi malum/istos autem puniendo.

¶ Nunquid ingressus es profundum maris: ⁊ in nouissimis abyssi deambulasti? Iuxta hebræum habetur. Nunquid uenisti usꝗ ad tricas maris: ⁊ in inquisitione abyssi iuisti? Transit ad iter in mari: & prius relatiue ad profundum maris / deinde relatiue ad superficiem eiusdem, confutando per primum potentiam & per secundum scientiam hominis. Duo itaꝗ loca sub aquis inaccessibilia describuntur. alter est in quo concurrentibus e diuersis meatibus aquis fit aquarum commixtio / altera alteram intersecante: huiusmodi enim intricatio aquarum hebraica dictione significatur. Alter est profunditas uoraginum existentiũ in mari: & hic appellat᷑ abyssus/ille uero tricæ. ¶ Nũqd apte sunt tibi porte mortis: ⁊ ostia tenebrosa uidisti? Iuxta hebræũ hr̃. Nũqd patefacte sunt tibi porte mortis: ⁊ portas umbre mortis uidebis? Nauigãti homini i supficie maris/ duo occulta describunt᷑: alterũ portæ mortis/alterꝫ portæ umbræ mortis. Differẽtia

inter portas mortis & portas umbræ mortis/consistit in hoc q portæ mortis sunt pe-ricula maris ducentia ad mortem: portæ uero umbræ mortis sunt pericula maris præ se ferentia imminentem mortem/non tamen ducentia ad illam. Vtriusq periculi tem-pus si non lateret nauigantes/securi nauigarent: sed quia latet eos/incidunt in illa. Nunquid cōsiderasti latitudinem terre: indica mihi si nosti omnia. In qua via lux habitet: & tenebrarum quis locus sit. Iuxta hebræum ha betur. Intellexisti vsq ad latitudines terre: annuncia si nosti totam ipsam. Vbi ista via habitabit lumen: & obscuritatis/ vbi iste locus eius. Itineri in superficie aquarum iungit iter in superficie terræ: iter inquam huma-næ mētis cum reali itinere luminis diurni & obscuritatis nocturnæ super faciem terræ. Et sonat litera q eundo per uniuersam terram / non inuenitur ab homine locus certus luminis diurni aut obscuritatis nocturnæ: quia non potest accipi terminus in quo fir-metur tam lumen q̄ obscuritas. Hæc est sententia huius particulæ. Ait itaq, intellexi-sti/quāuis non uideris corporeis oculis, usq ad latitudines terræ: hoc est usq ad loca terræ sub æquinoctiali: ibi enim est maxima latitudo terræ sphæricæ, & ideo si nosti to tam ipsam terram (q̄uis hoc sit difficile) annūcia ubi ista uia/ubi determinata uia ad locum in quo habitat lumē diurnū quod est circa uos/quod recedit a uobis: & similiter annūcia de obscuritate nocturna/quæ est etiā apud uos & recedit a uobis, ubi iste (hoc ē determinatus) locus eius. ambo. n. q̄nq accedūt ad nos homines & q̄nq recedūt a no-bis. Vt ducas vnūquodq ad terminos suos: & intelligas semitas dom⁹ ei⁹. Iuxta hebræū hr. Quia capies illud ad terminū suū: & q̄a intel liges vias dom⁹ ei⁹. Ironia est. lumen. n. nō pōt capi in certo termino/nec possunt intelligi uiæ ad domū eius: quū domo in qua quasi habitando firmet̄ careat. Sed & hinc orit̄ quæstio cur petit deus ab homine ut annūciet quod nec annūciari nec sciri po test. quod. n. nō est/nō pōt sciri: certū est aūt q lumē diurnū quod succedit obscuritati nocturnæ, est in continuo motu/continue oritur & occidit/nunq̄ firmatur: ac per hoc nullam habet domū in qua habitet: cur ergo petit deus ab homine ut lustrata intellectu uniuersa terra, annūciet certū locū domus & uiæ ad domū luminis & obscuritatis/quæ in terra sibi succedunt? Solutio est q deus quærēdo certū locū/declarat simul q nō in-uenit̄: ut ex hoc intelligeremus q quærit ab homine ut annūciet cām ꝓpriā quare mo-tus tā luminis q̄ obscuritatis sup terrā/caret termino: est. n. mirabile q aliquid mouea-tur in terra absq termino. Nec putes satisfieri huic quæstioni/dicendo quia motus so lis circa terrā est ꝑpetuus: hoc. n. est quod quæritur, quare motus solis circa terrā con-tinuat̄ absq termino/q̄re ē sine termino. Philosophi. n. ex cōmunibus & opinatis rōnē reddunt, hic aūt quærit̄ rō certa ac propria. ex cōmunibus quidē, q̄a motores cœloꝝ as sequūtur ꝑfectionem suā mouendo cœlos/quia in hoc assimilātur deo in efficiētia rerū: opinatis uero, q̄a nulla rōne demonstratiua certificata est ꝑpetuitas motus cœloꝝ. Con futat̄ itaq humana sciētia circa uicissitudines diei & noctis cōtinuas quo ad certā & ꝓ priā rōnē. Sciebas tūc q nasciturus esses: & nūez dieꝝ tuoꝝ noueras? Iuxta hebræum habetur. Sciuisti q tūc nasceris: & numerū dierū tuoꝝ multoꝝ? Recole q ad hominē a diebus suis dirigitur sermo: & propterea homo in ma terno utero interrogatur/ sciuisti q tunc (hoc est tali hora) nasceris? quasi dicat mu-

nime, & similiter interrogatur sciuisti numerũ dierũ tuorũ multorũ: hoc est multitudinem dierũ tuorũ quibus uiues sincertus.n.ē homini dies mortis eius. ad cõfutandã siquidẽ huma nã scientiã hæc dicunt/cõsequẽter ad cãm uicissitudinis cõtinuæ diei & noctis ignotã. ¶ Nunquid ingressus es thesauros niuis: aut thesauros grandinis aspexisti: Legendum est. Nunquid uenisti ad thesauros niuis: & thesauros grandinis uidebis: Transit ab ijs quæ in mari & terra fiunt ad ea quæ fiunt in regione aeris media: in qua scilicet gñant pluuiæ/niues/grãdines/rores &c. regio.n. illa thesauro assimilatur niuis & grãdinis/tanquã reconditas seruet niues & grãdines. Metaphoricus tñ sermo ē: qm̃ secundũ rei ueritate nõ recõdunt ibi actualiter niues & grandines: sed uirtualiter dũtaxat cõtinent ibi/& quã primũ gñant descendũt ad terrã. Et qm̃ uirtus gñatiua niuis & grãdinis/relatiue ad deũ ē semp parata ac in prõptu hũs niues & grandines pinde ac si actualiter cõtineret illas, ideo appellant hic thesauri seruantes ad dei nutũ niues & grãdines. Propter quod subiũgit. Que preparaui in temp⁹ hostis & in diẽ pugne & belli. Iuxta hebræũ legẽdũ eẽt, phibui. Et ē sensus. quos thesauros phibui expẽdi, seruãdo eos ad tps angustiæ seu ad tps hostile/ad diẽ pugnæ bellicæ tanquã arma offensiua. describit.n. seipsum deus tanquã hostiliter pugnaturũ quñq; cũ hominibus iniqs: & ad hmõi pugnã dicit se seruare thesauros grandinis: ut expientia testata ē tpe iosuæ. Et p hoc declarat potentiã puidentiæ suæ ad utendũ niue & grãdine tanquã armis iustitiæ suæ. ¶ Per quã uiã spargitur lux: diuiditur est⁹ sup terrã: Iuxta hebræũ hr. Vbi ista uia diuidetur lux: sparget eurũ sup terrã: Ad confutationẽ sciẽtiæ spectat hæc quæstio, quã ut intelligas, scito q lux solis orientis quñq; diuidit in nño hemisphærio: qñ sc3 alicubi cãt uentũ subsolanũ: nã tũc alicubi lucet clare & alicubi obscurat, pp caliginẽ seu nubẽ quã uẽtus ille efficit/immo & ad se trahit. Quærit itaq; ab homine, ubi ista (hoc est certa & determinata) uia ē qua lux solis diuidit in clarã & obscurã, qñ sparget eurũ (orientalẽ uentũ) sup terrã: Significãter ãt dicit sup terrã spargi a sole uentũ orientalẽ: eo q (ut physici tradũt) uẽtus ille a supis demittit ad terrã & ab ea reflectit, & ppea trahere ad se nubes dr reflexiõe. ¶ Quis dedit uehemẽtissimo imbri cursum: & uiã sonãtis tonitrui. Iuxta hebræũ hr. Quis diuisit ad alluuionẽ canalẽ: & uiã ad fulgur uocũ: Thesauris niuis ac grãdinis adiunxit in supioribus cãm uenti oriẽtalis: & cõsequenter adiũgit pluuiæ principiũ in eadem regione simul cũ tonitruis & coruscationibus. Assimilat aũt locũ gñationis pluuiæ canali ad alluuionẽ: hoc est canali tã uasto ut nisi diuideret cãret alluuionẽ terræ, quandoq; siquidem est in regione aeris media/fœcunditas aquarũ tanta ut si in sola terra quã habitamus plueret, alluuio fieret in terra. Et de aere in huiusmodi dispositione existente dicit deus, quis diuisit ad alluuionẽ canalem/hoc est canalem qui alluuionem causaret nisi diuideretur: & similiter quis diuisit uiã uocũ/hoc est tonitruorum ad fulgur: scinditur enim nubes in coruscationibus: dicuntur enim hæc ad confutandam potentiam hominis. ¶ Vt plueret super terram absq; homine: in deserto ubi nullus mortalium commoratur. Ecce diuisio canalis cœlestis ordinata describitur ad communicandum pluuiam terræ desertæ in qua nullus est homo: ut intelligamus q non propter hominem duntaxat deus disponit pluuias. ¶ Vt impleret inuiam & desolatam. Non solum prouidet de

pluuia sed prouidet usq; ad satietatem terræ desertæ. ꝛ produceret herbas vi-rentes. Legendum esset. ꝛ ad faciendum germinare germen herbarum. non propter hominem sed propter animalia.

¶ Quis est pluuie pater? Iuxta hebræum habetur. Nunquid est pluuie pater? & est casus datiui pluuiæ. Deinde immediate sequitur. Vel quis genuit stillas roris? De ventre cuius exiuit gelu? ꝛ gelu celorum quis genuit illud? Istæ quattuor interrogationes/quærendo patrem seu matrem istorum (uidelicet pluuiæ/roris & gelu) tendunt ad partem negatiuam insinuandam: ut prima testatur interrogatio. nam quærendo nunquid est pluuiæ pater/tendit ad asserendū q̄ non: & similiter eadem est ratio de subiunctis. Et intendit per hæc manifestare alterum esse modum generandi hæc/a modo quo generantur animalia & arbores. generantur siquidem animalia sic q̄ homo generatur ab homine/& leo a leone/& similiter oliua ab oliua: non sic autem fiunt ista. pluuia enim non generatur a pluuia/nec ros generatur a rore/neq; gelu a gelu. & propterea pars negatiua istorum interrogatorum uera est. Et consequens fuit ut sermoni de niuibus grandinibus & pluuijs/adiungeretur modus diuersus quo ista generātur in media aeris regiōe: uidelicet absq; patre/absq; matre/absq; semine. ut sciremus alium esse modum generandi in superioribus/& alium quem uidemus in animalibus & plantis. commendatur enim hinc diuina sapientia/quæ diuersos modos generandi excogitauit & fecit hic & ibi. Bis autem fit mentio gelu, quia primū significat gelu aquarum quod fit apud nos: secundum autem gelu descendens de cœlo, quale est gelu grandinis & niuis. In similitudinem lapidis aque durantur. Iuxta hebræum habetur. Sicut lapis aque abscondent se. Ad manifestandum partem negatiuam supradictā affert deus signum a gelu quod apud nos fit: ut ex hoc intelligamus q̄ in media aeris regione non est generatio uniuoca. Affert autē signa duo. Alterum ex aquis congelatis tam uehementer ut durescant sicut lapis: abscondunt enim seipsas aquæ in huiusmodi congelatione. Et assimilatur occultationi suiipsius congelatio relata ad materiam: tanq̄ aqua timens frigus abscondat seipsam sub tegmine lapideo: pro quanto retenta secundum ueritatem substantia aquæ/fluidā naturam occultat. ꝛ superficies abyssi constringitur. Iuxta hebræum habetur. ꝛ facies abyssi apprehendent se. Alterum signū affertur ex profundarū aquarum congelatione in superficie: hoc est in partibus superioribus. ad sensum enim uidemus huiusmodi congelationes quæ describuntur fieri appræhendentibus sese inuicem faciebus/hoc est supremis partibus. Et uere sic est: quoniam nulla illarum fluit sed cum altera firmatur/tanq̄ altera alteram teneat ne fluat.

¶ Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiades. Iuxta hebræum habetur. Nunquid ligabis vincula chima. Hebraicam dictionem reliqmus: et est genitiui casus. aiūt aūt esse nomē stellarꝫ quas pleiades seu uergilias uocamus. Et q̄drat interpretatio ligationi & uinculis: q̄m (ut tradūt astrologi) nullæ septē stellæ sunt sibiinuicem tam propinquæ ut sunt istæ septē quas uergilias uocamus: propterea enim a colligatione describuntur. aut gyrum arcturi poteris dissipare? Iuxta hebræum habetur. Vel tractus chesil aperies? Hebraica dictio est chesil: & est similiter genitiui casus. & a multis interpretatur orionis: quod est nomen

non unius stellæ sed sideris seu imaginis cœlestis/habentis multa notabilia astra multũ inter se distantia : & propterea describitur ab aperiendo tractus eius : intelligendo per aperire dissoluere. Tendere enim uidetur particula hæc ad negandum homini contrarias actiones circa astra. & quia prius dixerat nunquid ligabis uincula : consequenter proponit contrariam actionem, uel aperies (hoc est solues) tractus orionis propter hoc q stellæ eius sunt multum sparsæ / sicut per oppositum stellæ pleiades sunt multum coniunctæ. Nunquid producis luciferum in tempore suo. Dictio interpretata luciferum/uarie interpretatur : alij planetas/alij imaginem quandam cœlestem meridionalem/alij signa zodiaci intelligunt. Quid autem uerius sit nescio : certũ tamen est q cœleste aliquid significatur proprio tempore super nostrum hemisphæriũ apparens. & hesperum super fines terre consurgere facies? Iuxta hebræum habetur. & arcturum super filios eius duces eos? Dictio interpretata arcturum/a congregando deriuatur: & significare dicitur stellam quæ uocatur arctus/quæ ab astrologis cõnumeratur inter stellas primæ magnitudinis:& est iuxta septẽtrionem in ursa maiore quæ uulgariter appellatur plaustrũ. Et relatiue ad alias stellas eiusdem imaginis/dicitur habere filios: & quasi plaustro uehatur cum filijs / dicitur de congregatione ipsius cum filijs nunquid duces eos quemadmodum ducitur plaustrũ. Nunquid nosti ordinem celi. Legendũ esset statuta, scire enim statuta quibus reguntur cœli in motibus & actionibus suis/excedit uires humanæ scientiæ. & pones rationem eius in terra. Iuxta hebræum habetur. nunquid pones dominium eius in terra? Et est sensus/nunquid constitues q homines qui sunt in terra dominentur cœlo? Vnde & statim subiungit duas actiones dominij humani erga cœlestia/compræhendendo hebraico more inter cœlos aerem. Nunquid eleuabis in nebulam vocem tuam: & impetus aquarum operiet te? Sententia redditur: quanuis non impetus sed abundantia aquarum hebraice scribatur. sententia. n. est clara q non potest homo præcipere nubibus ut pluant. Nunquid mittes fulgura & ibunt: & reuertentia dicent tibi/adsumus? Iuxta hebræum nõ habetur & reuertentia:sed scribitur. & dicent tibi/ecce nos. Et est ordo literæ/nunquid mittes fulgura & dicent tibi ecce nos & ibunt. Potestas mittendi fulgura in primis negatur in homine : deinde promptitudo obediendi in fulguribus: & demum executio mandati.

¶ Quis posuit in visceribus hominis sapientiã : vel quis dedit gallo intelligentiam? Iuxta hebræum habetur. Quis posuit in renib' scientiã: vel q̃s dedit cordi intelligentiã? Dictio interpretata cordi/& ab antiquo interprete interpretata gallo, neutrius nomen est propriũ: sed est nomen significãs conspici seu uideri. pinde acsi diceret quis dedit uiso seu respecto? Sed aiũt significari cor:ea forte rõne/quia cor est prima animalis pars uisa quũ gñatur animal: uel q̃a cor est illa ps ad quã præcipue spectamus scrutãdo ea quæ sunt hominis. Duæ itaq̃ interne partes nominant: renes uc3 & cor. & renibus attribuit scire seu sapere(hebræi. n. nõ distinguũt nomẽ sciẽtiæ & sapiẽtiæ)cordi aũt attribuit intelligẽtia. Nõ solũ aũt in hoc iobis libro sed et in libro psalmoꝝ attribuit renibus eruditio:dũ in psal. 16. dicit increpuerũt me renes mei. Et quia renes secundum physicos officium habent purgandi humorem,

ideo tanq̃ remouentes prohibens cõferunt scire & sapere. remouendo enim superfluas humiditates impedientes nostrum tam scire q̃ sapere/conferunt utrunq̃: sicut remouens sustentantem trabem/causat motum deorsum rerum grauium quæ erant superpositæ. Cor uero directe confert intelligere ex parte phantasmatum, pro quanto temperatum cor ministrat spiritus subtiles ac claros phantasiæ: in qua intellectus speculatur: largitur enim penetrantis intelligentiæ uim ex parte phantasmatũ. Mirabile itaq; diuinum opus describitur penes hoc q̃ quum cor & renes partes sint hominis spectantes ad uegetatiuam partem qua uiuimus communes homini & alijs animalibus; dederit deus cordi & renibus hominis/ officia conferendi ad sapere & intelligere.

¶ Quis enarrabit celorum rationem? Iuxta hebræum habetur. Quis numerabit celos in scientia? Vere ignoramus in hodiernum usq; diem/ cœlorum numerum: nec certitudo aliqua de cœlorum numero ab astrologis habetur, nam & aristotelis tempore incertum fuisse cœlorum numerum patet in. 12. metaphysicæs eius & longe incertior redditus est postea a ptolomæo cũ eius ecentricis & epiciclis. & propterea merito dicitur quis numerabit cœlos in scientia? multi enim numerant eos opinando sed nullus sciendo. ⁊ concentum celi quis faciet dormire? Quando fundabatur puluis in terra: ⁊ glebe compingebantur. Iuxta hebræum habetur. ⁊ vtres celorum quis faciet iacere? Sluente puluere ad fortitudinem: ⁊ glebe compingentur. Transpositam intellige hanc particulam de numero cœlorum & de quiete pluuiæ. collocari enim secundum ordinem sententiarum debet ante illam particulam quis posuit in renibus: eo q̃ tertia hic describitur negata hominibus actio imperandi cœlestibus/dicendo quis faciet utres cœlorum iacere. Nubes fœcundas assimilat utribus plenis aqua impositis super humeros effundẽtis ex eis aquam. & propterea dicit quis faciet utres iacere/hoc est deponi ab humeris effundentium, & iacere hoc est quiescere ab effusione. per hanc enim metaphoram significatur cessatio pluuiæ. Tempus autem cessationis pluuiæ desideratum ab hominibus/describitur tum a fluminibus tum a terra. a fluminibus quidẽ quando fluunt turbidi ex multitudine pulueris admixti/dicendo fluente puluere ad fortitudinem: uehementia siquidem fluxus turbidæ aquæ per hoc significatur. a terra uero quando glebæ terræ sunt iã compactæ ex pluuia. Hæc enim duo signa sunt pluuiæ sufficientis. & propterea per hoc significatur desiderium hominum q̃ cessent pluuiæ: & tamen nullus homo potest efficere ut desinat pluuia.

¶ Nunquid capies leene predam: ⁊ animam catulorum eius implebis? Sententia clara est. & affertur ad hoc q̃ deus prouidet leonibus de cibo/ad quod humana prouidentia non potest se extendere. Et duo hic cõmemorantur. Alterum de quantitate cibi per modum prædæ. mirum est enim q̃ tot animalia dentur in prædam leoni/ita q̃ sufficiant ad cibum tantæ multitudinis quanta est multitudo leonum/quorum quilibet multo eget cibo. Et non solum sufficientia sed satietas in litera describitur/dicendo implebis. nec fit mentio leænæ, sed leo iuxta hebræum scribit. Significanter autem satietas refertur ad appetitum leunculorum ad differentiam leonum. tradunt siquidem physici q̃ leo incontinentissime uorat/ita q̃ biduum aut triduum postea ducit sine cibo: leunculi autem more puerorum insatiabiles quodãmodo / hic describũtur

frequenter comedentes. ¶ Quando cubant in antris: & in speculubus insidiantur. Iuxta hebræum habetur. Quia curuabuntur in habitaculis: sedebunt in vmbraculo ad insidias. Altera leonũ conditio ad admirationis cumulum spectans adiungitur: uidelicet ꝙ non continue uagantur pro præda / quanuis indigeant tãto alimento, tradunt enim physici ꝙ leo non thesaurizat pro crastina die/ nec est solicitus de crastino cibo: & propterea describitur hic quiescẽs in habitaculis/ in umbraculis autem insidiando sedens, ut moderata quiete multo intelligatur tempore leonis uenatio. Et est sensus ꝙ leones demittunt seipsos tanꝙ cubantes in habitaculis suis quiescendo penitus/ & quiescunt in umbraculis insidiando transeuntibus, moderatam uenationem exercendo multo tempore. ¶ Quis preparat coruo escam suam: quando pulli eius clamant ad deum vagientes/ eo ꝙ non habeant cibos. Iuxta hebræum habetur. Quis parabit coruo venationem eius: quia pulli eius ad el clamabunt/ errabunt absqꝫ comedere. Si annotabis uerbum errabunt, clare uidebis ꝙ de pullis coruorũ uagabundis & nõ de existẽtibus in nido est sermo. & propterea incerto authore rumor de pullis coruorum in nido priuatis pastu a parentibus quousqꝫ nigrescant/ & ꝙ interim pascuntur rore seu muscis, non seruit proposito. Tam itaqꝫ litera hæc ꝙ psal. 147. intelligenda est de pullis coruorum uagabundis, tradũt enim physici ꝙ coruus tedio affectus alendi tot pullos/ eijcit ex nido ante tempus debitum aliquem ex pullis: & isti ante tempus eiecti/ sunt de quibus dicitur ꝙ pulli corui clamabunt ad el quia errabunt absqꝫ comedere, non ualentes siquidem uolare, errant ut possunt / uociferando quia esuriunt. Et appetitus ille naturalis manifestatus uociferationibus appellatur clamor ad deum fortem authorem naturæ/ eo ꝙ non clamãt ad coruum parentem a quo eiecti sunt: iuxta quod scriptum est oculi omnium in te sperant domine & tu das illis escã in tempore opportuno/ aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione. Modum autem quo deus prouidet errantibus coruorum pullis/ nõ inuenio scriptum, ex hac tamen litera habetur ꝙ deus prouidet illis/ dum dicitur quis parabit coruo uenationem/ ad asserendũ ꝙ non homo sed ipse deus parat coruis uagabundis escam.

CAPVT XXXIX.



Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris. Parui refert ꝙ hebraice habetur petræ seu rupis. Quod ideo annotauerim quia forte multæ sunt species ibicum: & præsens sermo restringitur ad ibices rupis. & hæc dico & prosequar de ibicibus rupis/ præsupponendo ꝙ hebraica dictio uere significet ibices: ambigo enim an iahalim significet ibices. Et ratio dubitandi est/ quia ibicum magna inuenitur copia in germania: & consequenter rationi consentaneũ est ut cognoscatur tempus quo pariunt & quot mensibus portant in utero, quorũ opposita scribuntur hic de iahalim: quarũ etiã mentio fit simul cũ ceruis puer. cap. 5. Attamen communicando in uocabulo cum alijs, nominabimus ibices/ donec elucescat ueritas. Est autem ibex animal quadrupes, & species capreæ: uastis (ut aiunt) cornibus/ uelocissimi cursus: & præcipitans se e rupe / absqꝫ læsione excipiendo seipsum

proprijs cornibus in terra. Sed hic nō est sermo de eis nisi quo ad tempus quo pariūt: & ignotum homini describitur tempus illud/dicendo nunquid nosti tempus p artus. Si diceret nūquid nosti locum/intelligeremus occultū esse locum:& propterea dicendo nunquid nosti tempus/insinuat occultum esse tempus. Et quoniam deus p ostq̃ introduxit admiranda opera sua in elementis/introducit admiranda opera sua in animalibus, inchoando a partibus hominis quas habet homo communes cum alijs animalibus (renibus uidelicet & corde) relatiue ad scire & intelligere/& prosequendo in leonibus & coruis relatiue ad cibum: ideo admiranda dei opera intelligenda sunt proponi consequenter in ibicibus & ceruis relatiue ad generandū,& in ibicibus quidem proponitur admiratione dignum q tempus quo pariunt ibices rupis/ignotum est hominibus:de ceruis autem subiungitur. **Vel parturientes ceruas obseruasti?** Non habetur in hebræo uel. In occulto loco pariens cerua describitur/dicendo nunquid parientes ceruas obseruabis? tradunt enim physici q cerua paritura uadit ad locum unico aditu contentum, ut illo unico custodito/secura teneat intus fœtus. Quia igitur naturaliter cerua in latibulo parit, ideo dicitur nūquid parientes ceruas obseruabis? quasi dicat minime. Nec p hoc intelligas impossibile esse ut obserues:sed ceruæ partus sua pte natura inobseruabilis describitur. **¶ Dinumerasti menses conceptus earum: & scisti tempus partus earum.** Iuxta hebræum habetur. **Numerabis mēses/implebunt.** id est quos implebunt, & **scies tempus pariendi earum?** Discerne prudēs lector inter ppposita de ibicibus & ceruis:& quia in solis ibicibus propositum est tempus pariendi occultum/ideo particulam hanc ad solas ibices refero. declaratur enim consequenter non spectare ad hominē numerare menses quibus ibex portat in utero aut nosse tempus quo parit. proposuerat siquidem tempus esse ignotum: declarat consequenter p partes ambas (uidelicet tempus gestandi in utero & tempus pariendi) nesciri ab hominibus tempus generationis ibicum rupis. tempus enim ceruarum a physicis scribitur mensium octo:& propterea de ceruis non potest hoc intelligi. **¶ Incuruantur ad fetum & pariunt: & rugitus emittunt.** Iuxta hebræum habetur. **Genuflectent/pullos suos scindent: dolores eorum mittent.** De propositis ceruis parientibus prosequitur/narrando opus dei admirandum quod in partu ceruarū interuenit. Cerua siquidem pariens/anteq̃ pullus eius terram attingat scindit secundas (hoc est membranam qua inuoluitur fœtus) & comedit eam/ut physici tradunt:& hinc fœtus læditur/utpote emissus in terram nudus penitus. & propterea hic dicitur de ceruis parientibus q pullos suos scindent quo ad membranam & q emittent dolores eorum: quia pullorum dolores causant emittendo eos in terram spoliatos membrana præcomesta. Genuflexio autem hic scripta/ex imbecillitate intestinorum ceruæ procedere uidetur. tradunt enim physici tenue atq imbecille esse intestinum ceruorum & facile frangibile. **¶ Separantur filii earum & pergunt ad pastum.** Iuxta hebræum habetur. **Sanabuntur filii earum/multiplicabunt ad foras.** Ecce opus admirandum/q cerua pariendo contra maternum morem lædit pullum suum, qui tamen sanatur diuina id ordinante prouidentia. Quod autem adiungitur de multiplicatione/spectat ad id quod tradunt physici: uidelicet q cerua sæpe ducit ceruulos ad loca extrinseca & docet eos fugere ad latibula, hoc enim si-

gnificatur deſcribendo ꝙ quum ſatiati fuerint/multiplicabunt ad foras: hoc eſt multiplicabunt egreſſus ad eundum foras & reuertendum cum ipſa tanq̃ fugiente. eſt enim ceruus animal timidum: & propterea a primæua ætate diſcit fugere. **Egrediuntur & non reuertentur ad eas.** Poſtq̃ ceruuli didicerunt egredi & fugere/egrediũtur liberi & non reuertuntur ut prius reuertebantur cum matribus fugiendo, ſed uadũt quo uolunt. Et hæc dicta de ceruarum partu/ad confutandam humanam prouidentiã ſpectant: quemadmodum dicta de ibicibus ad confutandam humanã ſcientiam.

¶ **Quis dimiſit onagrum liberum: & vincula onagri quis ſoluit?** Tráſit ad ſylueſtrem aſinum. & præpoſtero ordine ſcribitur eius libertas: nam prius ſoluenda ſunt uincula/& deinde mittendus liber. Nec eſt ſenſus ꝙ onager fuerit quandoq; ligatus & ſeruus, ſed ꝙ ſortitus eſt conditionem liberi tam a uinculis q̃ a ſeruitute/ad differentiam aſini domeſtici qui obnoxius eſt uinculis capiſtri & ſeruituti hominis. ad confutandam enim potentiam hominis/deſcribit deus ꝙ non homo ſed ipſe dedit hãc libertatem onagro. ¶ **Cui dedi in ſolitudine domum: & tabernacula eius in terra ſalſuginis.** Iuxta hebræum habetur. **Cuius poſui planiciem domum eius: & tabernacula eius ſiccitatem.** Et hoc etiam eſt mirandum ꝙ planiciem aridam habet pro domo onager. ¶ **Contemnit multitudinem ciuitatis: clamorem exactoris non audit.** Legendum eſſet. **Deridebit multitudinem ciuitatis: rumores oppreſſoris non audiet.** Scribũt phyſici onagrum præ cæteris animantibus fugere conuerſationem hominum: & propterea hic dicitur ꝙ deridebit multitudinem ciuitatis/tanq̃ pro nihilo habens illam. & ratio ſubiungitur/quia uitat rumores oppreſſoris: quia nec audire uult rumores qui in locis habitatis ab hominibus fiunt ab oppreſſoribus animalium, percutiendo/onerando/pungendo/clamando. ¶ **Circũſpicit montes paſcue ſue: & virentia queq; perquirit.** Legendum eſſet. **Exploratio montium/paſcuum eius: & poſt omnem herbam queret.** Domus onagri deſcripta eſt planicies arida: paſcuũ autem eius deſcribitur in montibus explorando & quærendo quãcunq; herbam. Et hoc eſt ſignum ꝙ etiam montes illi ſunt ſteriles.

¶ **Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi.** Onagro animali indomabili adiũgitur rhinoceros animal etiam indomitum: qui hebraice appellatur rem/grece autem rhinoceros: & ut nomen eius (compoſitum a naſo & cornu) ſonat/habet cornu unũ ex naſo prodiens ex quo nomen accæpit. Eſt aut (ut phyſici ſcribunt) hoſtis elephantoi æqualis elephanto ſecundum longitudinem corporis/minor autem ſecundum altitudinem crurium. Et priſcis temporibus uiſus romæ ſcribitur ductus a pompeio: noſtra autem ætate dum naui ueheretur/a rege luſitaniæ miſſus, in uia mortuus nunciatus eſt. De hoc itaq; animali ad confutandam humanam potentiam/ſcribitur libertas ac indomita conditio ad humana ſeruitia. Et primo quidem proponitur in genere negatio ſeruitutis/dicendo nunqd uolet rhinoceros ſeruire tibi? **aut morabitur ad preſepe tuum?** Legendum eſſet. **nunquid dormiet ſuper preſepium tuum?** Et ſignificatur per hoc ꝙ nec propriæ commoditatis gratia rhinoceros habitat cũ hominibus: in preſepijs ſcilicet quæ fiunt ab hominibus. ¶ **Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo.** Legendum eſſet. **in ſulco funis ſui.** ſic

enim iacet in hebræo. Sed sententia in idem redit: quoniã sulcus/arando fit. Et est sensus. nunquid ad faciendum sulcum alligabis rhinocerota/funem faciẽdo suum: hoc est assuefactum ad funem tanq̃ suum/quemadmodũ bos alligatur assuefactus iugo suo. aut cofringet glebas vallium post te? Iuxta hebræum habetur. nunquid agricolabit valles post te? Opus significatur agriculturæ quod præcedente homine/subsequente uero animali exercetur: cuius uocabulum proprium quia non habemus, utimur uocabulo respondenti hebraico uerbo deriuato a campo. ¶ Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius: & derelinques ei labores tuos? Iuxta hebræum habetur. Nunquid securus eris in eo quia multa fortitudo eius: & relinques ei laborem tuum? Negatis seruitijs rhinocerotis ad agriculturam/adiungitur negatio seruitutis eiusdem ad prælium. & hoc ad differentiam elephantis, qui seruit homini in prælijs: propter hoc enim dicit, nunquid securus eris in eo quemadmodum in elephante uectus ad prælium, & relinques ei laborem tuum tanq̃ in pugna laboranti pro te/quia multa fortitudo eius? scribunt enim q̄ pugnat cum elephante. Et hinc insinuatur q̄ rhinoceros non domatur/quemadmodum elephas. ¶ Nunquid credes illi q̄ sementem reddat tibi: & areã tuam congreget? Negatur demum seruitus rhinocerotis ad portandum onera: & præpostero ordine negatur tam onus fascium culmorum cum spicis ad hoc ut congregentur in area q̃ onus uehendi excussa iam grana ad horrea/quod hic uocatur reddere homini semen suum. Et hoc ad differentiam uidetur dici elephantis: qui quemadmodum gestat propugnaculum pro multis uiris, ita repletum multis granis & multis manipulis gestare potest.

¶ Penna struthionis similis est pennis herodii & accipitris. Iuxta hebraũ lõge aliter hr. Penna pauonum exultãs: nunquid ala struthionis & pluma eius. subaudi exultat sicut penna pauonis? Attende prudens lector q̄ in hoc diuino sermone de animalibus/coniunxit deus hactenus animalia bina tanq̃ similia quo ad illud de quo fuit sermo, primo enim iũxit leoni coruum relatiue ad indigentiam cibi: deinde ibicibus ceruas relatiue ad partum: postea onagris rhinocerotes relatiue ad seruitutẽ hominis, nunc autem pauonibus iungit struthiones relatiue ad pẽnas: sed non secundum similitudinem ut in prioribus/sed secundum dissimilitudinem, ut opposita iuxta se posita magis elucescant. Valde enim distant pauo & struthio secundum pennas, nam nullum apparet animal tam gaudens ac festiuũ pennis sicut pauo/ostentans decorem suum eleuando pennas caudæ: ut ad sensum uidemus. quo contra nulla auis infœlicior apparet struthione quo ad alas & plumas: quandoquidem alas habet sine uolandi facultate: & anno secundo (ut physici tradunt) & deinceps paulatim plumam perdit in capite/collo/parte inferiore corporis & coxis ita q̄ non habet rediuiuã plumam ut aliæ aues. & propterea ex opposito pauonis fœlicis in pennis / collocatur infœlix struthio maxima auium, dicendo, penna quidem pauonum exultans est, nunquid ala struthionis & pluma eius exultans est? quasi dicat minime. ¶ Quando derelinquit oua sua in terra: tu forsitan in puluere calefacies ea. Iuxta hebræum habetur. Quia relinquet terre oua sua: & super puluerem calefiet: Scribunt physici struthionem non cubare super oua, sed ponere oua sua sub sabulo in

mense iulij quo parit oua, & beneficio caloris solis foueri atq; gigni ex ouis struthiunculos: & propterea hic dicitur q; struthio relinquit terræ oua sua. Et quoniam non multum excauat terram sed prope superficiem terræ abscondit oua tegens ea sabulo, ideo dicitur q; super puluerem calefiet: hoc est calor fouens fiet. Et dicendo quia/insinuat q; ex parte corporis uerificatur a physicis scriptū: uidelicet q; struthio ideo non fouet oua sua/quia perdit plumam qua fouere illa deberet, ex parte autem animæ subiungetur altera ratio, quia deus facit eam stolidam. ¶ Aduerte prudens lector q; hinc apparet uerum esse quod pluries retulimus: uidelicet apud hebræos perisse notitiam propriorum nominum auium. nam hebraica dictio hasida quæ hic interpretata est struthio/ab hebræis interpretatur ciconia & hic & in multis alijs locis: uidelicet leui. 9. & deut. 14. & in psal. 104. Perspicuum est enim eos hoc in loco errare: nam de ciconia nō uerificanť ista quæ hic scribunť. uidem⁹.n.ciconias nidos suos ī locis excælsis sup turres seu culmina tectorū habere, et(ut scribūt physici)pugnāt usq; ad mortē ,p ouis seu pullis suis in nido: quorum contraria hic scribuntur, quæ struthioni liquet conuenire. Et hæc dixerim ne quis putet absq; discussione literam hanc fuisse interpretatam uoluntarie: cogit enim uerificatio eorum quæ hic scribuntur ad intelligendum significari struthionem in hoc saltem loco nomine hasida. ¶ **Obliuiscitur q; pes conculcet ea: aut bestia agri conterat.** Sententia redditur: imputatur enim struthioni q; exponit periculo oppressionis & contritionis a pedibus bestiarum oua sua. Et hinc habetur q; oua sua non in profunda fossa ponit sed prope (ut dictum est) supficiem terræ: alioquin non subijcerentur periculo ut conculcentur & conterantur a transeūtibus bestijs. Et imputatur hoc obliuioni / eo q; ad instar obliti periculi operatur. ¶ **Duratur ad filios suos quasi non sint sui.** Tradunt quoq; physici q; struthio aspicit quandoq; ad locum in quo posuit oua, & hoc imputatur hic struthioni in crudelitatem: q; quum uideat pullos suos crudescit ac si non essent sui, quia nec tunc ad fouendum oua nec postea ad alendos genitos pullos uadit. **Frustra laborauit nullo timore cogente.** Sententia redditur, inexcusabilis dicitur struthio deserendo curā filiorum: eo q; si timore aliquo fugeret & curam pullorum relinqueret/excusari uideretur: sed q; absq; timore aliquo deserat, signum est q; labor eius ad generandum fuerit uanus relatiue ad eam: hoc est signum est q; habeat pro uano proprium laborem/non curando ducere ipsum ad perfectionē. & propterea subditur. **Priuauit enim eam deus sapientia: nec dedit illi intelligentiam.** Iuxta hebræum habetur. **Quia obliuisci fecit eloha sapientiam: & non diuisit ei intelligentiam.** Scribit plinius struthionem tantæ esse stoliditatis ut abscōdito inter frutices collo/ putet se totam latere. stoliditas itaq; struthionis describitur ratio tot admirandorum defectuum. Et deo gubernatori atq; distributori naturalium donorum ascribitur q; fecit struthionem non obliuiosam sed obliuiosam sapientiæ: hoc est nō utentem memoria ad sapiendum. recordatur enim struthio ouorum suorum/& ideo aspicit ad locum in quo sunt: sed non recordatur ad sapiendum/hoc est ad prouidendum. Et ratio subiungitur/quia non diuisit ei deus intelligentiam: hoc est quia distribuendo animalibus participationem intellectus in naturalibus instinctibus & æstimationibus & industrijs/non dedit ei intelligētiæ participationem quam impartitus est alijs auibus, sed multum stoliditatis.

Ascribitur autem deo distributio imperfectionum/ad commendandā excellentiam diuinæ prouidentiæ: penes hoc q ex proposito efficit pfecta & imperfecta/turpia & pulchra, ut uniuersum sit perfectum. ad confutandam enim humanam prouidentiā quæ semper nititur facere perfecta & pulchra/afferuntur hæc de pauonis & struthionis pennis: & similiter de struthionis defectibus & equi perfectionibus. ¶ Quum tempus fuerit/in altum alas erigit: deridet equum & ascensorem eius. Iuxta hebræum habetur. Sicut tempus in altum se eleuabit: deridebit equum & equitem eius. Ad cumulum admirandorum dei operum in struthione/describit demum uastitas struthionis: q est uidelicet tam grandis ut quando se in altum erigit/cælsior sit equite sedente super equum. Hinc enim apparet q inter aues est grandissima, & si in struthionibus apud nos non uidemus tantā magnitudinem, scito q in struthionibus aphricæ & æthiopiæ scribunt hoc uerificari. Admirandum autem uidetur q maxima auium tot sit priuata bonis cōmunicatis auibus alijs.

¶ Nunquid præbebis equo fortitudinem. Dictio interpretata fortitudinem/uires ualidas ualde sonat: quales uidemus in equis idoneis ad prælīū. transit siquidem ad admiranda bona apparentia in equis. Vbi aduerte q ab inchoato ordine non digreditur deus in hoc sermone: sed struthione utitur bis. quo ad pennas siquidem utitur struthione e regione pauonis: e regione uero tantorum defectuū struthionis affert equi perfectiones. struthio enim animal medium inter uolatile & gressibile apparet: & ideo hinc e regione uolatilium/inde autem e regione gressibilium collocatur. Et quia cælsitudine excedit equum cum equite eius/ideo par fuit ut equus e regione ipsius præponeretur? aut circundabis collo eius hinnitum? Iuxta hebræum habetur. Nunquid uesties collum eius arduum? Ceruix equi describitur ardua/ita q totum collum erigatur: & propterea indutum arduo describitur. hæc enim est conditio boni ad prælium æqui: ad quam iuba densa tanq colli indumentum cointelligitur scribi indumenti nomine: nam signum quoq est densa iuba/bonitatis equi. ¶ Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Iuxta hebræum habetur. Nunquid facies tremere eum sicut locusta? Duæ optimi equi conditiones simul describuntur/nō ab homine sed a deo collatæ. Altera est tremor membrorum: hoc est commotio membrorum instar trementium. de quo tremore non solum physici sed etiā uergilius georg. 3. scribit. tum si qua sonum procul arma dedere/stare loco nescit: micat auribus & tremit artus. Et quoniam indicium fortitudinis scribunt esse huiusmodi tremorem, ideo conueniēter adiungitur sicut locusta. est enim sensus/nunquid facies tremere equū qui saltat sicut locusta? ne intelligeres tremorem equi esse tremorē debilitatis sed robusti ad saltandum. & hæc est altera conditio. gloria narium eius terror. Iuxa hebræum habetur. decor narium eius timor. Incertum apud me est an sola tenuitas apertarum narium requisita ad bonitatem equi significetur timoris nomine: an (quod potius crediderim) pallor seu motus quidam in naribus concomitās tremorem membrorum describatur decor narium/hoc est tanq ornamentum naturale narium equi. rationi siquidem consentaneum est ut calore collecto intus membra commouente/nares tenues atq exangues pallescant, uel aliquo motu simili motui timentium moueātur tunc quanto magis postea feruescunt: dicente poeta/collectumq fremēs uoluit sub naribus ignem:

ignem : ut ad sensum uidetur sub naribus inflammati equi. ¶ **Terram ungula fodit.** Parui refert q hebraice habetur. **Cauabunt in valle.** Inter alias conditiones boni equi supputatur cauare pede tellurem. **exultat audacter.** Iuxta hebræum habetur. **& letabitur in viribus.** Ad sensum enim apparet equum bonum lætari in uirium suarum fortitudine : nam quasi exultans uidetur ingressurus prælium. **in occursum pergit armatis.** Sententia redditur : & est clara. ¶ **Contemnit pauorem.** Litera hæc manca est : nam iuxta hebræum scribuntur duo. **Deridebit pauorem & non terrebitur.** Deinde immediate sequitur. **& non reuertetur a facie gladij.** Sententiæ manifestæ sunt/ & continua experientia probatæ. ¶ **Super ipsum sonabit pharetra : vibrabit hasta & clypeus.** Iuxta hebræum habetur. **Super ipsum cantabit pharetra : fulgor lancee & spiculi.** Inter quattuor armorum genera non solum intrepidus sed pugnans equus describitur : uidelicet gladios seu enses/ multitudinem sagittarum (quarum copia describitur a pharetra : quarum sonus describitur tanq̃ cantus / hoc est delectabilis equis) lanceas : quæ describuntur fulgentes/ eo q earum ferrum politum fulgorem emittit qui tamen non facit declinare equos. Quod autem quarto subiungitur spiculum/ fulgidum quoq est : & inter arma offensiua numeratur. Quod tamen a multis creditur æreus clypeus magnum reddens splendorem. quodcunq autem intelligas, ad magnanimitatem equi perseuerantem in prælio commendandam spectat. ¶ **Feruens & fremens sorbet terram : nec reputat tube sonare clangorem.** Iuxta hebræum habetur. **In fremitu & ira fodiet terram : & non credet q vox cornu.** Dictio interpretata fodiet/ anceps est ad fodiet uel sorbebit. & utrunq uerificatur : fodere quidem proprie / sorbere autem metaphorice. Præpostero siquidem ordine sed solito, prius descriptus est equus intrepide pugnans in prælio : & deinde describitur magnanimitas eius ppe præliũ/ tanq̃ ratio q intrepidus pseueret in prælio. De equo igit expectãte imminẽs præliũ dicit q in fremitu extra & ira intus/ expectãdo præliũ fodiet terrã ungula uel sorbebit terrã : hoc est ita fremit & excãdescit acsi absorpturus sit terram / hoc est terrestres hostes. iuxta prouerbium enim humanum loqtur. Et similiter iuxta puerbiũ humanũ subiungit, & non credit q uox cornu. auiditas siquidem magna rei quæ differtur describi solet sic : uidelicet non credit q erit. auido enim repræsentatur dilatio tanq̃ negatio. Et iuxta hunc loquendi modum auiditas equi ad prælium describitur / dicendo q non credet q uox cornu citans ad prælium erit. Et nomine cornu cuiuscunq materiæ, tubam intellige. ¶ **Ubi audierit buccinam dicit vah.** Sententia redditur : dummodo uocem hilaritatis intelligas quasi prolatam ab equo audiente tubam citantem ad prælium, cuius nomen proprium non habemus. equus enim gaudens non sonat uah, sed suam quandam gaudentis interiectionem. **procul odoratur bellum / exhortationem ducum & vlulatum exercitus.** Dictio interpretata exhortationem / sonat rumores. Describitur .n. equus expectans imminens præliũ/ olfactu cognoscẽs a longe apparatũ belli in rumoribus principũ & tumultu bellico. nã ubi legimus ululatũ exercitus/ hebraice significatur sonitus seu clamor bellicus. Hoc autem quod dicitur de olfa-

ctu equi / non est absurdum uerificari ad literam : nam quemadmodum canis inse quens ceruum dum ad triuium uenerit & nesciens qua uia ceruus iuerit/olfactu discer nit uias, ita indita facultas odorandi a longe tumultum bellicum equo fit. huiusmodi enim sensibilia per accidens (pertinentia ad hoc uel illud animal) cognoscere a longe/ mirabiliter distributum ab authore naturæ uidemus.

¶ Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter: expandens alas suas ad austrum? Parui refert q dictio interpretata sapientiam/sonat intel ligentiam: in idem enim sententia redit. In accipitris autem nomine non fiat uis inqui sitiua de qua accipitris specie/aut si de uniuerso genere accipitrum est sermo. sat siqui dem est intelligere q de uocata mutatione plumarum seu pennarum est sermo : muta turus enim accipiter plumas/ad meridiem expandit alas: ut calore aperiente poros/fa cilius plumescat. ¶ Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur aquila. Vere iungendo animalia bina progreditur uniuersus hic sermo: nam & accipitri adiun git aquilarum genus, cuius prima conditio describitur eleuatio, eo q supra omnes aues eleuatur ascendendo. ꝛ in arduis ponet nidum suum? Iuxta hebræum habetur. ꝛ q eleuabit nidum suum? hoc est in locis excælsis faciet nidum. ¶ In petris manet: in preruptis silicibus commoratur atq inacces sis rupibus. Iuxta hebræum habetur. Rupem habitabit: ꝛ dormiet su per dentem petre ꝛ arce. Dictio interpretata arce/non significat arcem fabri catam arte/sed locum excælsum natura munitum tanq arcem. Habitatio itaq aqui læ describitur in excælsa petra/ita q etiam quiescit super dentem petræ: hoc est super petras tanq dentes/hoc est scissas ab alijs. Addunt autem physici q aquila in hu iusmodi locis apponit cespitem uel linum uel pellem aliquam/ne frangantur acumi na suorum unguium : quemadmodum etiam nutrientes falcones/apponunt pannum uel corium super lignum in quo pedes falconis sustentantur. ¶ Inde contempla tur escam: ꝛ de longe oculi eius prospiciunt. Ratio quare huiusmodi ex celsa loca eligat/creditur quia inde potest aspicere longe & explorare cibum. Si enim super arborem se collocaret/impediretur prospectus a frondibus ipsius arboris: in sum mitatibus autem præruptarum rupium liberum habet intuendi spatium. ¶ Pul li eius lambunt sanguinem. Dictio interpretata lambunt / ab alijs interpreta tur sorbebunt : ab alijs pollucnt se : ab alijs tegent se. Sed quicquid intelligas, si gnificatur q non horrent sanguinem/sed sanguineo cibo uescuntur : crudis enim car nibus diuersorum animalium prout occisa sunt aluntur. ꝛ Vbicunq cadauer fuerit statim adest. Iuxta hebræum habetur. ꝛ in quo occisi/ibi ipsa. hoc est q in loco in quo sunt homines occisi / ibi est aquila. Similis est sermo euanglicus/ ubi fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilæ. Verificatur autem secundum physi cos hoc tum de una aquilarum specie/reliquis occidentibus prius quæ comedūt: tum de uulturibus/quos philosophi multi inter aquilas supputant.

Et adiecit dñs/ꝛ locutus est ad iob. Iuxta hebræū hr. Et rñdit iehou ah ad iob/ꝛ dixit. Finitus insinuat sermo diuin9 ad iobē ad cōfutandū uer borū eius arrogantiam: & tacens insinuatur iob/tanq cōfusus sermone dei de turbine.

& propterea benignius agens deus cum iobe absq; turbine respondet: hoc est responsionem prosequitur. & propterea significanter introducitur iterum deus respondens nulla facta mentione turbinis / ut absq; indignatione respondens inuitet iobem iam confusum ad respondendum petendo ueniam. ☞ Nunquid qui contendit cum deo, tam facile conquiescit? Iuxta hebræum habetur. Nunquid litigare cum saddai castigabit. Et est sensus / nunquid disputatio illa cum deo erit fructuosa tanq; castigatio filij? longus siquidem sermo dei præhabitus appellatur disputare cum saddai, eo q; inuitatus deus a iobe ad disputandum, assumpsit personam arguentis / & quasi disputando protulit suprascripta. Est itaq; sensus / nunquid litigare cum deo omnipotente prouocato a te castigabit / fructuosæ castigationis uim habebit. fructum siquidem castigationis per hæc uerba quærit. Vtiq; qui arguit deum / debet & respondere ei. Quia pronomen ei in textu hebraico est fœminini generis / non potest demonstrare deum. & propterea aliter ordinanda est hæc litera: & legendum est. arguenti eloha / respondebit ipsa? est enim prosecutio interrogationis. Et est sensus, nunquid eloha (hoc est deo iudici) arguenti tam longo sermone iobem / respondebit ipsamet locutio arguens? quasi dicat minime. fœminini siquidem generis est apud hebræos sermonis nomen. Et quærit per hoc ut iob respondeat: & diuinus sermo qui est arguens, non sit etiam responsio / non transeat sine responsionis fructu.

☙ Respondens autem iob domino / dixit. Iuxta hebræum habetur. Et respondit iob ad iehouah, & dixit. Deo indignato non ausus est respondere, etiam ueniam petendo / sed confusus tacuit: deo autem non indignato & exigenti responsionem respondet. ☞ Qui leuiter locutus sum / respondere quid possum? Iuxta hebræum habetur. Ecce paruipendi / quid respondebo tibi? Agnoscit iob peccatum suum in specie paruipendendi deum: quia uerba eius prouocatiua dei ad disputandum / non solum speciem arrogantiæ sed etiam speciem paruipensionis dei præ se ferunt: ut clare patet tum ex hoc q; disputatio debet esse inter pares / tum ex hoc q; iob promittebat sibiipsi uictoriam si disputaret cum deo. Quamuis igitur iob non intentione paruipendendi deum prouocauerit deum ad disputandum: quia tamen uerba eius speciem habebant paruipensionis dei / agnoscit & confitetur peccatum suum. Petendoq; ueniam dicit. ecce paruipendi / hoc est tanq; paruipendens te locutus sum, quid respondebo tibi / ad mei defensionem? quasi dicat nihil suppetit ad excusandũ aut defendendum me, sed pro castigationis tuæ fructu hoc duntaxat respondendum est: uidelicet. manum meam ponam super os meum. Iuxta hebræũ habetur. manũ meam posui ad os meum. hoc est peccatum sermonis mei agnoui & accusaui. sicut enim percutiens manu pectus suum / accusat peccatum cordis sui, ita manum apponens ori accusat peccatũ oris sui: sine memoria. n. est mos percutiendi pectus & labia petendo ueniam a deo. & propterea dicendo ad os meum / manifestat q; nõ paruipenderat animo sed ore. ☞ Vnũ locut⁹ sum / quod utinã nõ dixissem & alterũ: qb⁹ ultra nõ addã. Iuxta hebræũ habetur. Semel locutus sum & nõ rñdebo: & secũdo & nõ addã. Non solum speciem peccati sed etiã numerũ peccatorũ suorũ cõfitetur. duo siquidem

enim damnatur / declaratur iniquus. Et scito q dictio interpretata furore / anceps est ad furorem uel etiam, & in utroq sensu uerificari hic potest: nam legendo nunquid furore franges iudicium meum, commemoratur modus quo iob protulit uerba hæc: uidelicet tanq in furore constitutus aduersus socios, scribitur enim ibidem q iob tristitia affectus ex sociorum uerbis / hæc dixit: tristitia autem mater est iræ atq furoris. Iob enim ibidem postq dixit si erraui error meus mecum erit / insurgens aduersus magnificantes se super eum (quod est officium irati) protulit hæc uerba. *Si* uero legitur nunquid etiam franges iudicium meum, perinde est acsi dixisset fregisti iudicia sociorum tuorum, nunquid etiam iudicium meum franges?

¶ Et si habes brachium sicut deus: & si voce simili tonas. Iuxta hebræum habetur. Et si brachium sicut el tibi: & in voce sicut ipse sonabis. Conditionalis sermo inchoatur habens prolixum ualde consequens / constans ex multis partibus quæ subiunguntur. Huius autem conditionalis antecedens duas habet partes, altera proponitur dicendo & si tibi brachium sicut el: altera & si sonabis in uoce sicut ipse / deus fortis. Et utraq metaphorico constat sermone. per sonum enim uocis / significatur imperium: per brachium uero fortitudo executiua. brachijs enim exequimur: uoce autem publica / imperamus. Et dictio interpretata sonabis / non plene reddit hebraicam significationem: significatur enim sonus non qualiscunq / sed sonus publice citans ad aliquid communiter agendum. Ait itaq deus iobi. & si tibi brachium sicut el & sonabis in uoce sicut ipse el / fac quæ subiungo. ¶ Sed non dissimulanda quæstio hic oritur / quorsum hæc de imperio & fortitudine dei aduersus iobem? quum iobis uerba reprehensione digna / nihil sonent aduersus imperium aut fortitudinem dei, sed aduersus iustitiam: immo & de imperio & de fortitudine dei præclare locutus inuenitur? Solutio est q hæc dei uerba de suo imperio quo dixit & facta sunt / & sua fortitudine quæ extenditur ad omnia, tendunt aduersus rationem uerborum iobis: rationem inquam non ex qua motus fuit iob ad dicendum uerba illa / sed ex qua procedunt suapte natura uerba dehonorantia iudicium dei. Rationis siquidem ordo exposcit ut si iudicium alicuius principis mei dehonoro / ut confidam in mea authoritate meisq uiribus ad hoc ut ualeam tueri dehonorationem quam intuli. & propterea statim q deus commemorauit iobi uerba præ se ferentia contumeliam dei, ad suapte natura rationem uerborum sermonem transfert / inchoando a radice. aggrauatur siquidem per hoc peccatum iobis: q uidelicet stulte protulerit uerba / quæ a pari cum deo imperio & fortitudine suapte natura procedunt. & ideo deus proponit iobi / si par es deo in brachio & in uoce.

¶ Circunda tibi decorem / & in sublime erigere: & esto gloriosus / & speciosis induere vestibus. Iuxta hebræum habetur. Orna nunc celsitudinem & altitudinem: & pulchritudinem & decorem vesties. Nullum pronomen in litera scribitur / nullum uerbum passiuum habetur: & propterea litera intelligenda est ut sonat, orna cælsitudinem, & uesties / subaudi ipsam his tribus indumentis: uez altitudine pulchritudine & decore. Et hæc est prima pars consequentis inchoatæ conditionalis. Et cælsitudinis nomine intelligit angelica natura: quæ antonomasice inter creaturas appellatur cælsitudo / quia longe excellentioris est naturæ q sint

multiplicatur: quia amplius humiliati sunt/sublata ab eis etiam spe fœlicitatis. ⁊ contere impios in loco suo. Iuxta hebræum habetur. ⁊ calca impios in locis eorum. Tertia pœna superborum angelorum describitur/& satis apte: primum inclina/deinde humilia/tertio calca. Et priores quidẽ pœnæ relatiue ad gratuita/hæc autem tertia ad naturalia spectat. naturalia siquidem insinuãtur/dicendo in locis eorum: perinde acsi fuisset dictum calca impios in naturalibus eorum in quibus confidebant. calcati siquidem sunt angeli mali secundum suas naturales uires, dũ subiecti sunt quasi sub pedibus aliorum angelorum ut subsint etiam illis quibus superiores erant. Appellantur autem impij eo ꝙ peccauerunt in cœlestem patrem ac patriam: ita ꝙ superbia eorum fuit cõtemptus cœlestis patris per adoptionem/cœlestisq; patriæ/ciuilitatis supernaturalis. ⁊ Absconde eos in puluere simul. Quarta dæmonum pœna describitur ad instar absconditorum simul in puluere: hoc est collocatorum sub puluere sic ꝙ sint absconditi/quemadmodum res sub terra abscondimus. Et per hãc metaphoram insinuatur naturalis potentia dæmonum impedita penitus. describuntur.n. tanꝗ̃ positi sub puluere terræ/non qualitercunq; sed ut absconditi & simul. per hoc.n. ꝙ omnes simul non possunt se liberare ex puluere/describitur impedita potentia eorũ etiam pro seipsis. per hoc autem ꝙ describuntur absconditi/insinuatur ꝙ in profundũ pulueris peccatorum demissi sunt loco decoris quo donati fuerãt a deo. ⁊ facies eorum demerge in foueam. Iuxta hebræum habetur. facies eorum fascia in abscondito. Quinta dæmonum punitio describitur fasciare facies eorum in abscondito. & tanguntur hic duæ pœnæ in naturalibus dæmonum. Altera est priuatio uidendi ea quæ publice fiunt. ex hoc enim ꝙ in abscondito describuntur/insinuatur impediri intellectum eorum ab intuitu eorum quæ publice fiũt. ex hoc uero ꝙ fasciatæ describuntur eorum facies/insinuatur pœna altera: uidelicet priuatio delectationis de eorum naturali pulchritudine. Sicut enim fasciata facies redditur non delectabilis alicui nec etiam sibiipsi, ita naturalis pulchritudo dæmonis describit̃ ꝙ nec alios dæmones nec seipsum delectat: diuina hoc agente iustitia ut nõ repræsentet̃ eis ut delectabilis: ut qui delectari pulchritudine supernaturali renuit/priuet̃ delectatione suæ naturalis pulchritudinis. Collige prudens lector pœnas has & cõfer cũ donis suprascriptis: & perpendes respondere pœnas donis.

¶ Et ego confitebor ꝙ saluare te possit dextera tua. Parui refert ꝙ hebraice habetur. Et etiam ego confitebor tibi ꝙ saluabit te dextera tua. Et est sermo de confessione laudis. Ecce quorsum uniuersus hic sermo tẽdit: uidelicet ad æqualitatem potentiæ hominis potentiæ dei confutandam. ideo enim proposuit conditionalem si tibi brachium & uox sicut deo, ornando indue angelicam naturã / & spargendo iras uide omnem angelum superbum & infige eis pœnas &c. & etiam ego te faciente ista laudabo te ꝙ dextera tua saluabit te/ꝙ non indiges auxilio meo / ꝙ par es mihi: ut quum te non posse facere hæc uideas, agnoscas quantum aberraueris dicendo uerba quæ suapte natura procedunt ab æquali mihi.

Ecce behemoth quem feci tecum/fenum quasi bos comedet. Iuxta hebræum habet̃. Ecce nunc behemoth quos feci tecum, fenum sicut vacca comedet. Behemoth nomen est hebraicum: & est numeri pluralis / &

habet singulare suum behemah. & quum pluries in sacra scriptura legatur tam singulare quam plurale, semper inuenitur nomen commune: ut animal/bestia/iumentum. certum est enim quod est nomen commune bestijs/animalibus ac iumentis : nec alicubi inuenitur pro nomine proprio alicuius animalis. Et propterea literalem sensum prosequendo, appellatione behemoth dæmones sub nomine brutorum animalium demonstrantur / dicendo ecce behemoth. contextus siquidem ipse insinuat quod quos prius excælsos/superbos ac impios/humiliatos ac calcatos descripserat, eosdem tanquam ad sensum demonstret humiliatos usque ad uilitatem animalium brutorum. Et uere sic est: quoniam inter ordinem creaturarum habentium intellectum & ordinem animalium brutorum hæc est differentia/quod rationalis creatura est suapte natura ordinata ad proprium bonum (hoc est ad hoc ut sint beatæ) irrationalia autem non sunt propter se quia non sunt capacia beatitudinis. quando igitur rationalis aliqua creatura deijcitur ad hanc uilitatem quod non est amplius habilis ad beatitudinem, collocatur in ordine brutorum animalium ut uiuat non propter proprium finem qui est fœlicitas/sed more brutorum absque ordine ad beatitudinem. & quia dæmones ad huiusmodi statum sunt deiecti, ideo demonstrantur sub nomine animalium brutorum: & in numero plurali/quia multi sunt & ut multi descripti sunt superbi ac impij. Adiungit autem quos feci tecum, tum quia qui uiuit in æternum creauit omnia simul ecc. 18. tum quia communis est angelis & hominibus imago dei qua suapte natura sunt capaces beatitudinis. pronomen enim te demonstrat iobem in persona humani generis. Et meminit deus quod ipse fecit dæmones: eo quod superius dixerat se naturam illorum ornasse ac induisse. nunc autem supplet quod etiam fecit eos similes homini: hoc est non malos sed in naturalibus ac liberos ad bonum & malum quemadmodum fecit hominem. ¶ Significanter autem adiungit aduerbium nunc / dicendo ecce nunc behemoth: ad insinuandum quod qui olim erant excælsi effecti sunt nunc behemoth/ hoc est similes animalibus brutis. quod manifestat primum a cibo/dicendo fœnum sicut uacca comedet: acsi apertius dixisset ecce quos feci tecum ad cibum intellectus & sapientiæ/nunc similes brutis uescentur fœno sicut uacca: hoc est non ualens melius habere alimentum. uacca enim libentius uesceretur uiridi herba quam fœno. Et fœni nomine opera significantur ipsorum dæmonum quibus seipsos pascunt: sunt enim arida/utpote priuata uiriditate cuiusque uirtutis. Significanter quoque dicit comedet, quia dæmones opera quidem sua comedunt sed illis non aluntur. utuntur enim operibus suis ut cibo/sed non prosunt ipsis. Nec inusitata sed frequens est apud hebræos mutatio numeri pluralis in singularem, ita quod construunt uerbum singularis numeri cum nomine numeri pluralis. & est constructio de significato: uel quilibet eorum comedet/uel multitudo eorum comedet. Et sic intellige omnia subiuncta in singulari numero de behemoth.

¶ **Fortitudo eius in lumbis eius: & uirtus illius in umbilico uentris eius.** Iuxta hebræum habetur. **Ecce nunc uis eius in lumbis eius: & fortitudo eius in umbilicis uentris eius.** Pars corporis appellata lumbi/ nota est cum suo officio ad uenerea: ibi enim seminaria uasa foueri physici aiunt. Sed quæ corporis pars appelletur umbilici uentris/non est clarum: tum quia umbilicus qui apparet in uentre hominis perfecti tam maris quam fœminæ/nullum officium habere apparet. Dico autem perfecti/ad differentiam embrionis: in quo umbilicus officiosus ualde

est/ad alendũ & pendulum sustendandum foetum, in præsenti siquidem cõtextu describuntur partes animalis perfecti: utpote comedentis foenum/& habentis ossa ferrea. Tum quia non umbilicus sed umbilici multi describuntur uentris unius/dicendo in umbilicis uentris eius. Quocirca de internis umbilicis foeminæ intelligenda est litera hæc, sunt enim in foeminis umbilici interni multi quos græco uocabulo appellant cotylidones a cotylidone herba habente formam umbilici: & sunt secũdum physicos uenæ quædam ad uenerea. Quemadmodum itaq; behemoth cibus descriptus est contemptiue dicendo ecce nunc comedet foenum, ita contemptiue describitur fortitudo behemoth/dicendo ecce nunc uis eius in lumbis eius: acsi apertius dixisset. qui tam excellenti potentia ac fortitudine uigebat, ecce nunc deiectus est ad tantam infirmitatem ut uires eius sint uires lumborum/& fortitudo eius sit fortitudo umbilicorum uentris: hoc est ut uires suas & fortitudinem suam exerceat in uenereis/hoc est procurando uenerea in uiris ac mulieribus. Et nihilominus significatur fortitudo quæ apparet propter uenerea tam in uiris q̃ in mulieribus amantibus. uiri enim mille subeunt pericula: & de mulieribus uere dicitur/fortem animum præstant rebus quas turpiter audent. Et si hæc contuleris cum subiunctis de testiculis, perpendes ꝙ non describit aliquod unicum naturale corpus per partes nominatas in hac litera: nam aliquæ partes sunt partes masculorum & aliquæ partes foeminarum/ex quibus non constat unicum naturale corpus. ¶ **Stringit caudam suam quasi cedrum**. Iuxta hebræum habetur. **Agitabit cito caudam suam sicut cedrum.** Officium caudæ est tegere posteriorem animalis partem qua feces emittit: ad hoc enim a natura data est. Officium itaq; dæmonis ad tegendum ac protegendum mala/describitur per caudam. & quoniam hoc ualde extenditur amplissimũq; est/& ad superna semper tendens (ut quotidiana experientia testatur) ideo assimilatur cedro. & quia in promptu sunt huiusmodi excusationes, ideo dicitur ꝙ agitat cito caudã suam quanuis magnam sicut cedrum. **Nerui testiculorum eius perplexi sunt**. Parui refert ꝙ hebraice habetur. **Nerui testiculorum eius ramificabunt**. Aiunt enim dictionem hebraicam esse uerbum futuri temporis significans aliquid simile ramificationi/qualem uidemus in integro uuæ botro ex multis racemis consurgente. apparet enim in illis intricatio & obuolutio. Et quia nerui testiculorum (hoc est partes neruosæ testiculorum) secundũ physicos uasa sunt seminaria ramificata multis obuolutionibus, ideo officium eorum creditur cõcoquere semen ad generandum. & propterea officium diaboli ad generandum sibi filios/describitur per testiculos ramificatos neruis multis intricationibus obuolutis. generat enim peccata/proponendo apparens bonum: & tanq̃ obuoluens malum multiplicatis atq; intricatis tam respectibus q̃ delectationibus seu tristitijs & appetitibus, seminat morale malum in animis hominum/atq; sic generat sibi filios. ¶ **Ossa eius uelut fistule eris: chartilago illius quasi lamine ferree.** Iuxta hebræum habetur. **Ossa eius fortitudines eris: ossa eius sicut uirga ferri.** Dictio interpretata ossa/prima uice sonat ossa magna: secunda autem sonat ossa parua. Officiũ ossium est sustẽtare carnes neruos uenas & reliqua quæ in animali sunt: & propterea officiũ diaboli ad sustentandũ corpus iniquitatũ describitur per ossa eius tã parua q̃ magna. Et magna quidem ossa æreæ fortitudinis describuntur, quia tanq̃

impassibiles reddit animos hominum eorum qui suo exemplo sustentant iniqua operā quod utinam non uideremus in alexandro/cæsare/catone &c. ossium uero paruorum multitudo ferreis uirgis assimilatur: quoniam inferiores sustentantes iniquitatis corpus habet ut domitores aliorum/quotidiana experientia testante.

Ipse est principium uiarum dei. Iuxta hebræum habetur. **Ipse principium uiarum el.** Manifestat clare de quo loquitur/quem appellauit behemoth: demonstrando per pronomen ipse uniuersum collegium behemoth hoc est dæmonum; & describendo ipsum principium uiarum el/hoc est dei fortis. Anteq̃ aliquis peccaret, unica uia deus utebatur fortitudine potentiæ suæ: uidelicet bene faciendo duntaxat. nulli enim rationali creaturæ (quæ sola est capax ueri boni & ueri mali / fœlicitatis & miseriæ) deus inferebat malum: quia deus non est prius ultor q̃ peccemus: & propterea quia collegium dæmonum initium fuit peccati/fuit ex hoc initium uiarum dei. hinc enim inchoauit deus usum alterius uiæ/inchoauit ulcisci: hinc inchoauit uti fortitudine sua ad inferentium malum pœnæ rationalibus creaturis. Describitur itaq; dæmon a principio peccandi: quia ipse uidelicet fuit initium peccati / ac per hoc diuersificandi uias dei. **qui fecit eum/applicabit gladium eius.** Iuxta hebræum habetur. **factor eius appropinquabit gladium suum.** Declarat istam alteram uiam cuius initium fuit dæmon peccando/esse uiam ultionis, utendo metaphora principis utentis gladio ante faciem suam ad uindictam malorum. describitur enim deus creator dæmonum/habens quidem gladium suum etiam anteq̃ peccarent dæmones, sed non utens illo: sed post peccatum dæmonis/usus est deus gladio suo. describitur enim usus gladij appropinquatione gladij: hoc est applicatione gladij ad incidendum. Hæc est ultio/hæc est altera uia cuius principium fuit primo peccans.

Huic montes herbas ferunt. Iuxta hebræum habetur. **Quia germen montes ferent ei.** Coniunctio quia/usq; ad calcem sermonis de behemoth suspenditur, postq̃ enim descriptum est dæmonum collegium tanq̃ animal potens & forte declarando officia sua ex partibus eius / declaratur consequenter fructus eius in humano genere sub metaphoris multis. Et quoniam primo cōmemorata fuit cælsitudo dæmonum, ideo par est ut primus fructus in hominibus describatur in montibus: hoc est hominibus super alios eleuatis. & propterea dicitur q̨ montes (hoc est eleuati super alios) ferunt ei germen: quoniam operantur quasi germinantes ei. Nec hoc ideo dicitur ut significentur principes omnes mali/sed ad insinuandū q̨ cōmuniter sunt mali/quāuis aliqui inueniantur boni. nam secundum dominicam sententiam diuites difficile ingrediuntur regnum cœlorum: multo ergo difficilius principes. Significanter autem de montibus scribitur q̨ ferunt germen ei: quia non solum germinant ei/sed etiam portāt ei germen curiarum suarum. recte siquidem a diogene diffinita est curia q̨ est locus ad decipiendum & præualendum: quod utinam esset falsum. **omnes bestie agri ludent ibi.** Parui refert q̨ hebraice habetur. **ridebunt ibi.** Bestiæ agrestes / liberæ a quacunq; uinculorum specie/a nulloq; domitæ, homines absq; iugo diuinæ legis (qui scilicet libere peccant timore dei posthabito) significant: qui gaudent & arrident ibi/ hoc est in montibus ferentibus germen diabolo. apte siquidem homines absq; timore dei adiunguntur principibus malis arridentes/ut liberis liberi socientur: uel ut rectius

loquar/quia licẽtia effrænitũ fouetur authoritate & exemplo iniquorũ principum.

¶ Sub umbra dormit: in secreto calami in locis humentibus. Parui refert q hebraice habetur. Sub umbris iacebit: in abscondito cannę & limo. Post descriptum fructum diaboli in principibus & hominibus absq; iugo/describitur fructus eiusdem in hominibus delicatis: umbræ enim pro delitijs sumuntur. Describitur autem iacens sub umbris/eo q tanq̃ quieto iure possidens habet delitijs uacantes. Quod autem adiungitur in abscondito cannæ (hoc est in umbra cannarum) insinuat speciatim delitias hypocritarum assimilatorum cannis, uacuis intus/frondescentibus autem foris. quietissime siquidem tanq̃ in abscondito iacet in delitijs istorũ. Limus autem ex aqua & terra compositus/uenereos significat, ex ijs quæ terræ & aquæ sunt fotos: sine cerere siquidem & baccho friget uenus: in ijs autem manifeste iacet behemoth. ¶ Protegũt umbre umbrã ei9. Iuxta hebræũ hr. Tegent eũ umbre/umbre ei9. Genitiuus singularis est umbræ eius. Cõsueuerũt principes multiplicare umbracula: ita q supra umbraculũ paruũ tanq̃ umbraculũ proprium/collocant umbraculum magnum in excælso amplum ualde: & sic umbræ umbraculi magni tegũt umbram umbraculi proprij. Et per hoc insinuatur q in delitijs super delitias/in multiplicatis delitijs quescit, ita q ipsa multiplicatio delitiarũ parit ei quietẽ. circundabũt eum salices torrentis. Homines studiosi ad complacendũ nõ deo sed hominibus/describuntur per salices: quarũ uires omnes ad infructuosam uegetationem expenduntur. & isti tanq̃ circundantes quiescentem in adulationibus & blandis obsequijs/describuntur: quod non eget expositione sed lamentabili fletu.

¶ Ecce absorbebit fluuium & non mirabitur. Iuxta hebræum habetur. Ecce rapiet fluuium & non festinabit. Post fructum in delitijs/describitur fructus in communi cursu hominum assimilatorum flumini: hoc est qui flumine passionum animi aguntur. hi enim tanq̃ aqua semper fluens sunt in uita sua: & nequaq̃ seipsos sistunt ratione ac uirtute, sed ut dictum est passionibus animi (amore & odio/delectatione & tristitia/spe metu atq; ira) aguntur in uniuersis operibus suis. horum ingentem multitudinem quasi fluuium rapi a diabolo describit. Et adiungendo & nõ festinabit/insinuat q absq; multa auiditate diabolus hanc rapinam exercet. festinatio enim/auiditatis est signum ac effectus: & per oppositum non festinare significat minorem auiditatem. Et dicitur hoc ad insinuandum q facilis est diabolo rapina huiusmodi multitudinis. & habet fiduciam q influat iordanis in os eius. Parui refert q hebraice habetur. confidet q educet iarden ad os suum. Hinc patet q de raptu ad potandum metaphora fluuij præmissa est: adiungitur enim illi eductio iordanis ad os behemoth. Tam in ueteri q̃ in nouo testamento iordanis fluuius spectat ad populum dei. nam mosaicæ legis tempore iordanis israelitas hinc & inde habebat: erant. n. duæ tribus & dimidia ultra iordanem, nouem autem & dimidia habitabant citra. in testamento uero nouo iordanis initium fuit baptismi/ex quo nascitur christianus populus: in iordane enim cõsecrauit christus carne propria uniuersas ad baptismum aquas. Et propterea deus præuidens omnia/dicit de diabolo q non sat est ei rapere flumẽ hominum qui passionibus aguntur, sed confidit q populum dei qui lege diuina agitur per iordanem significatum educat ad os proprium. Et significanter dicit educat/ad

insinuandum q nisi e gremio populi dei exierit aliquis non haurietur ad os diaboli: & utinam non multos educat ex iordane.

¶ In oculis eius quasi hamo capiet eum. Iuxta hebræum habetur. In oculis suis tollet eum. Nihil scribitur de hamo. & ut subiuncta testantur/prædicit deus modum quo tolletur de imperio mundi huius diabolus per christum. De homine siquidem christo prædicit q tollet eum de principatu hominum in oculis eius: hoc est ipsius dæmonis/ipso uidente & non ualente se adiuuare. adimpletũ siquidem est hoc in descensu christi ad inferos. Unde & subiungitur. Et in sudibus perforabit nares eius. Iuxta hebræum habetur. in offendiculis perforabit nares. hoc est impingentium perforabit nares. Vere dæmones impegerunt in mortem christi putantes se hominem occidere/impegerunt in propriam seruitutem redacti in captiuitatem. & tanq bubuli perforati sunt in naribus ducendi quo non uolunt. nunc inquit christus/ princeps huius mundi eijcietur foras & ego traham omnia ad meipsum.

An extrahere poteris liu'iathan hamo: & fune ligabis linguam eius? Iuxta hebræum habetur. Extrahes liu'iathan in hamo: & in fune ligabis linguam eius. Nullum præponitur interrogatiuum in textu hebraico: sed interpretes addiderunt. Liu'iathan nomen esse propriũ animalis/in psal. 104. iuxta hebraicam habetur ueritatem. nam ibi legitur hoc mare magnum & latum manibus: subiungendo liu'iathan istum plasmasti ad illudendum in ipso. In isaiæ autem 27. cap. & hic/liu'iathan introducitur pro diabolo. ita q hactenus sub specie animalium terrestrium/nunc uero sub specie animalis marini appellati liu'iathan prosequitur deus descriptionem dæmonum. Et intendit secundum germanum sensum conditiones dæmonum manifestare sub nomine liu'iathan. Quare autem cetus appelletur ab hebræis liu'iathan/quærendum non putant: quia propriorum nominum rationem nõ esse astruunt. Negant quoq hebræi interpretari additamentum eorum: sed si interpretandum est/significare copulationem eoꝝ. aiunt enim deduci a liu'iah/quod significat copulationem. ¶ Incipit autem deus describere dæmones relatiue ad opiniones humanas de ipsis/sub diuersis metaphoris: & quinq opiniones hominum notitia dæmonum carentiũ confutat. Nec hæc ego somnio aut adinueni: sed textus ipse in calce horum docet diuersitatem inter uidentes & non uidentes dæmones. Recitatur itaq in primis opinio eorum qui fingunt seu reputant dæmones tanq pisces hominibus utiles/ hamo captos & lingua alligata fune. Et per hamum atq alligationem linguæ funditus (hoc est a radicibus linguæ: talem enim alligationem significat uerbum hebraicum) cultus dæmonibus exhibẽdus sicut & cæteris dijs/significatur tanq trahens eos ad hominum utilitatem. & propterea fit mentio linguæ: quoniam trahere se dicunt linguam/ hoc est responsa dæmonum. Ad hominem itaq docentem & tanq ex aquis extrahentem ad hominum utilitatem dæmones tanq pisces/dicit deus. extrahes quidem liu'iatan (hoc est dæmonem tanq piscem ex aquis) hamo cultus trahentis ipsum: & fune superstitionum alligabis a radice linguam eius ad secreta reuelandum.

Nunquid pones circulum in naribus eius: aut armilla perforabis maxillam eius? Iuxta hebræum habetur. Nunquid pones iuncum in naribus

in naribus eius: & in spina perforabis maxillam eius? Irrisoria uerba sunt, quia homo utitur dæmone utili hominibus ut pisce hamo capto/deridendo dicitur homini, nunquid etiam perforabis maxillam eius spina/hoc est acuto aliquo instrumento, uel iunco ligabis nares eius/ad portandum eum mortuum in domum ut coquatur sicut portari solent pisces? hoc enim consequens esse deberet ad piscem hamo captum. Et per hoc significatur irrisio cultus exhibiti ab hominibus diabolo. Nunquid multiplicabit ad te preces. Alia recitatur opinio de dæmonibus: q. uidelicet commercium habent cum hominibus quasi homines/ diuersimode tamen. & quattuor modi tanguntur. Primus est q. conuersantur cum hominibus supplices: hoc enim tradunt qui quosdam dæmones quibusdam artibus subijci aiunt hominibus, de his enim dicitur nunquid multiplicabit ad te preces? manifestando q. non uere supplicant sed fingunt se supplicare ad fallendum homines. aut loquetur tibi mollia? Legendum esset. nunquid loquetur tibi mollia? Secundus modus blande loquendi seu obsequendi/simili modo describitur & confutatur. sunt enim quidam dæmones qui blandis obsequijs homines demulcent: sed reuera non sunt obsequia mollia/sed crudelia in perniciem animarum. societas enim dæmonum cum hominibus perniciosa est. Nunquid feriet tecum pactum. Tertius modus per uinculum fœderis describitur, sæpe enim dæmones paciscuntur cum hominibus/ magicis artibus intercedentibus. Et manifestatur hic q. non uere paciscuntur: sed simulant se ferire fœdus cum homine. & accipies eum seruum sempiternum? Quartus modus uinculo seruitutis perpetuæ describitur, simulant enim dæmones quandoq. addictos se esse in perpetuos seruos aliquorum: ita q. facturum se dicit quicquid homo præceperit sicut seruus facit quicquid præcipit dominus eius. hæc enim omnia figmenta esse manifestat hic deus. Nunquid illudes ei quasi aui: & ligabis eum ancillis tuis? Legendum esset, puellis tuis. Tertia opinio de dæmonibus recitatur eorum qui in iocum aut ludum dæmones ducunt / negãdo ipsos inueniri. esse enim aliquos manes & subterranea regna & contum & stygio ranas in gurgite nigras nec pueri credunt/scripsit iuuenalis. Isti enim hic describuntur qui in iocum deducunt dæmones/sicut auis traditur in ludum puellarum & puerorum. manifestatur enim hic q. errant / q. non est deducenda in iocum res dæmonum. Concident eum amici: diuident illum negociatores. Iuxta hebræum habetur. Prandebunt super eum socii: partientur eum inter mercatores. Quarta opinio de dæmonibus parum distans a tertia/recitatur tradentium socialiter uiuentibus & mercatoribus habendam esse rationem dæmonum ne committant fraudes/ne uiolent fidem ualde necessariam tum socijs tum mercatoribus. & quoniam huiusmodi traditio ut adinuentio habetur humana, ad hoc ut socij seruent inter se fidem, & similiter mercatores fideles sint omnibus / ideo iungitur hæc traditio ponentibus rem dæmonum in iocum. illi enim ad iocum / isti uero ad industriam dæmonibus utuntur. Describuntur itaq. socij prandentes/hoc est societatem seruantes super eum/ hoc est tanq. timentes pœnas eius: & similiter inter mercatores diuidendus a præsidentibus reipublicæ / ut seruetur fides. Et hoc ipsum reprehenditur hic: quia ficte

introducunt hæc præſidentes reipublicæ. ¶ Nunquid implebis ſagenas pelle eius: ⁊ gurguſtium piſcium capite illius? Rectius legitur. Nunquid incides eum gladijs pellem eius: ⁊ in gladio piſcium caput eius? Quinta opinio de dæmonibus ſcribitur ſub metaphora concidentium pellem & gladio piſcium concidentium caput. philoſophantes enim apparentia opera dæmonum quaſi pellem dæmonis/gladijs hoc eſt argumentis concidunt/attribuendo ea naturalibus cauſis: & authoritate ſua tanq̄ gladio piſcium/quo non conſueuerunt piſces occidi ſed mortui in diuerſas partes ſecari (talis eſt enim philoſophorum authoritas: in ſolis enim mortuis hoc eſt chriſti uita carentibus efficax eſt) authoritate inquam philoſophorum inciditur caput: hoc eſt exterminatur ab uniuerſo dæmonum turba, dum humori melancholico omnia quæ apparent attribuuntur. Manifeſtatur autem hic ſimili modo iſtorum error dicendo. nunquid cum gladijs concides pellem eius/& in gladio piſcium caput eius? quaſi dicat minime.

¶ Pones ſuper eum manum tuam: memento belli nec ultra addas loqui. Iuxta hebræum habetur. Pone ſuper eum manum tuam: recordare bellum/non addes. Recitatis opinionibus hominum neſcientium quales ſunt dæmones/ſubiungit deus monitionem qua clare apparet fidelibus & dæmones eſſe & eſſe hoſtes humani generis, dicendo. recordare bellum quod fuit inter ſerpentem & primos parentes, & pone manum tuam ſuper eum: hoc eſt congredere aduerſus eum/operibus uirtutum pugnando cum eo, & experieris uires eius pugnantis contra te: & non addes ultra repetere aliquam harum opinionum/recordatus antiqui belli & expertus proprium. ¶ Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum. Iuxta hebræum habetur. Ecce ſpes eius mentita eſt. Pronomen eius demonſtrat hominem ignorantem dæmones/cui dictum eſt pone manum tuam ſuper eum. in morte enim experietur ꝙ ſpes eius mentita eſt: ſperant enim huiuſmodi homines ſe nihil paſſuros a dæmonibus, & tunc experientur ꝙ ſpes eorum mentita eſt. ⁊ uidentibus cunctis præcipitabitur. Iuxta hebræum habetur. nunquid etiam ad conſpectores eius proijcietur. quaſi dicat nequaq̄. Aduerte prudens lector duo in hac ſententia. Alterum eſt id in quo conueniūt omnes ignorantes dæmones: oēs. n. ꝓijciūt dæmonē extra ordinē ſeu locū eius. nā primæ duæ opiniones utentes dæmonibus uel tanq̄ piſcibus uel tanq̄ hominibus/manifeſte ꝓijciūt dæmones in alium ordinem longe alium a loco eorum: tres quoq; aliæ opiniones negantes dæmones/& uel ad iocū uel ad induſtriam eis utentes uel in humorem melancholicum reſoluentes, manifeſte proijciunt dæmones. & propterea in hac ſententia ſummatur id quod commune eſt omnibus recitatis opinionibus/dicendo proijcietur. Altera eſt diſtinctio inſinuata inter conſpectores & non conſpectores eius/id eſt liu iathan. ex hoc. n. ꝙ dicit nunquid etiā ad conſpectores eius proijcietur/manifeſte inſinuat ꝙ a non conſpectoribus eius proiectus eſt. & quoniam conſpectores eius ſunt qui in reuelata a deo fide cōſpiciūt dæmones innixi authoritati ſacræ ſcripturæ, cōſequēs eſt ut nō credētes appellētur nō cōſpectores eius/& ſint illi a qbus ꝓijcitur, negādo eum uel negādo iniquitatem eius. Et intendit per hoc deus manifeſtare ꝙ fideles ſciētes per fidem dæmo-

nes esse & esse iniquos, non proijcient eum extra locum suum / sed habebunt eum in hostem humani generis. hic est enim locus & ordo eius: ut belli mentio facta testatur.

CAPVT .XLI.



Non quasi crudelis suscitabo eum. Iuxta hebræum habetur. Non crudelis quia suscitabit eum. Postq̃ deus confutauit falsas de dæmonibus opiniones/& coram fidelibus suis in hostem habẽdum declarauit, anteq̃ describat conditiones eius/tacitæ immo explicatæ a iobe in cap. 30. obiectioni respondet. Apparet enim q̃ mouens tantum hostem aduersus hominem / crudeliter agat cum homine. homo enim exilium est uirium/liu iathan autem maxima uiget potentia: & iob dixerat q̃ deus uersus erat ei in crudelem dando eum in manu satanæ. Huic itaq̃ obiectioni satisfacit deus / dicendo de seipso in tertia persona. non crudelis (subaudi est) quia suscitabit eum: hoc est quia commouebit eum ad oppugnandum homines. Affirmat deus q̃ ipse mouet dæmonem: negat autem crudeliter se hoc agere. Et utrunq̃ manifestat. quis enim resistere potest vultui meo? Iuxta hebræum habetur. & quis ipse in facie mea sistet se? Ad manifestandum q̃ ipse deus mouet dæmonem / affert uniuersalem motionem omnium ab ipso deo. nam dicendo & quis ipse in facie mea sistet se / manifestat q̃ nullus potest seipsum sistere in facie dei: hoc est nullus potest subterfugere/nullus potest euitare motionem dei: euitaret enim solus ille qui seipsum sistere posset / quantumcunq̃ deus moueret. Et per hoc discimus q̃ non solum potestas sed usus potestatis cuiuscunq̃ creaturæ est a deo, quamuis iniquitas usus non sit a deo. & propterea non est mirum q̃ deus moueat dæmones ad utendum eorum potestate pugnando cum hominibus: nisi enim deus eos moueret / non possent propria potestate uti. Et quis antecedit mihi vt reddam ei? Omnia que sub celo sunt / mea sunt. Iuxta hebræum habetur. Quis præuenit me & reddam? sub omni celorum mihi ipsum. Ad manifestandam non crudelitatem/affert summam suam liberalitatem ac benignitatem in omnia. liberalitas enim e regione debiti distinguitur: & propterea excludendo omnem rationem debiti / manifestat se omnia facere liberaliter. Excludit autem debiti rationem / dicendo quis præuenit me & reddam? reddere enim actionem significat debitam/cõsurgentem ex eo q̃ aliquis præuenit eum actione aliqua: ut pater præuenit filium beneficio generationis/& sic de alijs beneficijs. Deus enim etiam secundum philosophos est summe liberalis: eo q̃ communicat bonitatem suam nihil expectans retributionis: utpote cui nihil potest conferri boni uel mali. Benignitatem autem suam manifestat extendi etiam ad hæc infima / dicẽdo q̃ qcqd est sub omni coelorũ (hoc est sub quocũq̃ cœlo) mihi ipsum: hoc est meũ est/ad me spectat tanq̃ ad ꝓpriũ dñm ac gubernatorẽ. Per hoc.n. excludit̃ ois crudelitatis suspitio. nullus.n. sæuit i sua: quæ liberaliter facit, fouet/gubernat. Et uere deus mouet dæmones ad oppugnandũ homines nõ ut noceat hoibus, sed ut exerceat homines

ad pugnandũ pro regno coelorũ etiã cũ dæmonibus: dicẽte apostolo nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem sed aduersus principes tenebrarum &c. ut uictor homo coronetur. Moderatur siquidem deus uires dæmonum in bello contra homines: dicente apostolo fidelis deus qui nõ p mittet uos tentari supra id quod potestis &c.

Non parcam ei verbis potentibus & ad deprecandum compositis. Iuxta hebræum habetur. Non tacebo membra eius: & verbum potentiarum & gratiam dispositionis eius. Ad utilitatem fidelium habentium liu'iathan in hostem/proponit deus se manifestaturum tria de liu'iathan: uidelicet membra/potentias & gratiam. horum enim manifestatio ualde prodest fidelibus ad cognoscendum opera eius/ad cauendum ab illo/ad diuersa arma assumenda contra illum. Nec mireris proponi gratiam: quia ironia est. quemadmodum enim maledicere deum appellatur quandoq; in sacra scriptura benedicere deum, ita horrida dispositio dæmonum appellatur gratia. sumitur enim hic gratia non ut distinguitur e regione iustitiæ: sed ut est nomen uenustatis/qua persona dicitur uulgari italico aggratiata. Deus enim in hoc sermone declarat membra liu'iathan/declarat & potentias eius/declarat & dispositionem eius horridã: ut patet legenti & intelligenti subiũcta.

Quis reuelabit faciem indumenti eius. Parui refert q hebraice uerbum præteriti temporis est reuelauit; hoc est detexit. & facies sumitur proprie. Ita q deus incipit describere faciem liu'iathan utpote primum illius membrum occurrens. Describit autem eam indutam/quia occurrit semper homini sub specie boni. & quoniam difficile est detegere mala apparentia sub specie boni, ideo dicitur quis detexit faciem indumenti eius/hoc est indutam: quis detexit faciem malam apparentem bonam bonitate utili honesta uel delectabili? & in medium oris eius quis intrabit? Iuxta hebræum habetur. in duplicitatem freni eius quis veniet? Maxillas ex quibus intus consurgit facies, describit consequenter/circũloquendo eas a fræno: quia fræqum intra maxillas ponitur. Et quia officium maxillarum est amplificare faciem seu os, ideo media quibus diabolus utitur ad amplificandum suggestiones suas describuntur sub duplicitate: eo q infinitis duplicitatibus utitur ad amplificandum res malas. Et quoniam perniciosum est in diabolicas duplicitates incidere, ideo dicitur in duplicitatem fræni eius quis ueniet? hoc est quilibet caueat ne ueniat.

Portas vultus eius quis aperiet? Iuxta hebræum habetur. Ostia faciei eius quis aperuit? Nisi de clausis ostijs esset sermo/nequaq; diceretur quis aperuit? quasi dicat nullus aut rarus. Sunt autem faciei ostia/labia. nam labijs clauditur uel aperitur facies/id est os. Silentium itaq; significatur per clausa oris ostia. Et describitur per hoc tertia fallendi ars diabolica. nam prima est proponere sub specie boni/secunda est inuoluere duplicitatibus/tertia occultare silentio; & ipso claudente labia/quis aperiet quo tendit? p gyrũ dentiũ ei9 formido. Iuxta hebræũ hr. circuit9 dentiũ ei9 formido. Et est numeri pluralis circuitus: describuntur. n. circũitus multi. Vtrum aũt duo uel plures dentiũ ordines significentur/non explicatur. Dentium officia sunt duo: scindere uidelicet cibũ & molere eundem. aliqui enim dentes sunt ad scindendum & aliqui ad molendum: unde & molares dicuntur.

Et ideo per dentes describuntur media ad scindendum bona / & media ad molendum malos libertate peccandi, utitur enim diabolus medijs multis quasi dentibus scindentibus bona opera, & multis medijs ad molendum iam scissos a bonis operibus / molendum libertate peccandi / ut sint suauis eius cibus. Et quoniam multitudo magna, multisq; ordinibus distincta tanq; in circumitu est huiusmodi mediorum, ideo timenda nobis describuntur sic ordinata & multiplicata: & propterea dicuntur timor / quia timorem incutiunt fidelibus.

¶ **Corpus illius quasi scuta fusilia: compactum squamis se prementibus.** Iuxta hebræum habetur. **Altus fortitudinibus scutorum: clausus sigillo arcto.** Dixerat circuitus dentium: describit consequenter quales sunt / assimilando eos circumitibus uallorum, introducendo uallum ex palis altis & fortibus bene clausum & quasi arcte sigillatum. Nec fallaris nomine scutorum: eo q; dictio hebraica appropriata est scutis / significat autem obstacula / quia enim scutis utimur ad obstandum ictibus, ideo hoc nomen sibi appropriatum: & propterea hoc in loco pro obstaculis sumuntur: hoc est pro palis ex quibus fit uallum. Describitur itaq; quilibet dentium circumitus ad instar ualli / dicendo, altus fortitudinibus obstaculorum / hoc est palorum, clausus sigillo arcto: hoc est palis non distantibus inter se / sed iunctis tanq; arctissime sigillatis. Dicit enim hoc ad differentiam uallorum ex palis non contiguis, assimilat enim circumitus dentium liuiathan uallo alto ex palis fortibus / & contiguis tanq; arctissima coniunctione iunctis. ¶ **Una uni coniungitur: & ne spiraculum quidem incedit per eas.** Iuxta hebræum habetur. **Unus in uno se appropinquant: & uentus non ueniet in medio eorum.** Declarat coniunctionem dentium esse talem q; unus dens ita est propinquus alteri q; nec uentus transire potest inter eos. dicit enim hoc ad differentiam habentiu dentes aliquantulu inter se distantes, quos appellamus dentes raros. ¶ **Una alteri adherebit: & tenentes se nequaq; separabuntur.** Iuxta hebræum habetur. **Unusquisq; in fratre suo adherebunt: apprehendent se & non se separabunt.** De circumitibus dentium est sermo. describuntur enim ipsi circumitus contigui inter se esse ita q; inter circuitum & circuitum non est spatium medium, sed unus circuitus iungitur alteri tanq; alter alterum apprehendat mutua inseparabilitate concomitante. Et quia coniunctio circuituum est ordinate disposita / sic q; molares dentes unius circuitus iunguntur molaribus alterius circuitus / & similiter alij dentes unius circuitus iunguntur similibus sibi detibus in altero circuitu, ideo dicitur / unusquisq; in fratre suo adhærebunt. Et significatur per hæc q; media diaboli ad scindendum bona / quum sunt iuncta libertati peccandi sunt ualde timenda: utpote excelsa / fortia / ordinata in circuitu / densa / multiplicata / conformia atq; inseparabiliter coniuncta. Et huiusmodi dentium circuitus / quo ad mores quidem tu uideris & caue: quo ad ecclesiæ uero unitatem / uidemus nostra ætate luteranos tam magnam scissuram cum tanta peccandi licentia effecisse tam cito ut mirum incredibileq; sit & formidandum ne nationes alias scindant. ¶ Scito hic prudens lector q; partes & operationes attributæ hic liuiathan / nescio an conueniant animali naturali, nam in nostro orbe

apparuisse animal habens multos dentium ordines negat aristoteles in secundo de histo. animalium: recitando tamen scriptum fuisse q̃ in india inuenta est belua habens triplicem dentium ordinem sub & supra. Relinquo itaq; incerta & sequor certa / exponēdo scripta hic de liu'iathan mystico (hoc est diabolo) quē nō est dubiū describi. ¶ Sternutatio eius splendor ignis. Iuxta hebræum habetur. Sternutationibus eius splendebit lumen. Non recedit a descriptione capitis: sternutatio enim emissio est uentositatis ex capite / quemadmodum eructatio est emissio uentositatis ex stomacho. Et significatur per hoc productio uanitatis ex uirtute / significatur uitium uanæ gloriæ tanq̃ lumen splendens per exeuntem uanitatem ex uirtute tanq̃ capite. ⁊ oculi eius ut palpebræ diluculi. Per oculos quibus uidemus, intellectus / scientia / astutiæ / calliditates & reliqua ad intellectiuā partē spectantia describūtur sicut palpebræ auroræ / sicut tegmina lucis auroræ / sicut nebulæ tegentes initium diei. non sicut tegmina claræ lucis in manifesto die, sed sicut tegmina lucis dubiæ: qualis est lux initium diei incipiente aurora. Utitur itaq; diabolus oculis suis ad tegendum lumen fidei carens euidentia / ad obtenebrandam ueritatem æterni diei incipientis in hominibus per lumen fidei & uirtutum eam concomitantium. ¶ De ore eius lampades procedunt sicut tedæ ignis accensæ. Iuxta hebræum habetur. De ore eius titiones ibunt: scintillæ ignis euadent. Loco uerborum quæ ore proferimus / describuntur tanq̃ uerba ex ore diaboli titiones accensi & scintillæ, sed diuersimode: nam titiones euntes / scintillæ uero euadentes describuntur. Principia siquidem ignium cuiusuis cupiditatis / per hæc significantur. accensus enim titio datur & uehitur ad inchoandum ignem in strue lignorum: scintilla quoq; initium est ignis in materia arida / quotidiano exercitio excudente scintillam de lapide. Utriusq; enim generis principia ex diabolico ore procedunt: tam quum ex proposito ab hominibus huiusmodi uerba dicuntur & tanq̃ titiones eunt / q̃ quum huiusmodi uerba tanq̃ euadentia ex uinculis detinentium prodeunt. quanuis enim præter intentionem forte loquentis dicantur, non tamen præter intentionem diaboli huiusmodi scintillæ euadunt. ¶ De naribus eius procedit fumus / sicut ollæ succensæ atq; feruentis. Iuxta hebræum habetur. De naribus eius egredietur fumus / sicut ollæ bullientis ⁊ caldarii. Familiare est hebræis significare iram seu furorem ex naso. & propterea iræ uitium describitur egredi de naribus diaboli tanq̃ fumus uel ollæ uel caldarij bullientis. fumant enim irati fumo delectante eos / tanq̃ consurgente ex alimentis quæ coquuntur in olla uel caldario. pascitur siquidem & delectatur irati animus uindicta / diuersimode commensurata uel ollæ uel caldario / minori uel maiori occasioni. ¶ Halitus eius prunas ardere facit: ⁊ flāma de ore eius egreditur. Iuxta hebræum habetur. Flatus eius carbones accendet: ⁊ flamma de ore eius egredietur. Aduerte q̃ quia ore utimur ad officia duo (uidelicet ad loquendum & ad respirandum) ideo bis introducitur os. & primo quidem quo ad officium loquendi / nunc autem quo ad officium respirandi. & attribuuntur duo flatui oris eius: accendere carbones (hoc est dispositos ad ignem cuiusuis concupiscentiæ accendere) & flammas magnas proferre. Ita q̃ colligendo quattuor modos proferendi ignem ex ore diaboli (uidelicet uel per modum scintillæ / uel per modum titio-

nis/uel per modum flatus accendentis carbones/uel per modum flatus ad magnam flammã) discimus non solum principia sed etiã promouentia & perficientia diuersos humanorum amorum ignes exire ex ore diaboli.

¶ In collo eius morabitur fortitudo. Dictio interpretata morabitur/significat dormiet. plus enim q̃ morari dicitur: quoniam quiete manere tanq̃ dormiens describitur fortitudo in collo eius. colli siquidem officium est tenere caput in loco suo: & quanto maius est caput/tanto fortius oportet esse collum. Media ergo quibus diabolus utitur ad hoc ut quisq; seruet cælsitudinem suam/colli nomine significantur. Et uerissime fortitudo non moratur sed absq; omni pauore quiescit in huiusmodi: quilibet enim cuiuscunq; gradus ordinis aut conditionis existat/& sustinet quæcũq; & intrepidus audet pugnare ad sustinendum id cælsitudinis (quanuis minimæ) quod habet uel habere uidetur. & faciem eius præcedit egestas. Iuxta hebræum habetur. & ante eum letabitur mestitia. Promissio diabolica describitur tanq̃ præcedens ante faciem eius: describitur autem in gaudio & lætitia tam ingenti ut etiã omnis mœstitia uertatur in gaudium. Et uere huius mundi delectationes omnes promittit diabolus per uitia diuersa assequendas/& omni mœstitiæ delectationem aliquam nititur apponere, ut omnes trahat ad se. ¶ Membra carnium eius coherentia sibi. Iuxta hebræũ habetur. Frusta carnis eius coheserunt. Carnis mollicies/media ad reddendum homines molles delectationibus præcipue tactus & gustus significat: & frusta eius diuersas delectationis partes insinuant. Et describuntur cohærentia: quia & delectationes gustus cohærent delectationibus tactus/nec ab illis discrepant delectationes aliorum sensuum, sed cohærent dulces cantus ac soni / suauesq; odores & pulchra. mittet contra eum fulmina & ad locum alium non ferentur. Iuxta hebræum habetur. fortescet super eum/non mouebitur. De carne liu'iathan dicitur. fortescet super eum (hoc est multiplicabitur ualde super eum) & tamen non mouebitur/hoc est non ægre feret multiplicationem carnis. describitur enim insatiabilitas delectationis carnalis: quantuncunq; enim multiplicetur/lassari quidem possunt sed non satiari. ¶ Cor eius indurabitur tanq̃ lapis: & stringetur tanq̃ malleatoris incus. Iuxta hebræum habetur. Cor eius durebit sicut petra: & durebit sicut molaris inferior. Quia cor est prima animalis pars ex qua ad alias uita deriuatur: præter hoc q̃ uoluntas diaboli obstinata ac immobilis a malo describitur, immobilitas quoq; eorum qui sunt intimi diabolo uelut cor eius (qui sunt duces aliorum ad malum) describitur ad instar duricici petræ non qualiscunq; sed petræ molaris inferioris/quæ non solum dura sed immobilis est.

Q Vum sublatus fuerit timebunt angeli: & territi purgabuntur. Iuxta hebræum habetur. Ab altitudine eius timebunt fortes: ab inundationibus minuent se. Descriptis membris liu'iathan/describitur eius potentia in bello aduersus homines uera uirtute præditos: & in primis introducitur tanq̃ aggrediens. Et duo effectus narrantur: nam a cælsitudine eius describitur timor fortium/& ab inundationibus eius diminutio fortium. aggrediente siquidem diabolo cælsitudine potentiæ fideles christi/timor nascitur etiam in cordibus fortium: quoniam agnoscunt se impares ad prælium cum tanto hoste. Et quia multi succũbunt

quum magni multiplicantur impetus internarum uel externarum oppugnationum similium inundationibus aquarum, ideo dicitur ꝙ ab inundationibus minuent se. ¶ **Quum apprehenderit eum gladius, sustinere non poterit: neq; hasta neq; thorax.** Iuxta hebræum habetur. **Fac attingere eum gladio, non surget: lancea thorace ⁊ lorica.** Ordinat deus prælium inter liu'iathan & hominem: & dicit homini ut acceptis armis suis defensiuis & offensiuis, utatur eis: & armatus lorica ac thorace faciat tum ensem tum lanceam attingere liu'iathan, non tamen liu'iathan surget: hoc est quantuncunq; percutias eum ense aut lancea, non tamen surget a quiete sua, pro nihilo habens huiusmodi percussiones. Et rationem subiungendo dicit. **Reputabit in fenum ferrum: in lignum putridum es.** Ratio quare non se mouet attactu ensis aut lanceæ, est quia æstimat ferrum acsi esset fœnum, & æs ac si esset lignum putridum. ¶ Aduerte hic prudens lector ꝙ quum prælium inter homines & dæmones non committatur ex parte hominum nisi armis uirtutum, dubium occurrit an ista arma hominum aduersus dæmones sub metaphora corporalium armorum descripta, sint actus uirtutum quatenus sunt ab hominibus, an sint actus donorum dei quæ collata sunt hominibus aduersus dæmones. Et est ratio dubij: quia hic dicitur ꝙ diabolus pro nihilo habet uniuersa hæc arma: certum est autem ꝙ non habet pro nihilo potestatem datam hominibus super dæmonia: christus.n. in euangelio dedit potestatem apostolis super omnia dæmonia &c. ¶ Solutio est, ꝙ dupliciter loqui possumus de prælio dæmonum cum hominibus: uel relatiue ad uniuersitatem prælij, uel relatiue ad aliquam particularem pugnam. Et ꝙ dæmones pro nihilo habent non solum actus uirtutum charitatis humilitatis castitatis &c. sed etiam actus potestatis hominibus collatæ super dæmones: pro nihilo inquã habent relatiue ad uniuersitatem prælij, pro quanto non desistunt continue pugnare: relatiue uero ad aliquam particularem pugnam, oportet eos succumbere potestati hominum super dæmones. quanuis pro nihilo habeant uirtutum actus tanq̃ non lædentes eos: habent.n. ea tanq̃ arma defensiua hominis & non offensiua ipsius dæmonis. Et si perspicacius initium ac finem sermonis diuini intuitus fueris, perpendes ꝙ hic est sermo de actibus uirtutum, quæ sunt tanq̃ arma humana (enses, lanceæ, sagittæ, iacula &c.) & non de potestate super dæmones, quæ sunt tanq̃ arma diuina. In principio nanq; dicit deus homini, fac attingere cũ gladio &c. dicendo fac attingere eum gladio, usum humanorum armorum significat. & similiter in fine dicet ꝙ non est ei comparabilis aliquis super puluerem: ad differentiã potestatis angelicæ & diuinæ cui dæmones subijciuntur, ẽt quando per hominem diuina potestate subijcietur dæmon. Actus itaq; uirtutum intellige per hæc & alia subiuncta arma pro nihilo haberi a dæmonibus in prælio: eo ꝙ per hoc non cessant præliari, & per hoc non læduntur, quanuis persistentes in uirtutibus per hoc seipsos tueantur. ¶ **Non fugabit eum uir sagittarius.** Sententia redditur. **in stipulam uersi sunt ei lapides funde.** Enumerantur diuersa armorum genera. ¶ **Quasi stipulam estimabit malleum.** Iuxta hebræum habetur. **Sicut stipula reputata sunt iacula.** seu tela. accumulantur enim arma. **⁊ deridebit uibrantem hastam.** Parui refert ꝙ hebraice habetur. **⁊ ridebit ad tremitum spiculi.** ipsa enim uibratio spiculi appellatur tremitus. Applica prudens le-

ctor ad uirtutum actus arma hæc.

¶ **Sub ipso erunt radij solis: & sternet sibi aurum quasi lutum.** Iuxta hebræũ rectius scribit. **Sub ipso acumina testę: pauimentabit acutũ super lutum.** Describendo membra & potentias liu'iathan/ inseruit deus quid ante liu'iathan præcedit: & ideo consequenter describit quid sub eo & quid post eum. Sub eo autem gradiente describuntur acumina: hoc est acuta saxa quasi rupes ex terra ad impediendum progressum eius. Et duo officia describuntur aduersus hæc acumina. alterum est frangere ea quasi acumina testarum: alterum adiecto luto tanq̃ pauimentum sternere inter acuta. Significantur autẽ per acumina immobilia/uiri maxima sanctitate firmati/ dati nobis a deo ad impediendum progressum dæmonum. Sed hos quoq; diabolus tanq̃ sub se habeat ratione corruptibilis carnis/frãgit morte corporali quasi acumina testarum: nec sufficit ei procurare mortem eorum, sed lutum diuitiarum gloriæ aliorumq; temporalium bonorum adijcit ad sternendum sibi quasi pauimentum ne ab acutis impediatur gressus eius. Vtinã abusus horum non strauisset pauimentum diabolo, plus inferens diabolum cordibus q̃ acumina sanctorum retrahãt.

¶ **Feruescere faciet quasi ollã ꝓfundũ maris: & ponet quasi quũ vnguẽta bulliũt.** Iuxta hebræũ hr. **Faciet feruere sicut ollã ꝓfundum: mare ponet sicut aroma.** Progressus liu'iathan describit cõmouẽdo ꝓfundũ maris sicut ollã bulliẽtẽ/& ponẽdo supficiẽ maris sicut aromata. Cõmotio maris naturaliter a superficie tendit sensim ad profundum: utpote a uentis facta. Hæc autem commotio profundi ideo assimilatur ollæ bullienti, quia incipit a fundo/sicut feruor ollæ incipit ab imis. Significãtur autem per profundum (quod inter partes maris minimum habet inquietudinis) uiri dediti quieti uitæ contemplatiuæ: ad quos commotiones huius sæculi quæ a uentis diuersarum uanitatum fiunt/raro perueniunt. istos enim diabolus tentationibus suis facit feruere tanq̃ ollã: eo ꝙ quasi ab imis excitat eos internis phantasiis & appetitibus/in seipsis ualde periculosis. Ponitur autem superficies maris sicut aromata dum ecclesiastica apparentia in qua nauigamus/aromatibus redolet mundi huius, & non in odorem unguentorum christi sed in odorem unguentorum mundi huius (gloriæ scilicet/honoris/gradus/ commoditatum &c.) curritur. ¶ **Post eum lucebit semita.** Ecce describitur quid post eum. & uia post eum describitur splendens: quia sectatores diaboli comitatur splendor gloriæ/honorum/ diuitiarum & huiusmodi. **Estimabit abyssum quasi senescentem.** Iuxta hebræum habetur. **Estimabit voraginem in decrepitum.** Descriptis membris & potentijs liu'iathan/ describit consequenter gradiam eius per antiphrasim: inchoando a miseria pœnæ eius significatæ per uoraginem æternæ damnationis. Et tam infœlix describitur ꝙ reputat suam æternam miseriam sicut homo reputat ætatem decrepitam/tanq̃ imbecillitatem naturaliter subeundam: quod est dictu ꝙ parum aut nihil æstimat eam/attendens ad male faciendum quantum potest.

¶ **Non est super terram potestas que comparetur ei.** Iuxta hebræum habetur. **Non super puluerem comparabilis ei.** Super puluerem dicitur/ad differentiam non solum diuinæ angelicæq; potestatis sed etiam immortalis hominis. homo enim immortalis (qualis nunc est christus) non est iam in puluere: quia non po

test uerti in puluerem. Soli ergo & omnes homines qui uerti possunt in puluerem / compræhenduntur dicendo non super puluerem comparabilis ei. Et hoc ad cumulum miseriæ eius describitur. est enim sensus quod nullum mortalem hominem reputat comparabilem sibi: quum tamen cum unus mortalis homo uicerit / christus uidelicet. **qui factus est ut nullum timeret.** Parui refert quod hebraice habetur: **qui factus est in non timore.** Ad culmen miseriæ illius adijcitur quod factus est (procul dubio ex propria iniquitate) in non timore: hoc est absque timore tam creaturarum quam dei. non enim ex timore dei omittit aliquid, sed ex impotentia uel ex aliquo peiore respectu. **Omne sublime uidet.** Parui refert quod hebraice legendum esset. **Omnem celsum uidebit.** Inexcusabilis describitur quod absque timore est. excusari siquidem uideretur si nesciret esse cælsiores ipso: sed uidendo omnem cælsum & nullum timendo / inexcusabilis & uituperabilis redditur. Potest nihilominus intelligi de uidere practico / de aspectu affectiuo. ut sit sensus quod omnem excælsum uidebit ad machinandum contra excælsum omnem: ita quod non solum est absque timore cuiuscunque sed etiam machinatur aduersus omnem excælsum / aduersus honorem gloriam obedientiam regnumque dei & sanctorum. Vterque sensus uerus est, sed secundus magis ad literam: nam sequitur. **ipse est rex super uniuersos filios superbie.** Ecce quis est liu'iathan de quo tam prolixus est habitus sermo. ipse (inquit deus) est rex super omnes filios altitudinis seu superbiæ / princeps eorum qui supra se nituntur ire. Diabolus describitur tanquam rex gubernans eos: ac per hoc regnum diaboli describitur regnum superbiæ / regnum superborum. quo contra christus dixit mundo / discite a me quia mitis sum & humilis corde. Discurre prudens lector per hæc omnia descripta de diabolo: & scrutare teipsum per singula intus & extra / ut percipias quid seu quæ habuit uel habet in te diabolus. ad hoc enim deus dignatus est describere totius partes, ut etiam iob perciperet quod in seipso diabolus multa habebat / & non sic audacter profferret se iustum: solus enim christus dicere potest / uenit princeps mundi huius & in me non habet quicquam. Fuit quoque & ratio altera describendi partes diaboli: uidelicet ut diuina authoritate crederemus quod mala opera hominum fiunt ab hominibus instigante diabolo: quod negantes dæmones negant. In quorum numero fuisse socios iobis & elihu / apparet ex hoc quod tam præmia bonorum operum quam pœnas malorum operum hominum / in hac duntaxat uita decerni a iustitia diuina dicebant. & iobe attribuente impietati dæmonum afflictionem suam / elihu dixit in cap. 34. an dicendum regi belial / impijs nobilibus: appellando nobiles substantias spirituales: astruens per hoc substantias spirituales omnes esse bonas: quod etiam bildad in ca. 25. astruere uidetur.

CAPVT. XLII.



Et respondit ijob ad iehouah et dixit. Non tacet hac uice repræhensus iob quemadmodum tacuerat prima uice, quia plenius illuminatus fuerat: ut subiuncta eius uerba testantur / dicendo nunc oculus meus uidit te. **Scio quia omnia potes: et nulla te latet cogitatio.** Iuxta hebræum habetur. **Noui quod potens poteris: et non prohibe-**

bitur a te cogitatio. Respondet iob ad reprehensionem diuinam in principio. 40. capituli scriptam: uidelicet si brachium tibi sicut el & in uoce sonabis sicut ipse/ & reliqua subiuncta ibi de potentia diuina. fatetur enim se agnouisse potentiam diuinam incomparabilem tum quo ad posse/ dicendo noui q potens poteris: tum quo ad omnem executionem/ dicendo & non prohibebitur a te cogitatio: hoc est nullum impedimentum apponi potest prohibens cogitationem tuam impleri. Et per hoc fatetur se suscipere diuinam illam reprehensionem. ¶ Quis est iste qui celat consiliũ absq; scientia. Parui refert q hebraice habetur. Quis iste faciens celare consilium in non scire. Supplet iob quod minus responderat deo in prima reprehensione. nam in principio capituli. 38. reprehensurus deus iobem de arrogata scientia/ inchoat ab his uerbis manifestantibus nocumentum illatum diuino consilio ex uerbis arrogantibus ipsius iobis. & quia iob non responderat ad hoc agnoscendo hanc circũstantiam peccati sui, ideo nunc magis illuminatus dicit noui quis iste faciens celare consiliũ in non scire/ noui meipsum peccasse etiã in hoc q uerbis arrogãtibus scientiã qua careo feci occultari consilium diuinum de præmio & pœna humanarum actionum. Et hunc esse sensum germanum literæ huius/ insinuat contextus subiunctorum. Ideo insipienter locutus sum/ & que ultra modum excedunt scientiam meam. Iuxta hebræum habetur. Ideo annunciaui & non intelligam/ mirabilia præ me & non sciam. Ideo cognoscendo peccatum meum/ fateor q annunciaui & non intelligam: hoc est annunciaui quæ nunq intelligam. Et exponendo illa/ dicit mirabilia præ me (hoc est mirabilia supra inquisitionem meam) & non sciam: hoc est quæ nunq sciam. ¶ Si quæris quæ sunt ista mirabilia quæ iob annunciauit & nesciuit: reuoca ad memoriam arrogatam suis uerbis scientiam, & uidebis quæ sunt illa mirabilia. arrogauerat siquidem sibi inquisitionem immo notitiam imputatorum sibi peccatorum a deo, quum dixit in cap. 13. quantas habeo iniquitates &c. arrogauit sibi in eodem capitulo tantam peccati proprij notitiam relatiue ad pœnam apud tribunal diuinum/ ut disputare & uincere confideret etiam cum deo disputante. mirabilia siquidem sunt hæc: & superant ualde intelligentiam atq; scientiam humanam. Et hæc annunciata a iobe (utpote scandalosa) celabant ueritatem diuini consilij apud audientes, qui suapte natura retrahuntur a doctrina scandalizantis eos. iob siquidem ueritatem diuini cõsilij quo ad conclusionem de merito & pœna humanarũ actionum docebat: sed cum admixto scandalo uerborum arrogantium talis tantæq; scientiæ diuinorum quæ excedunt humani ingenij facultatem, & propterea celabat alios ueritatem diuini consilij ex parte uerborum arrogantium. Fatetur itaq; se agnouisse hanc circunstantiam peccati sui.

¶ Audi & ego loquar: interrogabo te/ responde mihi. Iuxta hebræum habetur. Audi obsecro & ego loquar: interrogabo te & fac scire me. Respondet consequenter ad repetita dei uerba: uidelicet accinge nũc sicut uir lũbos tuos/ interrogabo te fac me scire. nam & in principio capituli. 38. & in principio capituli 40. deus arguendo iobẽ irrisorie hæc dixerat. Respondet itaq; humiliter iob obsecrando ut non tanq par/ non tanq disputans, sed tanq doctor (nõ qualiscunq; sed faciens scire) audiat interrogantem discipulum. Et describendo deum q docet faciendo sci-

te/discernit deum a doctoribus humanis. homo enim docens / argumenta & rationes proponit ac ordinat, non tamen se extendit ad efficaciam internam / ad efficiendum q audiens sciat: hoc enim proprium interni doctoris est ut faciat interrogantem scire. ¶ Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te. Legendum est. vidit te. Disparitas prioris reuelationis & istius describitur, comparando illam auditioni/istam uero uisioni: & quanto uisio præstat auditioni / tanto hæc reuelatio præponitur priori. Manifestat autem hoc / tum ad reddendam rationem quare nunc & non prius agnouerit distincte peccata sua & distincte ueniam petierit: tum ad obtinendum gratiam petitam/uidelicet interrogabo te fac me scire. ex nouo siquidem beneficio (uidelicet quia oculus meus nunc uidit te) supplicat ut perseueret in conferendo beneficia internæ doctrinæ. Nec intelligas absolute sed comparatiue dictum esse & nunc oculus meus uidit te: hoc est non dicit absolute uidi te, sed q comparatiue ad priores reuelationes ista reuelatio est uisio/illæ auditiones. ¶ Sed orit hic quæstio: quia deus in hac reuelatione non descripsit seipsum/sed descripsit diabolum: quo fit ut iob debuisset dicere & nunc oculus meus uidit diabolum / & tamen dixit deo & nunc oculus meus uidit te. Solutio est q quāto magis homo proficit in agnitione suorum defectuum / tanto magis accedit ad notitiam dei: opposita enim iuxta se posita magis elucescunt. & quia descriptio partium diaboli fuerat fructuosa in animo iobis ad discernendum & abominandum in seipso partes diaboli, ideo ad tantam ascendit mundiciam cordis/ut tam eleuate agnosceret deum ut diceret & nūc oculus meus iam purgatus uidit te. Propter quod consequenter subiūgit. Idcirco ipse me reprehendo: & ago penitentiam in fauilla & cinere. Iuxta hebræum habetur. Ideo abominabor: & agam penitentiam super puluerem & cinerem. Quia uidi te uidendo partes diaboli in me, ideo abominabor deinceps diabolicas partes omnes: & agam pœnitentiam de admissis peccatis iustificando me tam impudenter ponendo os in deum, super puluerem & cinerem: hoc est exterioribus signis pœnitentiæ ædificando quos scandalizaui uerbis meis. per hanc enim promissionem intelligimus q iob pœnitentiam egit sic q prouidit scandalo quod dederat ijs qui audierāt uerba eius scandalosa.

Postq̄ autem locutus est dominus verba hec ad iobem. Dictio interpretata dominus/est nomen iehouah. Finitum est colloquium inter deum & iobem. Quantum autem interuallum temporis fuerit post colloquium hoc usq ad subiunctum dei sermonem ad eliphaz/non est scriptum: uerisimile tamen est q modicum temporis intercesserit/uidelicet anteq̄ reuerterentur ad propria illi tres socij iobis. ex eo enim q nihil dicitur de recessu eorum/sed insinuatur potius q adhuc erant simul illi tres, intelligimus q anteq̄ recederent hoc fuit. dixit ad eliphaz themanitem. Deficit. iehouah. Eliphaz primus erat inter iobis socios: & summus deus scribitur locutus ei/sed non explicatur modus quo locutus est. Crediderim ego q apparuerit ei dormienti/loquens in somnio dicendo subiuncta. nam & sic apparuit socero iacob ut scribitur gene. 31. iratus est furor meus in te. Cerne disparitatē. iobem arguendo, deus loquitur quidem de turbine/hoc est tanq̄ turbatus: arguendo uero eliphaz/furorem suum iratum dicit: eo q iob peccauerat in modo loquendi/socij uero iobis peccauerant

cauerant

cauerant in re dicta. propterea enim commotus ad uindictam furor dei (hoc est iustitia dei punitiua) describitur: longe enim maius peccatum est errare in re dicta q̃ in modo loquendi. ꝛ in duos amicos tuos. Parui refert ꝙ hebraice habetur. ꝛ in duos socios tuos. Dicendo in duos / manifeste siletur elihu qui quarto loco locutus fuerat. Vnde habes ꝙ elihu nec inter socios supputatur: nec dignus est habitus responsione iobis nec repræhensione dei / immo nec reconciliatione. quoniam non estis locuti coꝛam me rectum. Iuxta hebræum habetur. quia non estis locuti mihi rectitudinem sicut seruus meus iob. Superius sæpe repetitus iste loquendi modus / insinuat ꝙ sensus est quia non estis locuti in fauorem meum rectitudinem sicut seruus meus iob. Quæstio enim inter istos fuerat de præmio & pœna actionum humanarum secundũ diuinam iustitiam. & propterea omnes locuti sunt in fauorem diuini iudicij diuinæq; prouidentiæ: sed sententias tam discordes ut socij declinauerint a recta sententia / iob uero rectam protulerit sententiam. Si enim perspecta fuerit uniuersa disputatio, perpendemus ꝙ socij iobis mala præsentis uitæ adæquarunt peccatis ut pœnas / bona uero adæquarunt iustitiæ ut præmia secundum diuinum iudicium: iob uero utrunq; falsum esse dixit / asserendo ꝙ mala præsentis uitæ distribuuntur quandoq; a deo plusq̃ peccata mereantur / & ꝙ bona præsentis uitæ sæpe negantur iustis. Et quia sententia iobis recta est ac consona prouidentiæ diuinæ / sententia autem sociorum dissonat a diuina prouidentia atq; iustitia reseruante pœnas & præmia simpliciter & absolute ad futuram uitam, ideo uerissime dicitur non estis locuti mihi rectitudinem sicut seruus meus iob. ¶ Sumite ergo vobis septem tauros ꝛ septem arietes. Legendum est. Et nunc sumite vobis septem tauros ꝛ septem arietes / ꝛ ite ad seruum meum iob ꝛ facietis ascendere holocaustum pꝛo vobis. Vere benignus deus. hinc merita peccatorum reuelat in furore commoto / inde autem remedium reconciliationis docet holocaustum per manus iobis offerendum ab eis. erant enim isti ibidem hospitati: & propterea monentur ut simul eant ad iobem cum animalibus offerendis in holocaustum. quod describitur ab ascensu, eo ꝙ totum per finalem euaporationem ascendebat ad superna / nihilq; eius comedebatur a quocunq;. Iob autem seruus meus oꝛabit pꝛo vobis. Decernitur iob ad sacerdotis fungendum officio / offerendo holocausta & intercedendo pro socijs. uult enim deus ꝙ isti humilient seipsos ad petendum hæc officia a iobe. faciem eius suscipiam vt non vobis imputetur stultitia. Iuxta hebræum habetur. quia si faciem eius eleuabo in non facere vobiscum ignominiam. Eleuare faciem est honorare seu lætificare offerentem seu orantem: sicut e contra / confusi facies deprimitur. Dicit autem si / perinde ac dixisset forte, non certificans eos de uenia / sed sub quadam ambiguitate relinquendo ueniam, ut magis accenderentur ad appetendam eam. Quod autem dicit in non facere uobiscum ignominiam / effectum furoris commoti significat: q; uidelicet ignominia quam ipsi merentur non fiet / si eleuata fuerit sacrificantis ac orantis pro eis iobis facies. quia

non estis locuti mihi rectitudinem sicut seruus meus ijob. Meritum ignominiae/illud idem exprimitur quod dictum fuerat meritum furoris cōmoti ad uindictam: ut intelligeretur agi de peccati eorum poena delenda penitus.

¶ Abierunt qꝫ eliphaz themanites ꝛ bildad suhites ꝛ zophar nabamathites/ꝛ fecerunt sicut locutus fuerat ad eos dominus. Nomen est iehouah. Et dicitur ad eos/quia ad eliphaz in persona sociorum omnium locutus fuerat deus. ꝛ suscepit dominus faciem iob. Iuxta hebraeum habetur. ꝛ eleuauit iehouah faciem ijob. Quod sub dubio reuelatum fuerat/nunc asseritur factum. Quale autem signum eleuationis monstratum fuerit/subiungitur dicendo. Dominus quoqꝫ conuersus est ad penitentiam iob/quum oraret ille pro amicis suis. Iuxta hebraeum habetur. Et iehouah restituit restitutionem iiobis/orante illo pro sociis suis. Ecce euidens coram omnibus signum eleuationis faciei iobis, qꝫ ipso orante pro socijs/ deus restituit restitutionem eius: hoc est redintegrauit sanitatem eius: est enim genitiui casus iob. & propterea restitutio personae eius significatur mirabiliter facta tunc in actu orandi & sacrificandi pro socijs. ꝛ addidit dominus. nomen est iehouah. omnia que fuerant iiobi in duplum. Ista additio non scribitur facta tunc: sed quia ex merito charitatis iobis intercedentis pro socijs secuta est/ideo praelibatur hic. ex merito siquidem illius charitatis habuit sanitatem corporis tunc/ & meritum habendi res duplices in successu temporis. Excipe tamen ab omnibus duplicibus filios & filias: ut infra patebit. ¶ Venerunt autem ad eum omnes fratres eius ꝛ omnes sorores eius ꝛ omnes qui nouerant eum prius/ꝛ comederunt cum eo panem in domo eius. Audito miraculo sanitatis/ fratres sorores & noti qui reliquerant eum (ut in cap. 30. patet) uenerunt ad eum. ꝛ mouerunt super eum caput. Iuxta hebraeum habetur. ꝛ moti sunt ad eum. Nihil dicitur de capite: & motus compassionis significatur. qui enim tanto tempore inhumani ac duri fuerant/ describuntur tandem moti humanitatis affectu ad iobem. Vnde & consequenter adiungitur. ꝛ consolati sunt eum super omne malum quod adduxerat dominus super eum. Et est nomen iehouah. ꝛ dederunt ei vnusquisqꝫ ouem vnam ꝛ inaurem auream vnam. Dictio interpretata ouem/ a multis interpretatur numus, incertae tamen nobis quantitatis. Siue itaqꝫ numum unum siue pecudem unam intelligas/ munusculum fuit.

¶ Et dominus benedixit nouissimo iiobis magisqꝫ principio eius. Et hic quoqꝫ nomen scribitur tetragrammaton. Benedicere autem dei est bene facere & multiplicare. unde & subiunguntur duplicata omnia: ut patet conferenti numerum hic subiunctum numero scripto in ca. 1. ꝛ fuerunt ei quattuordecim millia ouium ꝛ sex millia chamelorū/ꝛ mille iuga boum ꝛ mille asine. Et fuerunt ei septem filii: ꝛ tres filie. Non fuit duplicatus numerus filiorum aut filiarum: sed quot amiserat/ totidem genuit. Ratio autem quare non

fuerunt duplicati filij & filiæ, in promptu est: quia uidelicet duplicatæ non fuissent hæreditariæ facultates si duplicati fuissent hæredes: non enim ditiores fuissent quam prius. ¶ Et vocauit nomen vnius diem / et nomen secunde casiam / et nomen tertie cornustibii. Interpres usurpauit sibi authoritatem mutandi nomina propria: legendum itaque est primæ nomen iemima / secundæ uero chezi-ha / nomen autem tertiæ cerenhapuch. Hæc sunt nomina propria filiarum. ¶ Non sunt autem inuente mulieres speciose sicut filie iiob in vniuersa terra. De terra illa intelligo: nisi hyperbolice commendetur pulchritudo filiarum iobis / ad cumulum diuinæ beneficentiæ. Deditque eis pater earum hereditatem inter fratres earum. Iuxta hebræum habetur. hereditatem in medio fratrum suorum. Describitur enim quod non emisit filias in regionem aliam / non dedit eas uxores alienigenis sed indigenis, ex eo quod hæreditatem filiabus dedit in medio fratrum suorum: ut sic nõ priuaretur gaudio filiarũ præsentiũ / sed mutua esset consolatio filiarum cum patre & fratribus iugiter conuersando.

¶ Vixit autem iob post hec flagella. Parui refert quod legendum esset. Et vixit iiob post sic centum et quadraginta annos. Hinc apparet & quod iob non erat senex quando afflictus fuit / & quod antiquioris æui fuerit quam moyses: illo uidelicet tempore quo homines uiuebant annis ducentis / quo tempore fuit pater abrahæ. et vidit filios suos et filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem. ut omni ex parte accumulata prosperitas cognoscatur. ¶ Et mortuus est senex et plenus dierum. Parui refert quod legendum esset. Et mortuus est iiob / senex et satur dierum. Describitur in morte senex / ad insinuandum quod ætas illa ducentorum annorum uel circa non fuit miraculi sed naturalis senectutis. Describitur quoque satur dierum / ut cognoscamus quod non in principio senij aut in medio senectutis sed in calce dierum uitæ suæ naturalis mortuus est. sic enim satur fuit dierum: quemadmodum fructus arboris quum dies omnes impleuerit maturationis suæ / satur est dierum. ¶ Et sic finitur liber iob ad laudem & gloriam dei, romæ ultima martij / anno salutis millesimo quingentesimo trigesimotertio, ætatis uero meæ anno sexagesimoquinto: amen. Per me ioannem danielis / caietani quum in humanis ageret pœnitentiariũ & alumnũ: studiose recognitus & æditus / romæ, 28. maij. 1535.

Responsio thome de vio caietani cardinalis sancti xysti/ad cẽsuras. 16. articulorum sub nomine theologorum parisiensium editas: magistro ioanni regenti studii maguntini missa.



ISISTI ad me conclusam in tuis literis schedulam scandalosam apud germanos; rogans ut scandalo prouidere uelim/declarãdo ueritatem. Præcibus itaq; tuis satisfacere cupiens/ responsionem mitto ad receæptam a te schedulam sexdecim articulorum: quorũ titulus est.

¶ Articuli aliquot pro erroneis a theologis parisiensibus ex libris caietani excerpti. Titulus iste in primis falsus est: quoniam multi subscripti articuli non sunt in libris meis. Et deinde titulus iste/incertum manifestat authorem. Ex eo enim q̃ dicitur a theologis parisiensibus/non explicatur qui sunt illi theologi. nam innumerabiles sunt theologi parisienses: & ad uerificandum numerum pluralem sufficiunt duo. Quocirca multi suspicantur animo fallaci scriptum hunc titulum: ita q̃ ille qui titulum hunc apposuit/aliud dixerit & aliud intenderit. dixit enim a theologis parisiensibus: intendit autem ut passim legentes & audientes fallantur/intelligendo ab uniuersa theologorum schola parisius. Nec temere suspicantur: quoniam quisquis ille fuerit/imponit mihi multa quæ non scripsi: ipsa enim impositio/signũ est mali animi. propterea uos quidem estote cauti ut nõ fallamini ex hoc titulo: illius uero quisquis fuerit ille/misereatur omnipotens deus. Ego autem tanq̃ ad libellum famosum respondebo.

¶ Articulus itaq; primus est/licitum est uiro uxore fornicante ducere aliam. Secundus est/non est eadem libertas uxori quæ uiro.

Articuli isti non sunt mei. neuter enim inuenitur assertus in libris meis: ut patet in commẽtarijs super matthæum. cap. 19. ubi dũtaxat disputaui de hac materia, & reliqui diffiniendam ab ecclesia.

¶ Tertius articulus est/epistola pauli ad hebræos non est authentica. Iste articulus nõ est meus. in commentarijs enim super dictam epistolam non negaui epistolam esse authenticam: sed dixi q̃ dubio apud hieronymum authore huius epistolæ existẽte/ dubia quoq; redditur epistola, quam nisi sit pauli non perspicuum est canonicã esse. Vbi uides q̃ nego perspicuitatem authenticæ & non nego ipsam authenticam/existente authore epistolæ dubio. Aliud est enim epistolam esse canonicam/& aliud est esse perspicuum q̃ est canonica. perspicuitas enim spectat ad notitiam nostram: esse uero canonicã/spectat ad ipsam epistolã secundũ seipsam. si nanq; tolleretur dubitatio & fieret perspicuum, non propterea epistola fieret nouiter canonica: sed quæ erat secundum se canonica/manifestaretur canonica. certum est tamen q̃ durãte dubio/nõ est tantæ authoritatis apud nos ut sola sufficiat ad ea quæ sunt fidei. Ego igitur locutus sum de nostra notitia/non de ipsa epistola (ut uerba mea clare sonant) articulus uero loquitur de epistola secundum se.

¶ Quartus articulus est/posterior pars ultimi capitoli marci (. s. nouissime autem recubentibus) non est authẽtica. Iste articulus nõ est meus: ut patet in commẽtarijs su-

per marcū. Sed ex uerbis hieronymi dixi q illa scripta marci quæ hieronymus habet pro dubijs/nō sunt solidæ authoritatis ad firmandā fidē sicut sunt reliqua marci indubitata. Certū est.n.q ea quæ uertuntur in dubiū/non sunt tantæ authoritatis quantæ sunt indubitata. dubitatio.n. ad nostram spectat notitiam/& nō ad scripta ipsa in se. ¶ Aduertendū est autem circa hūc articulū præcedentem & similes/q ego nullā bibliæ partē reieci nisi quas reijcit beatissimus hieronymus/& nullā partē aut particulam in dubium uerti nisi illas de quibus dubitat hieronymus. Secutus sum hieronymū/& ex illius uerbis deduxi cōsentanea sermoni eius. hieronymus.n.uniuersæ ecclesiæ lumē ē ad discernēdas partes & particulas sacræ scripturæ ab ijs quæ nō sunt partes nec particulæ eius/& ad discernēdū partes seu particulas certas a dubijs. Cur itaq accusor sequens beatissimum hieronymū? accusando siquidem in istis me/ accusant hieronymū, qui est principalis author huiusmodi dubiorum.

¶ Quintus articulus est/confessio auricularis nō est instituta a christo inquantū auricularis & secreta. Iste articulus non est meus: sed ioā.20.scripsi q christus instituit confessionem uoluntariā peccati, sed modū confitendi & similiter absoluendi (an ad aurem an publice) ecclesiæ usui reliquit/iuxta tñ qualitatem peccati publici uel occulti. Quod non est dicere hanc negatiuā cōfessio auricularis nō est instituta a christo: sed est dicere q cōfessio instituta a christo/nō restringitur ad hunc modū cōfitendi: quia extendit̄ etiā ad cōfessionē publicā. satisfacit.n. præcæpto christi qui postq̄ publice peccauit, publice cōfitetur/publice absoluitur & publice satisfacit.

¶ Sextus articulus est: nō est necessariū hominem qui mortaliter peccauit & q habet copiā confessoris/confiteri anteq̄ eucharistiā sumat. Hic articulus meus est: & fundatus sup doctrinā apostoli pauli/dicentis de existente in pctō mortali q mādu caret & biberet indigne eucharistiā nisi prius pbaret. pbet āt inquit seipsum hō/& sic de pane illo edat & de calice bibat: qui.n.manducat & bibit indigne &c. Probare.n. seipsum/ad cōtritionem spectat: confessio uero spectat ad probationem nō solū a seipso sed et ab alio/uc3 a confessore. Ex hoc itaq q paulus dicit sufficere ad euitādam indignitatem probare seipsum/dicit contritionem sufficere ad sumendā eucharistiā. nisi.n.sufficeret probare seipsum/non adiunxisset & sic de pane illo edat, clare enim significat q homo qui sic est probatus a seipso/de pane illo edat & de calice bibat. Non est itaq articulus erroneus quem paulus docuit.

¶ Septimus articulus est: non habet̄ uerus textus sacræ scripturæ in lingua latina nisi fiat translatio de uerbo ad uerbum ex lingua ex qua sumit̄/& fiat omnino talis qualis in sua origine est. Iste articulus nunq̄ fuit a me scriptus: ut testatur procœmium super psalterium/in quo solo materiam hanc tractaui.

¶ Octauus articulus est/melius est q orōnes dicant̄ in lingua uulgari in ecclesia q̄ in lingua latina. Iste articulus nō integre recitat̄: qm̄ nō scripsi q ē melius/sed q est melius ad ædificationē ecclesiæ. neq scripsi orōnes/sed orōnes publicas quæ audiente populo dicuntur. hoc aūt super doctrinā pauli fundaui. 1. ad cor. 14.

¶ Nonus articulus est/pensiones sup beneficijs curatis pecunia numerata redimi possunt. Iste articulus recitat plusq̄ ego scripserim: quoniam ego non scripsi de beneficijs curatis in specie/sed de beneficijs ecclesiasticis in genere: & fundaui dicta mea su

per doctrinam diui thomæ. Et ea uera eſſe/teſtatur mos eccleſiæ paſſim. nam quotidie fiunt huiuſmodi redemptiones/etiam a uiris timoratis. Et colueuit quãtitas penſionis redimi ſoluendo pecuniam in proportione quincupla : reputatur enim cõmuniter huiuſmodi precium iuſtum.

¶ Decimus articulus eſt:nec ratione nec authoritate probari poteſt ꝙ abſolute loquendo ſacerdos peccet contrahendo matrimonium/quin potius & ratio ducit ad oppoſitum. Iſte articulus non eſt meus quantum ad illam particulã/probari poteſt:quoniam ut textus quæſtionis manifeſtat/ſcripſi nec ratione nec authoritate probatur ꝙ ſacerdos ſeclutis legibus iuris poſitiui & uotis/peccet cõtrahendo matrimonium &c. & attuli rationem,contra quam oportet aduerſantes/rationibus procedere & nõ libello famoſo.

¶ Vndecimus articulus eſt;ſummus põtifex ſalua cõſcientia põt diſpẽſare cũ ſacerdote occidentali ꝙ contrahat matrimonium/etiam ceſſante cauſa publicæ utilitatis. Iſte articulus eſt meus:& alienus mõſtratur ab omni errore in illa quæſtione. nulla. n. iura arctant cauſam diſpenſandi ad utilitatem publicam ſolam: occurrente. n. alia cauſa rationabili/poteſt papa uti ſua poteſtate: ut clare patet.

¶ Duodecimus articulus eſt: utrum diſcordia orta inter coniuges huiuſmodi ſine ſpe remedij/ſit rationabilis cauſa diſpenſandi ut uterq; cum alio contrahat / crediderim ꝙ ſic coniugum conſenſu accedente. Iſte articulus de coniugio nõ cõſummato meus eſt:& tam moderatus/ut irrepræhenſibilis omnino ſit; tum quia nihil aſſerui niſi credulitatem, tum quia innititur authoritati ſedis apoſtolicæ/quæ huiuſmodi cauſam habet pro rationabili:ut apoſtolica reſcripta teſtantur.

¶ Tertiuſdecimus articulus eſt/aſſerit ꝙ chriſtus deſcendens ad inferos prædicauerit dæmonijs & damnatis. Iſte articulus non eſt meus: quoniam nunq̃ hoc aſſerui. Sed in commentarijs ſuper primam epiſtolam petri cap. 3. manifeſte dixi ꝙ petrus non loquitur de prædicatiõe qua chriſtus manifeſtauit apud inferos ſeipſum eſſe meſſiam & conuicit tã dæmones q̃ incredulos omnes/huiuſmodi enim prædicatio cõmunis fuit omnibus apud inferos. Vbi clare patet ꝙ non de prædicatione abſolute ſed de prædicatione huiuſmodi (hoc eſt cõfutante & cõuincente dæmones & incredulos omnes) locutus ſum : iſti autem imponunt mihi prædicationem ſine aliqua additione.

¶ Quartuſdecimus articulus eſt/epiſtola ſecunda ioannis non tam eget expoſitione q̃ correctione. Iſte articulus non integre recitatur . nam in commentarijs ſuper ipſam epiſtolam ſcripſi/nec tam eget expoſitione q̃ correctione quoniam in multis differt a textu græco. Vbi clare patet ꝙ de correctione uerborum diſſonantium a textu græco locutus ſum. Et ſi hoc eſt error , quare hieronymus tanto tempore laborauit ad corrigendum libros ſacræ ſcripturæ iuxta hebraicam ueritatem ? quare auguſtinus pro correctione librorum ueteris teſtamenti remittit lectores ad hebraicum textum/ & pro correctione librorum noui teſtamenti ad textum græcum ?

¶ Quintuſdecimus articulus eſt/iacobus alphæi frater domini appellatur q̃a filius fuit ioſeph ex alia uxore. Iſte articulus non eſt meus. nunq̃ enim ſciui/nunq̃ aſſerui ꝙ ioſeph habuerit aliam uxorem. quanuis opinio dicentium hoc non mihi diſplicuerit

& propterea scripserim in commentarijs super epistolam ad galatas cap. 1. & forte nulla magis quadrare uidetur ratio q̄ꝗ ꝗ fuerit filius ioseph ex alia uxore. nihil enim ut certum scripsi.

¶ Sextusdecimus articulus est. an paulus uxorem habuerit disputare/superfluum est: quoniam ex eius epistolis nihil certi habetur, licet ex aliquibus sensu ualde rationabili monstretur eum habuisse uxorem. Iste articulus non est meus. nam in commentarijs super epistolam ad phili. cap. 4. scripsi. disputare hic an paulus habuerit uxorem superfluum duxi: cum ex alijs locis epistolarum pauli nihil certi habeã: & hic locus cogere uideat non ratione demonstratiua sed sensu ualde rationabili ꝗ paulus habuerit uxorem. ¶ Ex hoc autem articulo & multis alijs prærecitatis, facile patere potest ꝗ articuli isti indigni sunt theologis / indigni & responsione: utpote uel impositi uel alieni a materia erroris. nullus siquidem error incurritur putando paulum habuisse uxorem uel non habuisse uxorem: nullus error est putare iosep habuisse uel nõ habuisse aliã uxorẽ añ beatã uirginẽ: nullus error est epistolã ioan. esse correctã uel nõ correctã iuxta textũ græcum: nullus error est dubitare de illis de quibus dubitat beatus hieronymus: & id genus multa in articulis schedulæ istius contenta. Pro consolatione itaq; tua & germanorum honorande magister hæc scripserim: ut perpendas ridiculo fore apud eos qui libros nostros legunt & intelligunt/libellos hos famosos. pugnent rationibus & authoritatibus scripturæ sacræ (nõ libellis famosis/nõ nominis supercilio) qui oppugnare nostra cupiunt. Bene uale. Romæ. 30. decembris. 1534.

THOMAE DE VIO

CAIETANI CARDINALIS SANCTI XYSTI, ad sereniſſimum angliæ regem fideiq́ defenſorem/henricum eius nominis octauum: de coniugio cum relicta fratris ſententia.





ETATVS ſum in iis quæ dicta ſunt mihi quod non celſitudinis authoritate ſed ſacrarum literarum documentis maieſtas tua ad antiqui coniugii exploſionem nouæq; ducendæ uxorem mota eſt: quæ quod id licuiſſe/non credendo doctoribus ſed proprii ingenii acumine propriaq; intelligentia/ſe ſcire profitetur. Gratias profecto debemus deo, quod ætaté noſtrã rege theologo decorauit. quocirca non ab re charitatis chriſtianæ putaui doctiſſimo regi ſupplicare ut ſubiuncta legere librare atq; cum iis quæ intellectum maieſtatis eius mouent conferre dignetur: ſi forte plus uideant oculi quàm oculus. Et quia regem theologum alloquor, ueræ theologiæ fundamenta duntaxat tãgam. Optime autem celſitudo tua nouit uniuerſam de hac materia quæſtionem pendere ex hoc an coniugium inter relictam fratris & leuirum ſit prohibitum iure diuino morali: & partem affirmatiuam fundari ſuper legem leuiticam ſcriptam cap. 18. & 20. & ſuper uerba ioannis baptiſtæ matth. 14. & mar. 6. Et propterea ſi compertum fuerit quod neuter textus continet huiuſmodi inhibitionem moralem, manifeſtum erit tale coniugium non eſſe aduerſus ius diuinum morale. Et quod lex quidem leuitica (uidelicet turpitudinem uxoris fratris tui nõ reuelabis quia turpitudo fratris tui eſt) non prohibeat inhoneſtatem moralem, ex duobus oſtenditur capitibus. Alterum eſt in eodem. 18. capite leuitici. ibidem enim conceditur ut uir ſororem defunctæ uxoris ducere poſſit in coniugem/dicendo ſororem uxoris tuæ in pellicatum illius non accipies nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa uiuente. quamuis iuxta hebraicam ueritatem dictio interpretata pellicatum ſonet anguſtiam. Ex eo enim quod inhibitio coniugii cum ſorore uxoris reſtringitur ad tempus uitæ uxoris, perſpicuum eſt ſub hac inhibitione non cõprehendi coniugium cum ſorore uxoris mortuæ. ad hoc enim appoſita eſt illa limitatio uiuente illa/ut liberum eſſet coniugium cum ſorore defunctæ uxoris. nam quemadmodum coniugia in quibuſcunq; gradibus tam affinitatis quàm conſanguinitatis non prohibitis in lege moyſi/inter indulta ſupputabantur, ita coniugium cum ſorore uxoris defunctæ, ex hoc ipſo quod in lege moyſi non prohibetur/intra indultorum numerum comprehendebatur. ¶ Cõferendo itaq; hanc legem priori/formatur ratio hæc. inter unã mulierem & duos fratres & inter unum uirum & duas ſorores æquale eſt uinculum affinitatis/par eſt ratio turpitudinis: ut per ſe manifeſtum eſt. ac per hoc ſi coniugiũ cum relicta fratris continet inhoneſtatem moralem/coniugium quoq; cũ relicto ſororis continet inhoneſtatem moralem: & ſi coniugium cum relicto ſororis nullam continet inhoneſtatem moralem/coniugium quoq; cum relicta fratris nullam continet inhoneſta-

tem moralem. Et quia lex leuitica monstrat coniugium cum relicto sororis non conti⸗nere inhonestatem moralem non comprachendendo illud inter prohibita, consequens est ut ex eodem capite leuitici discamus q coniugium cum relicta fratris non continet inhonestatem moralem: ac per hoc non est prohibitum quia malum moraliter/sed ideo malum quia prohibitum. Si enim ex morali inhonestate fuisset prohibitum, non fuisset indultum coniugium cum sorore uxoris mortuæ: quia parem inhonestatem moralem habuisset. Quod uero æquale sit uinculum necessitudinis utrobiq/probatione nō eget. q aūt par sit ratio turpitudinis utrobiq, patet ex eo q sicut turpitudo fratriæ nō dete⸗genda sancitur quia est turpitudo fratris defuncti/quoniam effecti fuerant una caro fratria & frater defunctus, ita turpitudo sororis nō detegenda est qa est turpitudo sororis defunctæ: nam sororius & defuncta soror effecti fuerant una caro. Ex hoc igitur q lex diuina unum prohibet & aliud cōcedit/attestatur q ratio inhibendi alterum non est in⸗honestas moralis, sed authoritas legislatoris/quia sic placuit legislatori.

¶ Alterum caput surgit ex collatione leuiticæ legis cum honestate coniugij inter leui⸗rum & relictam fratris in casu defuncti fratris absq prole. nam ante legem moysi ta le coniugium in tali casu non solum licitum sed sancitum consuetudine uel patrum au thoritate/innuit scriptura geñ. 38. in historia thamar: & postea sub lege moysi manda⸗tum legitur deute. 25. Ita q coniugium inter leuirum & relictam fratris regulariter erat illicitum: in casu autem mortui fratris absq prole/erat licitum. Ex ijs autem surgit ra tio hæc. Si coniugium inter leuirum & relictam fratris esset per se malum moraliter/in nullo casu fuisset licitum: sed fuit licitum in casu mortui fratris absq prole tam ante legem q̃ sub lege: ergo non est per se malum moraliter. Assumpta conditionalis ma⸗nifestatur & probatur. manifestatur siquidem in blasphemia/periurio/mēdacio/adul terio/rapina/furto & id genus reliquis per se malis moraliter: quia enim sunt per se pra ua/in nullo casu sunt licita. Probatur autem: quia id quod per se cōuenit alicui/nunq̃ separatur ab eo, sed comitatur illud in quocunq illud inuenitur/quia necessario conue nit illi: ac per hoc impossibile est separare a re id quod conuenit illi rei per se: ac per hoc si coniugium inter leuirum & relictam fratris est per se prauum/in omni casu est pra⸗uum/semper & in omnibus ipsum eius prauitas comitatur. Ex hoc itaq q coniugium inter leuirum & relictam fratris inuentum est quandoq sine prauitate/discimus q non est per se prauum/q non fuit prohibitum eo q esset per se prauum sed ex authoritate legislatoris effectum est prauum quia prohibitum. Hæc de leuitica lege.

Verba autem ioannis baptistæ ad herodem galileæ tetrarcham non licet tibi habe re uxorem fratris tui/aliena sunt a proposito. tum quia de uxore fratris uiuentis loquebatur ioannes/ut testatur iosephus antiqui. li. 18. cap. 14. clare enim dicit q he⸗rodias deseruit uiuum uirum. Egesippus quoq de exci. hiero. li. 2. cap. 4. clare di cit de herode q fratris uxorem uiuentis eripuerat habentem semen de germano ipsius. Tum quia aliud est esse illicitum cōiugium cum relicta fratris/aliud est esse illud illicitū ex prauitate morali per se conueniente tali coniugio: committitur enim sophisma a plu ribus causis ad unam determinate. Illicitum siquidem proficisci potest ex multis cau⸗sis. & quantum ad propositum spectat/in promptu erat causa illiciti cōiugij ipsa lex leuitica: herodes enim legem profitebatur iudæorum. & ideo esto q herodias fuerit

relicta fratris/uerum dixit ioannes non licet tibi habere uxorem fratris tui: quia prohibitum hoc est in lege. Clarum enim erat q non ad suscitandum semen fratris duxerat eam. Non potest itaq; hinc inferri moralis prauitas per se conueniens tali coniugio: sed prauitas moralis propter prohibitionem legis, talis enim prauitas certa & clara omnibus erat.

HEc doctissime rex si uera ac sufficientia esse uidebuntur, corrigendū est factum. at si non sat esse iudicantur, significetur quæso quid deest: confido enim in diuinæ gratiæ largitate q qui cœpit perficiet. Si uero probabilia censentur, agat obsecro defensor fidei hominem inter hinc inde probabilia ambiguum. optime autem nouit maiestas tua quid in dubijs agendum sit/quid diuina lex deute. 17. statuerit agendum in occurrentibus dubijs. Si demum falsa existimabuntur, confutare dignare doctissime princeps: paratus enim sum & discere & mutare sententiam. Tolle obsecro scandalum tantæ multitudinis christianorum in europa/non solum uulgariū sed & religiosorum & peritorum. Tolle autem / manifestando iustitiam facti: ut scandalum non sit datum sed accæptum. offero enim me præconem iustitiæ cælsitudinis tuæ: quæ fœlix ualeat. Romæ. 27. ianuarij. 1534.

RESPONSIONIS THOMAE DE VIO caietani cardinalis sancti xysti ad præmissas. 16. articulorum censuras/eiusdemq; de coniugio cum relicta fratris sententiæ (quæ simul cum enarratione iobis ad studiosorum utilitatem post mortem authoris per ioannem danieles. S. D. N. papæ pœnitentiarium æditæ sunt) finis.

Registrum.

A B C D E F G H I k L M N O P Q R S T V X Y Z.

Omnes sunt terniones: præter A quaternionem.


Romæ in ædibus antonij bladi asulani: anno a nato messia, 1535. sedente paulo tertio pontifice maximo.

[illegible]

ORATIO ET CARMEN DE VITA

Sanctissimi uiri, maximeq; Reuerendi Domini, Thomæ de Vio Caietani Cardinalis sancti Xysti, Autore Io. Baptista Flauio Aquilano eiusdem a secretis familiari.





AVGVSTINO TRIVVLTIO PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, Sancti Hadriani Diacono Cardinali amplissimo, omnium bonarum artium cultori, Io. Baptista Flauius Aquilanus hero suo.

S. P. D.



VM pridem heri olim mei laudes, ac uitam, rudi fortasse, sed tamen non inefficioso carmine cecinissem, tibiq; quicquid id fuerit dedicassem, aliquanto plus ocij quam negocij nactus, ne essem omnino ocio sus, experiri uolui an eadem ipsa quæ minus libera musa, pressius quidem, ac nimis compendiose quam res tanta postulabat dicta sunt, soluta oratione, ac liberiore stylo, fusius utcunq; dicere potuerim. Non quo mihi nomen eruditionis aut eloquentiæ, cuius me omnino expertem agnosco, hac lucubratiuncula uendicarem, sed ut omnibus testatum relinquerem, numquam me commissurum, nisi ipsemet mihi herus meus, dum debitos sibi honores moriens recusauit, sui laudandi occasionem eripuisset, ut meum in ea re officium desideraretur. Maluissem profecto quiduis potius quam officij desertor appellari, atq; ineptiæ citiusquam inertiæ accusari. Verum quæ dicere non potui, ne quid officij hero meo uel uiuo, uel mortuo prætermissum esse uideatur (qualecunq; iudicium de me homines facturi sint) non ab re duxerim omnibus legenda proponere. Sed quicquid hoc est etiam nugarum mearum, cui potissimum dedicem non habeo quam tibi, cui iampridem me ipsum, ac mea omnia dedicaui. Neq; tamen postulo (scio enim non tantum tibi ocij a grauioribus negocijs superesse) ut hæc statim iugi quidem ac perpetua lectione percurras, sed ut per interualla ubi aliorum negociorum fastidium inciderit, perlegas. Plus enim uni tibi ingenij atq; iudicij, quam simul omnibus tribuo, Et ut ceteros non contempserim, ita tuam censuram pre cæteris omnibus reformido,

Vale.

❧ ORATIO DE VITA SANCTISSIMI VIRI, MAXIMEQ; Reuerendi Domini Thomæ de Vio Caietani, Cardinalis sancti Xysti, autore Io. Baptista Flauio Aquilano, eiusdem a secretis familiari.



ATIS scio Patres amplissimi, non nihil me uobis hodie admirationis excitaturum, quod cum tam longo, diuturnoq; silentio, uelut in tenebris, hactenus delituerim, nunc primum coram tot fulgentissimis syderibus in lucem prodire, ac uocem ædere audeam. Sed tale quiddam mihi euenit, quod olim Crœsi lydorum regis filio accidisse memoriæ proditum est, Nempe captis á Cyro sardibus, cum miles quidam stricto gladio in Crœsum regem, ignarus quis esset, irrueret, ac iam iam iugulo ferrum impressurus instaret, tum regis filius, tanto periculo commotus, tametsi loquendi usu defectus, oblitus, quid sibi nascenti fortuna denegasset, ut parentem seruaret, quando alia salutis uia non ostendebatur, dolore pariter, atq; iracundia percitus, exclamasse fertur, O homo caue Crœsum interficias. Videtisne patres amplissimi, quantas uires habeat, tum pietas, tum iustus dolor? ut abrogata naturæ lege, is qui mutus natus esset, effractis repente naturalibus uinculis, in paterno periculo, statim uocalis euaserit. Idem inquam pene mihi accidisse animaduerto. Nam heri olim mei, uiri quidem sanctissimi atq; integerrimi, intempestiuo obitu consternatus, cum neminem uiderem ad quem potius q̃ ad me, quippe qui illum (quod dici solet) intus & incute optime nouerim, quo cum annos decem & septem a secretis q̃ familiarissime uixerim, cum quo propemodum consenuerim, eius laudandi prouincia pertineret, indignum ratus meum in ea re officium desiderari, tametsi pene mutus, ac dicendi artis ignarus, officijq; necessitate coactus, effractis repente uerecundiæ uinculis, pro rostris more maiorum, ad eum laudandum prosilui. Non itaq; me uobis luculentam orationem, uerbis magnificis, aut ulla arte compositis ornatam, allaturum polliceor, sed simplicem, ueritatis plenam, nullis fucis, nullisq; uerborum lenocinijs adumbratam, sed prius q̃ incipiam, ut aliquo numine suffulta procedat oratio, ad quem potissimum diuorum confugiam, q̃ ad te diue Xyste? quem, si uera sunt quæ nobis Christiana religio pollicetur, quæ certe uerissima sunt, Si quis ad coelum uirtutibus patet aditus, quibus tu maxime preditus fuisti, inter diuos relatum minime dubitauerim. Patere itaq; uir sanctissime, tuas a me rudi fortasse, sed tamen q̃ uerissima oratione laudes referri. excita ingenij mei uires, adiuua imbecillitatem meam. Non eo inficias pro multitudine tuarum laudum, ac rerum gestarum magnitudine, huic tanto muneri, uel signinam eloquentiam, uel Ressanam facundiam, uel Viterbiensem illum uerborum pariter, ac sententiarum torrentem, deberi. ætatis nostræ splendidissima lumina. ne semper uel Ciceronem, uel demosthenem appellemus. Dignus eras in quem tot illustres oratores omnes ingenij uires effunderent. Sed hominem (quod aiunt) occidat oportet, qui tantorum oratorum opera uti uelit

At tu interim a me humili quidem, ac simplici stylo laudabere, & quantum ab alijs arte, ac facundia uincor, tantum fortasse pietate erga te, atq; in te laudando ueritate, ceteros facile superabo. Attendite quæso patres amplissimi, ac pronis auribus non tragicam, non comicam, sed historicam orationē accipite. Sed in hoc homine, uel potius numine laudando, unde potissimum mihi principium assumam? A patria uidelicet? quæ tametsi per se satis illustris, plus tamen ab eo luminis, ac splendoris acceperit q̄ tradiderit. A parentibusne? qui licet satis per se clari, atq; honestissimi semper fuerint, nulla tamen re magis clari atq; illustres fuerunt, q̄ q; talem ac tantum filium genuerunt. A te itaq; diue Xyste incipiat, atq; in te desinat oportet oratio, quippe qui non alieno sed tuo splendore fulges, non tam patriæ nobilitate, ac maiorum imaginibus, q̄ tuis uirtutibus clarus. Verum ne quid prætermissum esse uideatur, ut rato ordine procedat oratio, non ab re duxerim quo loco, quo tempore, quibus parentibus genitus fuerit, quibus auspicijs educatus, ac eius demum uelut crepundia quædam, ante religionis ingressum gesta, paucis attingere. Postea uero q̄ religionem ingressus est, qua constantia perseuerauerit, qua uixerit pietate, quantumq; sanctitate ac litteris profecerit, quibus demq; artibus, ac moribus, per omnes gradus ad summum religionis fastigium peruenerit, q̄ fieri poterit breuissime referemus. Ac demum ab eo tempore quo in istum uestram sacrosanctum patrum amplissimorum senatum ascitus est, usq; ad illius sibi quidem fœlicissimum, nobis uero funestissimum excessum circa eius diuinas uirtutes, ac res preclarissime gestas, quibus tandem est immortalitatem adeptus, omnis nostræ orationis labor uersabitur. Sed iam propositum negocium aggrediamur. Caieta ciuitas nobilissima in littore tyrrheni pelagi sita, siue a littorum curuitate, q; id nomen olim lingua patria curuum significaret, siue a Caieta nutrice Aeneæ, quæ illis in locis sepulta perhibetur, nomen sortita est, amplissimo ac tutissimo portu insignis, naturalibus montium anfractibus, ac summa arte uastis murorum obiectis molibus, aduersus omnes bellorum impetus munitissima, notior est q̄ a me laudari necesse sit. In hac itaq; tam insigni ciuitate, anno uidelicet quarto trecentesimæ sexagesimæ septimæ olympiadis, ab ortu Christi filij dei sumpto principio, circiter decimum kl. martias, quo tempore Paulus Venetus huius nominis secundus, pontifex maximus Romæ imperabat, Francisco cognomento deuio, atq; Elisabet Syerta, parentibus honestissimis genitus est. Primum infanti nomen Iacobo parentes indidere. qui deorum potius montis, q̄ insomnijs excitati (etenim matrem castissimam fœminam, inter alia, diuum Thomam Aquinatem puerum docere, atq; ad cœlum usq; gestare, per quietem uidisse satis constat) ingenti de eo spe concepta, puerum sanctissimus moribus educandum, ac litteris erudiendum diligentissime curauerunt.
At ille quasi presentisceret suam futuram magnitudinem, parentibus ac preceptoribus ita obsequebatur, ita eorum uestigia obseruabat, ut ne transuersum quidem unguem ab eorum latere discederet. Itaq; cum diuino quodam ingenio ac memoria prestaret, tum moribus tum litteris, omnes suos equales facile superabat. Non cum pueris ludebat, non cum pueris uersabatur, ut non iam puer, sed plane senex omnibus uideretur. Cum uero pubertatis annos attigisset, quæ ætas feruore libidinis furere solet, non lasciuijs, non impudicitijs, non gulæ, non ganeis deditus (ut

uulgo

uulgo ferme adolescentes) sed religiosos uiros adire, tēpla deorū frequentare, litteris operā nauare, mortalis uitæ oblectamenta flocci pendere, corpus ieiunijs affligere, nihil nō castū, nihil nō sanctū cogitare, nullū deniq; uel tēporis momentū remittere, omnia dicere, omnia facere, quibus in dies doctior ac sanctior euaderet. His moribus facile apparebat illū ubi primū per ætatē licuisset (quod sæpe ēt per iocum puerili quadā simplicitate iactitare solebat) postergatis uoluptatibus, religioni se cuipiam initiaturū. Id parentes eū uehementer timerent, pueri uestigia diligentius asseruare, omnia indulgere, affatim pro suo arbitratu omnia præbere, pulcherrimas quidē, sed tñ honestissimas adulescentulas in connubiū ostentare, frequenter ēt apertius admonere, interdū acrius minitari, omnia denīq; tentare quibus illū a proposito deterrerent. At ille contra, omnia aspernari, parentes rogare, ut deo se potius seruire q̄ suis cōmodis paterentur. Mallent se deo incorruptū offerri, q̄ tot humanæ uitæ inquinamentis pollutū perditū iri. Vouisse deo Christo uirginitatē asseuerabat. Nihil in humanis firmum, nihil stabile, Externa bona, fortunæ & casui subiecta, omnia ueluti ualidissimis turbinibus ac tempestatibus agitari, formā quidē ac iuuentutē senectute corrūpi, egritudine ualetudinem, Cū ipsa deniq; uita, qua nihil est dulcius, morte aliqñ cōmutari. Peregrinationē quandā esse mortaliū uitā, alio migrandū esse, Corpus ac cætera corruptioni obnoxia relinquenda, Diuinā mentē immortalitate donatā deo optimo maximo a quo profecta esset, uelut depositū quoddā q̄ mundissimā restituendā. His atq; alijs grauissimis sententijs, supra ætatē quidē, sed diuino numine afflatus, parentū animū expugnauit. Qui tametsi talem a se filiū auelli iniquo animo ferrent, ueriti tamen ne si illū quo minus religioni initiaretur impedirent, diuinā in se irā prouocarent, puerū suo arbitrio dimiserunt, His itaq; mestis ac propemodū inuitis, sed tñ non admodū repugnantibus, ubi primū se se occasio obtulit, anno ætatis suæ decimosexto, in suo natali solo, sub institutis ac præceptis beati Dominici, prædicatorij ordinis religionē ingressus est. Ac mutato nomine pro Iacobo Thomas est appellatus. Qui licet magnū sui apud oēs desideriū reliquisset, maiorē tñ de se spem, atq; expectationē omnibus excitauit. Nempe illius insignē indolem admirati, alij alterū Thomā aquinatē, alij Albertū cognomento magnū, alij aliū quempiā uirū doctrina ac sanctitate præstantē, euasurum prædicabāt. Nihil sibi de eo non sanctum, nihil non magnū, nihil non arduū pollicebantur. Tanta igitur expectatione religioni initiatus, doctissimis ac sapientissimis præceptoribus traditus est. Ipse uero summa ope nitebatur, ne suos præceptores quantum proficeret pœniteret. Ac primū quidem Neapoli, mox Bononiæ, postremo Patauij, nobilissimis Italiæ gymnasijs, cum litteris operam diligentissime nauasset, disserendi artem quam logicen appellant, ita cupide hausit, ita per se argumentorum loca, ac rationes imbibit, ut non tam discere q̄ docere uideretur. Ad grauissimas autem scientias conuersus, naturalium ac diuinarum rerū arcanis tanto feruore incubuit, ut eū breui summus philosophus ac theologus euasisset, expectationem quam de se excitauerat, non æquauerit modo, sed longo etiam superauerit interuallo. In disceptationibus ac litterarijs certaminibus acerrimus disputator, in dicenda sententia grauissimus ac sapientissimus, Vitæ ac morum integritate sanctissimus habebatur. Ingens statim esse cœpit Caietani nomen. Nam illum non iam Thomam ut prius, sed patrio nomine, quasi maius quippiā personaret appellabāt. Qui tametsi adhuc ætate esset propemodū adolescēs,

doctrinæ tamen ac sanctitatis opinione, facile inter principes religionis locum obtinuit. Vix dum natus annum ætatis suæ uigesimumsecundum Ferrariam *petijt nobilissimã Italiæ ciuitatẽ. Siquidem ibi per id tempus prædicatorũ ordinis generalis conuentus habebatur. Nempe ut olim in olimpicis certaminibus priscæ ætatis homines de corporeis uiribus periclitabantur, Sic nostra tempestate uiri religiosi in eiusmodi conuentibus animos exercere, ac de moribus, de litteris, de scientijs certare consueuerunt. Ad eum itaq; conuentum tanq̃ uelocissimus cursor, atq; athleta fortissimus ad disputandum accitus, cum priuatis, tum publicis certaminibus, ita strenue se gessit, ut ad eum conuersis omniũ studijs, ingenij, doctrinæ, ac sapientiæ laudẽ omnibus eripuerit. Quid? q̃ cũ quodã die propositis nõnullis arduis quidẽ, ac difficillimis quæstionibus, magna hominũ doctissimorũ frequẽtia disputaret, tanta uis ingenij, ac sapientiæ emicuit, ut nõ mortalẽ quidẽ illũ, sed numẽ aliquod de cœlo missum palã homines iactitarent. Admirabantur ingeniũ, admirabantur sapientiã, sed in primis illius ætatẽ stupebant. Eius ætatis adolescentẽ tantũ sapere, non humanũ quidẽ, sed diuinũ potius existimabãt. at cũ e suggesto tanq̃ e rostris peracta disputatione descenderet, uix illũ terrã attingere passi sunt. sed repente manibus hominũ sublatus, ad Illustrissimũ* Ferrariæ Ducẽ *ac generalẽ magistrũ (sic. n. supremũ eius ordinis dignitatẽ appellãt) qui disputationi intererãt delatus est. A quibus honorificentissime exceptus, ac mirũ in modũ collaudatus, ingenti omniũ consensu, magister tandẽ est appellatus. Quod nomen inter uiros religiosos, ea potissimũ tẽpestate grauissimũ, ac sanctissimũ habebatur, nec nisi uiri doctissimi ea nuncupatione donabatur. At nunc humanis rebus in deterius labentibus, ut pleraq; alia multa, per largitionẽ & ambitũ ita profanatũ est, ita inuulgatũ, ut pleriq; magistri appellentur, qui uix ut homines nuncupentur digni sunt. Sed quid ago? quo tendo? pene de uia imprudens iter deflexi. Peracto illo solenni conuentu patauiũ reuersus, tanto nomine honestatus, cũ mauritio ac troetta sũmis philosophis ac theologis cõgressus, magnũ doctrinæ ac sapientiæ nomẽ adeptus est. Mirũ quippe erat illũ iuuenẽ cũ ijs doctissimis, ac sapientissimis senibus, de rebus grauissimis disputantẽ cernere. Ingens in formandis rationibus ingenij acumẽ. In refellendis mira dexteritas, atq; prudentia. In resoluendis quæstionibus summa grauitas ac sapientia. Nõ. n. res clamoribus ac iurgijs (ut contentiosorũ hominũ mos est) gerebatur, sed grauitate sententiarũ, ac uerborũ modestia, ut nõ de gloria contendere, sed de ueritate indaganda (id quod philosophorũ est propriũ) disputare uiderentur. At cũ publice, seu de natura, seu de rebus diuinis dissereret, ita aperte, ita distincte, ita delucide, abstrusos sẽsus et arcana mysteria aperiebat, ut naturæ ac diuinæ mẽtis plane cõscius uideretur. magnus itaq; ad eũ concursus discipulorũ fiebat. Ad eũ audiendũ oẽs tanq̃ ad alterũ uel Socratem uel* Platonẽ *confluebant. Papiã deinceps, uelut alteras athenas, profectus, cum philosophiã, ac sacras litteras, Gometio philosopho ac theologo Illustri obiectus, emulatione uirtutis, profiteretur, nõ minorẽ sapientiæ laudẽ ac gloriã est consecutus. ita sibi omniũ mortaliũ animos opinione uirtutis ac sanctitatis deuinxit, ut nõ preceptorẽ quidẽ illũ, sed parentẽ optimum appellarent. Mediolanensium uero Principum ita sibi gratiã conciliauit, ut illum magno in honore semper habuerint. Cũ quo sæpe et de rebus magnis atq; arduis cõmunicabant. quorũ amicitia deinceps per oẽm ætatẽ, omnibus in locis semper est usus. Papiæ cũ esset aliquot annos moratus, magno sui apud omnes desiderio relicto,*

rio relicto, anno ætatis suæ uigesimonono cũ ad urbẽ ueniisset, tametsi illũ diuinæ uirtutes suæ satis cõmendare potuissent, magnũ tñ earũ illustratorẽ inuenit. Erat.n.tũ Romæ Oliuerius cognomẽto Carrafa, quippe qui ex illustrissima Carrafeorũ familia genus ducebat, Cardinalis Neapolitanus amplissimus, cũ gñris nobilitate, tũ uel maxime litteris, elegantia morũ, uitæ integritate, sapientia denique, atque ad eo omni uirtutũ gñe sui ordinis facile princeps. Cui religionis cura, atque protectio a sũmis pontificibus olim fuerat demandata. Iã pridem tanti uiri nomen, ac fama ad Oliueriũ peruenerat. Quã inceñsus hõ ille uirtutũ omniũ cultor, atque admirator egregius, augebat illũ uidere, illũ audire, uel legentẽ uel disputantẽ, cũ eo q̃ familiarissime colloquii. Eius igitur aduentu mirũ in modũ lætatus Oliuerius, cũ nescio quid sibi maius q̃ mẽte cõceperat intueri uideretur, illũ magno in honore habere cœpit. ac statim de illius ornamentis, & cõmodis cogitare. Itaque eũ primũ per occasionẽ licuit, illum uniuersi ordinis procuratorẽ, ac uicariũ generalẽ creauit. Eundẽque in Romano gymnasio ad docendũ publice philosophiã, ac sacras litteras præfecit. In cẽs occasiones intentus, ut tantũ uirũ omnibus quibus posset honoribus, ac dignitatibus exornaret. Dij immortales, quantus erat tũ in rebus omnibus, tũ uel maxime in disputationibus, ac litterarijs certaminibus: quoties rumor increbruisset Caietanũ in certamen prodire, quæ omniũ mortaliũ cõcursatio: alij potiora loca præripere, alij eminctiora occupare, oẽs denique certatim cõfluere. Qui audire nõ poterant, satis habebant si illũ saltẽ uidere potuissent. Venienti occurrere gestiebant, redeuntẽ uelut ouantẽ comitabantur, Per oẽs uicos, per omnia cõpita, per totã denique urbẽ Caietani nomẽ personabat. Cũ uero procurationis munus toto integro decẽnio cũ sũma integritatis laude gessisset, uita functo generali magistro, dũ quis potissimũ par tãto oneri, uerius q̃ honori, sũma diligentia quæreretur (nõ.n deerant ea tẽpestate eiusdẽ ordinis uiri alioqui religiosissimi, doctrina, moribus, atque ætate eĩ uenerandi, sed quos nequaquã cũ Caietani sapientia cõferres) Oliuerius plus uirtuti tribuens q̃ ætati, indictis Romæ ad creandũ magistrũ gñalem comitijs, Caietanũ nõdũ quadraginta ãnos natũ, omnibus anteferendũ existimauit. Euntibus itaque in suffragia patribus, magno omniũ cõsensu, paucis duntaxat, qui ad eã dignitatẽ aspirabant exceptis, magister gñalis est declaratus. Tũ uero quasi alterũ sydus religioni exortũ omnibus uisum est. Reuixisse diuus Dñicus putabatur, qui religionẽ in pristinã illã integritatẽ, ac preceptorũ obseruantiã a qua (ut uerũ fateri liceat) non nihil defecisse uidebatur, restitueret. Nec me Hercule hominũ opinionẽ fefellit. Nã delatũ sibi magistratũ nemo unquã diligẽtius administrauit. Iustitiã nemo sanctius coluit. Muneribus uero ac pecunijs, tm̃ aberat ut corrumpi posset, ut non solũ oblata sperneret, sed offerentes ambitus dãnatos, tanquã bonarũ artiũ corruptores, atque humani gñis hostes, inexpiabili quodã odio prosequeretur. Sontes ac facinorosos homines seuerissime castigabat. probos uiros ac doctos honoribus ac dignitatibus honestabat. Nihil amicitiæ, Nihil fauoribus, Nihil precibus tribuebat. Virtutes tantũ ac merita spectabat. Et quod omniũ maximũ est in rebus publicis administrandis, quæ alijs imperabat primus ipse obibat. Nec tã legibus ac preceptis, q̃ exẽplo subiectos sibi in officio cõtinebat. Nã castitatẽ quis unquã incorruptius seruauit: parsimoniã uero, ac frugalitatẽ ita coluit, ut uix quantũ naturæ satis esset hauriret. Paupertatẽ tanta animi alacritate in omni uita complexus est, ut diuitias atque opes, pro quibus inter se mortales digladiantur, non modo non quærere, sed omnino contemnere, ac pro nihilo ducere uideretur. Nihil unquã cupide, Nihil auare, Nihil ambi-

tiose, Nihil temere administrabat. His itaq; artibus ac moribus, perpetuo altero decennio, cũ religionẽ ingenti nomine sanctitatis gubernasset, illã eo perfectionis adduxit, ut si iã demũ reuixisset diuus dominicus, nequaq̃ illũ suæ religionis pœnituisset. Hæc quanq̃ satis multa, perse clara, atq; illustria uideri possunt, quibus illũ patres amplissimi nondũ cardinalẽ, immortalitate dignũ facile iudicetis, plura [illegible] rerũ gestarũ multitudine oppressus õmisi. Nã de lucubrationibus & scriptis eius, quæ per oẽm æta[illegible] per oẽs gradus, omnibus in locis in quibus uersatus est, iã multa ædidit, quasi nunq̃ aliud quicq̃ in [illegible] uita gessisset, nihil hactenus dictũ est. De quibus hoc in loco (ne pigeat audire, e. n. hæc pars lõge pulcherrima) dicere cõstitui, nõ omnia quidẽ nũc, sed ea tantũ quæ nondũ car[illegible]alis ediderit, cætera [illegible] suis locis postea referemus. Primo quidẽ sui tyrocinij tẽpore, ac plane adolescens, Diui Thomæ aquinatis philosophi ac theologi nõ pœnitendi libellũ de ente et essentia accuratissimæ exposuit. in porphirij quoq; acutissimi philosophi Isagogen de quinq; uocibus, exactissima cõmentaria ædidit. Aristotelis et principis philosophorũ prædicamẽta, atq; eiusdẽ difficilimũ sane, sed q̃ maxime necessariũ, posteriorũ analyticorũ librũ mira arte atq; ingenio declarauit. quibus tantũ splẽdoris ac luminis adiecit, ut cũ antea cogitatu difficilimi, atq; obscurissimi habiti essent, æditis eius lucubrationibus plane, faciles ac perspicui uiderentur. quibus tametsi adhuc tyro, summã tñ ingenij atq; eruditiõis laudẽ est cõsecutus. Cũ uero procurationis munere fungeretur, robustior iã miles, ad diuina mysteria cõuersus, eiusdẽ diui Thomæ aquinatis præclarissimas lucubrationes, omni scientiarũ gñe refertas, atq; in tris partes diuisas, exponere aggressus est. Ac primũ quidẽ in primã partẽ ingens ædidit cõmentariorũ uolumẽ. Postea uero q̃ magister gñalis creatus est, quauis in administrãda re publica nõ parũ esset occupatus, in primũ secũdæ partis thomũ, præclara ædidit cõmentaria. Alterũ quoq; eiusdẽ secundæ partis thomũ, cũ iã exposuisset, nõ prius tñ cõmentaria ædidit, q̃ cardinalis supremã manũ imposuerit. Tertiæ uero partis cõmentaria magister quidẽ gñalis incheauit, sed quæ postea aũ cardinalatus dignitate fungeretur perfecit. Vastã quidẽ, ne dicã iusta uolumina. Quibus tanti philosophi nõ mõ sensũ ac mentẽ aperuit, sed aduersus illius obtrectatores acutissimis rõnibus strenuissime tutatus est. ut suũ splendore atq; autoritatẽ, quã inuidi labefactare conabãtur, facile retineret. In quo quidẽ autore exponendo iccirco tantũ laboris suscepit, q̃ eũ priscis philosophis, ac summis in omni scientia uiris, nõ solũ conferendũ, uerũ ẽt præferendũ existimabat, nec quemq̃ quicq̃ scire in omni gñe scientiarũ arbitrabatur, qui nõ esset doctrina diui Thomæ aquinatis imbutus. Quod si ijs lucubrationibus, ac rebus hactenus præclarissime gestis, de quibus supra rettulimus, alia eius scripta ac gesta, quæ maturiori quidẽ, ac grauiori ætate iã cardinalis ædiderit ac gesserit cõferantur, iã tricas & nugas omnia illa superiora existimabitis. De quibus anteq̃ dicere ingrediar, uos admonendos censeo (q̃nquidẽ audiendi tædio uos propemodũ fatigatos animaduerto) ne iã uestras aures rudis noster stylus offendat, q̃ tanti uiri, quẽ haud secus q̃ parentẽ uenerabamini, splendor ac memoria delectet. Vos itaq; rogatos uehementer uelim, ut ad ea quæ sequuntur (sunt. n. superiobus longe speciosiora, atq; illustriora) faciles nobis aures accomodetis. nec iã uerborũ electũ, ac leporẽ orationis, q̃ tãti uiri dicta ac facta præclarissima co[illegible] plemini. Accepistis . n. illũ pronis auribus uirũ religiosum, Sui ordinis procuratorẽ, ac gñalem magistrũ, Accipite eundẽ iã Cardinalẽ, in [illegible] uestrum inq̃ sacratissimum ordinem ascitum, æquissimis auribus accipite. Noui

modestiam

modestiã uestram, noui patientiã. Audiuistis sæpe & ferre potuistis inania quædam, ac somnijs persimillima, sed tñ elegãti stylo orationis, ac uerbis magnificis exornata. Anrudem atq; indisertum oratorẽ, uera tñ dicentẽ nõ audietis? Nã is demũ satis facũde laudatur qui uere laudatur. Sed uideo iã uos patres amplissimi (ni fallor) comitate ue*stra nõ mõ ad audiendum paratos, sed ut cœpta iã prosequar propemodum efflagitare. Enitar ergo ne uestra abutar facilitate, eo uti tẽperamẽto, ut tantã rerũ dicendarum molem sũma breuitate perstringã, ut æquæ uos & materia ipsa, etsi nõ splẽdor, breuitas tñ orationis delectet. Primũ itaq; Iulius secũdus põtifex Maximus acris ingenij uir, omnibus q̃uis optimis principibus cõparãdus, cũ Thomæ nostri ingeniũ ac uirtutes admiratus, tũ illi ob egregiã rei publicæ Christianæ nauatã operã nõ mediocriter obstrictus, in sacrosanctũ Cardinaliũ senatũ illum asciscere destinauit. Nẽpe cũ quidam uestri ordinis patres res nouas molientes Mediolanũ secessissent, publicũ Christianorũ cõuentũ sine põtificis autoritate, cui ipse ẽt põtifex maximus subijceretur, indici, atq; eo ẽt inuito celebrari posse iactitabãt. Cũ in cã sententiã plures libelli a doctissimis alioqui uiris, in gratiã potius quorũdam principũ, quorũ fauoribus cõiurati nitebãtur, q̃ uero iudicio æditi essent, inuito Iulio põtifice maximo uniuersale christianorũ cõciliũ indixerũt. Et quãuis legibus agere uiderẽtur, re tñ uera, ad arma spectabãt. Ingẽs itaq; Romæ trepidatio, trepidabat Italia, totus pene orbis cõcussus uidebatur. Facile apparebat si res ex eorũ sñia processisset ingens quidem bellum, ac magnũ schisma futurũ. Itaq; Iulius tãtis rumoribus cõsternatus, qua rõne eorũ conatibus resisteret cogitabat. Sed nihil prius agere cõstituit q̃ thomã nostrũ in cõsiliũ adhibuisset. Is rebus omnibus diligẽter perspectis, nõ armis quidẽ, sed legibus quibus primũ oppugnari uidebatur, resistẽdũ cõsuluit. Aduersarios haud quaq̃ firmo ac solido fundamẽto inniti, quo sublato totã eorũ molẽ ruiturã, id se certissimis rõnibus ostẽsurũ. Indiceret ipse demũ in urbe conciliũ, ita fore ut hostes suomet ipsorũ gladio cõficerẽtur. Quo diuino cõsilio mirũ in modũ lætatus Iulius, collaudata thomæ sapiẽtia, statim cõciliũ Romæ celebrandũ indixit. At thomas collectis undiq; libellis, qui põtificis autoritatẽ labefactare uidebantur, animũ ad scribendum appulit. ac breui libellũ illum celeberrimũ ac diuinũ, de potestate papæ atq; cõcilij (sic, n. illum inscripsit) mira arte ac sapientia lucubrauit. Quo ædito uniuersos illorum seditiosorum hominum conatus ac furores infregit. Surgẽtẽq; illã flãmã, qua totus pene orbis cõflagraturus uidebatur extinxit. Cuius æterni bñficij magnitudinẽ si uere quispiã uelit existimare, plus habet in recessu põderis ac momẽti, q̃ præseferat in fronte. Nã per deos immortales quæ bella, quas strages, quas populatiões, quæ stupra, quos uirginũ ac matronarũ raptus, quæ incendia, quas urbiũ euersiones, nephanda illa coniuratio datura fuisset, nisi in ipso ortu thomæ nostri saluberrimo consilio fuisset oppressa? Nã sicut minus agat qui late uagantẽ flãmã extinxerit, q̃ qui eandẽ prius q̃ inualesceret extinxisset. Sic plus beneficij rei publice prestat, qui magna quidẽ ac periculosa bella in ipsis principijs oppresserit, q̃ si quis capta iã urbe hostes cõmisso prælio superasset. nã is reliquijs tantũ cõsulit ciuitatis. Ille uero id efficit ne quod damnũ omnino res publica patiatur. Plus me Hercule furiũ Camillũ olim factur ũ fuisse existimauerim, si gallos priusq̃ urbem ingrederẽtur aditu prohibuisset, q̃q; incensa iã, ac uastata urbe ad unũ oẽs excidert. Quod si nunq̃ quicq̃ aliud noster thomas in tota uita gessisset, hoc uno tamũ facto, atq; immortali beneficio, quanta uis maxima dignitate satis dignus poterat iudicari. Non immerito ergo diuus Iulius de illo homine ex ornando cogitauerat. Sed importuna mors quo minus id facere posset impedimentũ attulit. Mortuo diuo Iulio, Leo de-

cimus medices põtifex maximus creatur. Is cū thomæ uirtutes ac merita nõ ignorabat, tū diui Iulij uestigia
atq̃ iudiciū sectatus, ubi primū tẽpus ad eā rẽ oportunū nactus est, thomā ingenti omniū mortaliū plau
su, atq̃ lætitia, diui Xysti titulo insignitū, cardinalẽ creauit. Oẽs diuū Leonẽ cõmendare, Oẽs ad cœlū usq̃
laudibus ferre, q̃ talẽ ac tantū uirū exornasset. Habitā esse aliqñ uirtutū rõnem, Eos tandẽ Cardinales
creari qui tãto honore uere digni iudicentur. Tantū igitur cū esset dignitatẽ cõsecutus, num quicq̃ de pristina
illius uita mutatū existimatis? Idẽ uictus, idẽ uestitus, eadẽ grauitas, eadẽ studia, idẽ diuitiarū contem
ptus, idẽ amor paupertatis, eadẽ quidẽ ac perpetua castitas, nihil deniq̃ da priore uita accessione tãtæ di
gnitatis remissum. Nõ ut pleriq̃ ex infima fortuna ad summas dignitates euecti, uelut hominẽ exuti, ac
præteritarū sordiū obliti, diuinos sibi honores deposcentes, dis se q̃ simillimos arbitratur. ac quasi cū morte
inducias pacti, uel potius immortales effecti, nihil unq̃ nisi de suis cõmodis cogitant. ac ... unq̃ gne uo
luptatū possunt satis expleri. Nõ audiũt, nõ uident, ueteres relinquũt amicitias, indulgẽt nouis. ut uere homi
nẽ exutos posis existimare. Nõ sic unq̃ nr̃ thomas, hominẽ quidẽ se, atq̃ mortalẽ nihilominus agnoscebat.
nulli (quod posset) nõ prodesse studebat. uoluptates nõ aspernabatur mõ, sed illas tãq̃ pestẽ penitus fugiebat.
Nõ minorẽ q̃ prius in exponendis sacris litteris operã nauabat. Statim q̃ Cardinalis creatus est, cõmenta
ria quæ in secundū thomū secũdæ partis Diui thomæ aquinatis lucubrauerat, suprema manu imposita ædi
dit. ac diuo Leoni de se optime merito dedicauit. Ac deinceps usq̃ ad extremū uitæ halitū nullū unq̃ diẽ
sinẽ linea prætermisit, quin. s. aliquid reponeret, aliquid lucubraret. Nã et tertiã eiusdẽ diui thomæ parte,
quã magister gñalis incohauerat, iã Cardinalis, multis laboribus ac uigilijs cõsumauit. Nouū quoq̃ Chri
stianæ religionis instrumentū exponere aggressus, quatuor euangelistarū uolumina sũma fide, ac diligẽtia
declarauit. Nõ minorẽ curã, ac diligentiã, in exponendis apostolorū gestis adhibuit. Epistolas quoq̃ diui
Pauli, atq̃ aliorū apostolorū sic exposuit, ut in ijs ambigui reliquerit nihil. Apocalypsim omnino intactã reli
quit. q̃ in ea exponenda nõ ingenio, sed diuinatione opus esse arbitrabatur. Veteri quoq̃ instrumẽto suis lu
cubrationibus magnū lumẽ adiecit. In quo exponendo infinitū propemodū laborẽ suscepit. Nã cū uarias
quidẽ, ac tã multas, tū ueterū, tū recentiorū translationes, inspicere cogebatur, Tū et peritissimos quosq̃
hebræorū cõsulebat. Ita tñ ut plus illi ab eo discere, q̃ illū docere faterẽtur. Ita. n. singula ac minima queq̃
prosequebatur, Ita sæpe scrupulos inijciebat, interrogãdo, admonẽdo, disputãdo, ut ad intelligendū ea quæ
ipsi per se intelligere nunq̃ potuissent, excitarentur. Hac itaq̃ tã exacta ac laboriosa diligentia, totã illã ua
stã, ac perdifficilẽ ueteris instrumenti molẽ, pluribus digestã uoluminibus, multis ẽt ac propemodū infini
tis in locis uel corruptã, uel perperã interpretatã, ad pristinã integritatẽ, atq̃ ad uerissimū suorū autorū
sensum (quantū humana fieri potuit diligẽtia) restituit. Cãtico canticorū, ac prophetis dũtaxat exceptis,
quos moriens incohatos reliquit. Quod si ista apud huius hominis ignaros narrarẽtur, falsa fortassis, ac su
pra oẽm fidẽ in eius gratiã cõficta iudicari facile possent. atq̃ ego nõ orator, sed adulator potius existima
ri. Extãt illius per totū orbẽ terrarū sparsa uolumina, nõ in angulis quidẽ, in oliuarū penulas, aut cordil
larū togas seposita, ut pleraq̃ multa. Sed passim per oẽs scholas, per omnia gymnasia, per totū deniq̃ orbẽ
terrarū lectitatur, atq̃ in manibus hominū doctissimorū habetur, Quæ nulla unq̃ caries, nulla teredo, nul
la tẽporū uitia cõsument. Quæ nullis inuidiæ sentibus, nullis spinis unq̃ poterũt lacerari. Quibus tãta ẽ
grauitas, tãta autoritas, ut cū de aliqua re ambigitur, si quis ita dicat, hoc scripsit Caietanus, hoc dixit, hoc
sensit,

sensit, perinde sit ac si dixerit, hoc sensit Socrates, hoc dixit Plato, hoc scripsit Aristoteles. Plura me hercule, atq; ea quidē grauissima, hic unus uolumina ædidit, q̄ quilibet lector in tota uita uel diligētissimus percurrat. Si mentiri me quispiā arbitretur, illū ad oēs bibliopolas, ad oēs bibliothecas, ad omnia gymnasia remitto. Quid? q̄ multa ēt quæ mihi exciderant omisi. Nā quis tot ac tanta satis memoriæ cōmendabit? Sed internarrandū alia quædam mihi in mentem uenere. Vel illum ientaculorū libellū quis nō admirabitur? Sic.n. illum libuit appellare, q̄ qui cū legerit, ad alios grauiores libros non omnino ieiunus accedat. Nam sicut nullo præsumpto matutino cibo, quē ueteres ientaculū appellabant, ad prandiū auidius q̄ par est accedentibus, cibus deuoratus potius, q̄ comestus, male concoquitur, Sic qui ad grauissimas disciplinas accedit, nisi prius certis preceptis, certisq; documētis, uelut ientaculis quibusdam, fuerit instructus, nihil omnino agat, frustraq; tēpus terat. Id.n. eo libello efficitur, ut solutis nōnullis arduis quidem, ac difficillimis quæstionibus, quæ passim sacras litteras legentibus occurrūt, mentē q̄ perturbant, ceu dolabra quadam detractis nodis, cætera plana ac facillima uideātur. At illum aliū, quē summā de peccatis inscripsit, quis unq̄ satis cōmendabit? Quo omnia peccatorum gn̄a miro ordine elementorū cōplexus est. quo in q̄ nihil Christianis hominibus utilius esse pōt. Ibi.n. quid fugere, quid sectari oporteat, facile possunt agnoscere. Sunt ēt nō nulla alia ac propemodū infinita præclara illius opuscula, de quibus nulla hactenus mētio facta est. Vtpote de Missa, de cōfessione, de cōceptu uirginis, de indulgētijs, de elemosyna, de subiecto philosophiæ, de annalogia nominū, de mōte pietatis, de usura, de Symonia, de Cābijs. Sic.n. quēdam suū libellum appellare placuit. Nō.n. fuit illi magna admodum de nominibus cura. Vocabulis utebatur ut plures, q̄uis essent minus latina, dum in̄ essent in cōem usum recepta. æquius esse ducebat nomina rebus, q̄ res nominibus inseruire. Proinde delicatas aures ab eius lucubratiōibus facessere iubeo. Eius scripta, tametsi nō indiserta, nō attingant, qui præter unū Ciceronē oēs alios fastidiunt. qui uelut psitaci, eius tantū uerba conari didicerūt. quos nō tā res delectāt q̄ uerba, qui dum flores tm̄ orationis sectantur, suauissimos rerū fructus amittūt. At qui nō flores, sed fructus quærūt, qui non rotūda ac uolubilia uerba, sed grauissimas sentētias discere cupiunt, ij demū ad hunc diuinū autorē accedant. In quo quicquid ad rerū naturaliū cognitionem, quicquid ad moralem scientiā, quicquid deniq; ad naturā diuinā et sacra mysteria pertinet, continetur. ut nihil possit unq̄ a quoq̄ amplius desiderari. An uero cū tā multa iā dixerim censetis me omnia eius scripta enumerasse? Quot epistolas, quot orationes, quot cōsilia, quot prudentissima responsa pretermisi? q̄ si singula persequi uelim, nunq̄ dicendi finē inueniā. At quæret quispiā fortasse, qn̄ hic tot ac tā præclara uolumina æddiderit, quorū singulis uix singuli homines, uel doctissimi uel sapiētissimi, sufficere potuissent, nū aliud quicq̄ in omni uita gerere potuerit? Hic operæ preciū erit audire q̄ sapienter uitā instituerit, q̄ prudenter rem domesticā administrauerit. Nā quod ad se attinet, mane quotidie ante lucē surgebat. Minimū quiddam curando corpori tribuebat. Orationibus ac rebus diuinis plurimū operæ nauabat. At cū oraret putatis ne illum Cursim, singultim, blese, imperfecte, uelut per tumultū ac festinationē (ut uulgo ferme homines facere solent) pronunciare consueuisse? Ita distincte, Ita clare, Ita aperte, Ita memoriter, Ita attente orabat, quasi deū ipsum non mente mō atq; animo, sed ipsis ēt corporeis oculis intueri uideretur. quod non solum pronuntiatione, sed nutu etiam, ac decenti corporis motu significabat. Sæpe ad cœlum manus, sæpe oculos attollebat, Neminem cum oraret in colloquium admittebat. Inseruiendum deo primum

q̃ hominibus asserebat, Rebus diuinis mane peractis, accito scriptore usq; ad prandiũ dictitabat. Prãsus a studijs aliquãtulũ quiescebat. Sed interim rõnem rei domesticæ requirebat. Si quid facto opus esset impe rabat. Nihil prætermittebat quod ad bonũ, ac diligentẽ patrem familias pertineret. Vbi cibum subsedisse existimabat, iterumstatis horis, diuinis orationibus uacabat, studebat, scribebat, dictitabat. ac deinceps suo tẽpore q̃ parcissime cœnabat. Cœnatus nõ in multam noctem uigilabat. Post horã a cœna cubitũ ibat. Som ni minimũ capiebat. Quantum a somno cessaret, tantũ sanctissimis cogitationibus, ac diuinis orationibus tribuebat. Mane iterum ante lucem surgebat. Ac uelut circulo quodam, eadem munia singulis diebus præstabat. Non in horas quidem, aut in dies uiuebat. In integrum annum quæ necessaria essent parabat. Fa miliaribus ferme omnibus, pro suo exiguo censu, stipendia constituebat. Aes alienũ tanq̃ uenenum pesti tiosissimum fugiebat. Vitia pariter, ac flagitia procul a suis laribus pellebat. Lusores, Blasphemos, Scortatores, Religionum desertores, atq; id genus hominũ (quod ipse sciret) intra suas ædes nõ admittebat. Vt non aulam quidem illius domũ, sed plane religionẽ esse putares. Quãta iustitia atq; integritate, sctiam oppidum uetustissimum suæ fidei commissum gubernabat: ut eum amissum haud secus q̃ parentem optimum lugeant. Ecclesiam Caietanam, cuius erat Episcopus, quanta cura ac solicitudine regebat? Dij immortales quæ seueritas, quæ legum obseruantia, cum in rebus omnibus, tum uel maxime in sacerdotijs collocandis? Nemini sacerdotium conferebat, neminem initiari patiebatur, qui sacris legibus nõ probaretur. Cultum diuinum nemo unq̃ diligentius curauit. Cõmissum sibi gregem pascebat, fouebat, custodiebat, non deuorabat. Omnia munia quæ ad optimũ pastorem pertinerent summa cura ac diligentia obibat. An Cuipiam hæc ociosi fortasse, atq; inertis hominis officia uideri possunt? Illud audacter asserere nõ du bitauerim, neminem unq̃ (quẽ ego hactenus nouerim) fuisse qui uel in negocio ociosior, uel in ocio negociosior fuerit. Adeo hæc seinuicem non impediebant. Ita sibi inuicem cedebant, ut quasi uestem, uel palliũ mutaret, statim se a negocijs ad ocia litterarum, ab ocio literarum ad negocia transferret. At inquis domestica hæc, & quasi propria diligenter curabat, publica negligebat. Vt omittam illius tum patauij, tum Papiæ, atq; omnibus Italiæ gymnasijs impensos labores. Vt prætercam annos decem quibus ordinis sui procurationis munere summa diligentia functus est. Vt taceam alteros decem annos quibus magister generalis mira sapientia atq; integritate rem publicam administrauit, de quibus multa quidem, non dum tamen satis, superius disseruimus, ea tantum attingam, quæ iam Cardinalis, magnis quidem laboribus, ac periculis, annis iam ingrauescentibus, gerere non recusauit. Nam quæ uasta itinera non suscepit? quas regiones non peragrauit? quos æstus, quæ frigora, quos labores, quæ tandem pericula non sustinuit? dum germanica. s. ac pannonica, magnis quidem atq; arduis legationibus fungeretur. Nempe cum diuus Leo Ponti fex maximus de bello Christiani nominis hostibus inferendo cogitaret, ratus omnia quæ uasto animo gestaret fore sibi facillima, si robora germanorum militum sibi consociaret, quorum animos iam tum Martinus quidam cognomento Lutherus, homo subdolus, ac rebus nouis studens, per speciẽ sanctitatis, primũ Romanæ curiæ mores insectando, deinceps totam religionem Christianam in uertendo, cœperat exulcerare, quem potissimum tanto negocio deligeret, tametsi non deerant uiri, cum litteris, tũ rerũ experientia non cõtemnendi, Xystum tamen omnibus anteferendum existimauit. Atq; in primis iussit, ut Martinũ illum, si qua spes esset resipiscendi, promissa etiam præteritorum impunitate complecteretur. Atsi omnino insanabilis esset,

nabilis esset, daret operam ut per Maximilianum, ac cæteros germaniæ principes, iustas tandem pœnas luere cogeretur. Quæ quidem omnia ex illius sententia gesta fuissent, nisi fortuna plerūq; rebus magnis atq; arduis inimica, Maximiliano Cæsare optimo principe e medio sublato, illius sanctissimis conatibus obstitisset. Libet hic, si uultis Patres Amplissimi, propter quosdam rumores ab improbis quidem, atq; inuidis hominibus sparsos, liberius aliquantulum euagari, ac de Martino rē ut gesta est palam omnibus facere. Cum primum legatus germaniā attigisset Martinum accersiri iubet, ratus illum posse bonis uerbis, ac miti oratione ad sanitatem restitui. Is ubi primum ante legatum constitit, seu tanti uiri maiestate, seu læsa potius cōscientia cōsternatus, furenti similis, in genua ante legati pedes procubuit. Hūc assurgere iussum, non ut quidam inuidi, quos tanti uiri splendor offendebat, confixere, minaci uultu, uerbis atrocibus, adunco naso, toruo supercilio exceptum, ac pedibus etiā (ut quando cœperint nauiter mentiantur) conculcatum, sed manu prehensum, hilari atq; exporrecta fronte, graui quidem, quæ .s. legatum deceret, sed tamen dulci, ac suaui oratione, hominē tractare cœpit, ac modo resipisceret præteritorū et impunitatem ostentare. Cum Romano pontifice facile in gratiam rediturum. Romanam ecclesiam gremium ad se redeuntibus nunq̄ claudere solere. q̄ peccent homines non admodum magnifacere. q̄ perseuerent id demum ferre non posse. Imitaretur Augustinum, quem non minus puduit suos errores fateri q̄ corrigere. His atq; alijs mitissimis uerbis ægrotum illius animum sanare conabatur. At cū Martinus ambigua quædam, ac non satis fida responderet, intellexit legatus pudere eum aperte suos errores fateri. Quem pudorē illi ut detergeret, Nec ego abs te inquit Martine ut plane errasse fatearis uehementer efflagitauerim, quem non mente quidem (neq;.n. de uiro bono ac religioso id suspicari æquū esse censeo) sed uerbis potius minus accurate prolatis, si quid inest suspitionis potius q̄ erroris, peccasse crediderim. Sed cum in tuis scriptis pleraq; sint, quæ minus rectam interpretationem suscipiunt, æquū esse duxerim, atq; hoc ipsum ēt satis, si sub conditione tantum, quam scis nihil certi astruere, ita scripseris, Si qua sunt in meis lucubrationibus, quæ minus sanam doctrinam subolere uideantur, ea omnia censuræ apostolicæ sedis subijcio. His pauculis uerbis & pontifici maximo satisfacies, & tibi ipsi potissimum consules, atq; omnium ora tibi detrahentium occludes, ac tot de te sparsos rumores facile extingues. Ipse ēt pontifex maximus, ubi te obsequentem animaduerterit, cōmodi ac dignitatis tuæ rationē habebit. Tum Martinus seu dolo, q̄ tergiuersari amplius non auderet, seu q̄ re uera ita sentiret, uictus tam benigna oratione, probata sententia legati, omnia se facturum asseruit, quæ sibi legatus imperasset. Quid morer? res tam cōposita uidebatur. Nec quicq̄ amplius restabat q̄ q̄ Martinus dicta factis præstaret. Itaq; cū iam serum diei esset, facta Martino abeundi potestate, in diem crastinum res dilata est. Interea Martinus seu pœnitentia ductus, seu suorum satellitum consilio corruptus, seu fretus quorundam potentiorū fauore, statim sententiam mutauit. Non.n. deerant qui hunc hominē aduersus Romanū pontificē, cuius potentia iampridem multis cœpit esse formidolosa, ceu frænum quoddam sustinendum existimabant. Ac ne cū pontifice rediret in gratiam suadebant. At legatus cum nihil tale metueret, ut suprema manus negocio imponeretur, Martinum lætus expectabat. Ecce autem Martinus, non uno quidem ut antea, sed pluribus stipatus satellitibus, qui nō modo prohibere, sed uim ēt inferre facile potuissent, nō humilis ut prius, sed superbia inflatus, ac barbarico furore plenus, ad legatum intrepidus uenit. Ac statim,

non esse opus inquit eum aliquo redire in gratiam, quæ nunq̄ esset imminuta. Neminem lædere qui uerum astrueret. Quæ dixisset, quæq; scripsisset, non eiusmodi esse quæ ipse correcta esse uelit. Nihil contra se moliretur, nihil grauius statueret. Si secus factum esset, ad futurum concilium appellare. His atq; alijs insolentissimis uerbis consternatus legatus, primum quidem rei nouitatem uehementer admirari, deinde lenius admonere. Non esse constantis hominis ita repente sententiam mutare. Nõ eundem ad se rediisse qui abierat. Ne se impiorum consilijs, qui illum perditum iri cuperent, subuerti pateretur. Non omitteret tam bonam uel suo commodo rei componendæ occasionem, salua etiã dignitate. Occasionem fronte quidem capillatam esse. Occipitio caluam. Oblatam præhenderet. Omissam frustra sectaturũ. Abiret, cogitaret melius, ac demum consultius, ac prudentius responderet. Ubi uero nihil proficere animaduertit, Paulo Liberius illum accusare cœpit, ac uehemẽtius increpare. Prospiceret tandem quid ageret. Nõ semel peccare qui populos decipiũt. Toties peccare quot homines seducũt. Ac tanto magis quanto ad posteritatem scelus transmittitur. Non eum esse Romanum pontificẽ quẽ sic pro nihilo ducere oporteat. Non id Maximilianum, non id cæteros germaniæ principes passuros. Longas esse regibus ac principibus manus. Si pergeret obstinato animo, aliquando pœnas daturum. Et quo serius eo etiam grauiores. Abeuntem uero, ac tergiuersantem, hoc tantum leni scommate perstrinxit. Ad suos enim conuersus familiares, iste homo inquit Ouis eget recentioribus. Quo latenter illius stultitiam subnotabat. Uidete obsecro patres amplissimi q̄ inscite, q̄ imprudenter, q̄ inhumane, q̄ seuere, q̄ atrociter, q̄ superbe, quibus iurgijs, quibus contumelijs, qua mente, quo uultu, quo naso, quibus supercilijs, hominem perditissimum pertractauerit. At inquiunt amplissimas saltem diuitias, Episcopatum aliquem, Rubeum etiam galerum, dum istam pestem auerteret promisisset. Si ut promissa præstaret (quod tamen in illius potestate non erat) ingentem fenestram impijs ac perditissimis hominibus aperuisset. Docuissetq;, quando ad eas dignitates per uirtutes ac merita, quibus omnino carerent, iter non esset, quo pacto per dolos, per fraudes, per nefandissima scelera grassarentur. Si ut deciperet, alios quærere oportebat, qui has decipiendi artes non ignorarent. Nec me Hercule defuissent, quandoquidem, si dis placet, tales homines passim reperiuntur. Uirum bonum, uirum grauem, hominem sanctum, hominem deum timentem, non deceptorem, ueridicum, a criminibus ac flagitijs, haud secus q̄ a morte penitus abhorrentem, haud quaq̄ facile inuenias. Expectabam id dicerent potius, cur illum nefandissimum hominem in secretum colloquium accersitum non statim necari iussisset, & si ministri defuissent ipse suis met manibus confecisset. Aut saltem, si id non posset, occulto aliquo ueneno administrato e medio sustulisset. Pium esse impium hominem qua uelis & possis ratione interficere. Quibus quid tandem respondeam non habeo, nisi dignos esse qui ad talia ministeria perpetranda mittantur. Ille didicit ex Paulo apostolo non esse facienda mala ut eueniant bona. Utinam omnes diuinum Xysti nostri iudicium sequuti fuissent. non ita esset profecto res ista Martini exulcerata. Aduersus quem nunq̄ suæ lucubrationis gladium distringere uoluit. ne (ut ipse dicebat) dum unum hominem insectaretur, imperiti uulgi rerum nouarum cupidi studia excitaret. Quid enim

aliud

se quam prius Cardinalem agnoscebat, eandem grauitatem, eandem securitatem semper retinuit. Nam supplicem illum ad eorum genua, quasi uitam deprecaretur prouolutum existimatis? Nihil fractus, nihil perterritus, hostes admonere, atque increpare non destitit. Haurirent si sic collibitum esset, senilem sanguinem. Non tanti sibi esse uitam, ut deleta urbe superstes esse oporteret. Non byzantium illos, sed urbem Romam religionis Christianæ, atque adeo totius orbis caput, diripere atque uastare. Meminerint quacunque incederent, se sanctissimorum hominum qui Christum pie ac sancte coluerunt ossa calcare. Non id Cæsarem, sub cuius signis militarent, im... Non id tandem Cæsarem esse passurum. Viderent quid agerent, urbi parcerent, rapinis ac cædibus abstinerent. Si pergerent, aliquando tanti sceleris pœnas daturos. Hinc licet animaduertere quanta sit uirtutis uis, ac rectæ mentis potentia, quæ uel inermis, ipsis etiam immanissimis hostibus terrorem incutiat. Nemo illum attingere ausus est. Quin potius illius maiestatem, atque constantiam admirati, illum haud secus quam par erat uenerabantur. Paupertatemque, quam tam impia arma sumpsissent excusabant. Quibus tandem cum quinque milia aureorum tradidisset, suam atque adeo omnium qui cum eo erant, e quibus tres tantum illius familiares fuerunt, cæteri sane multi ex omni hominum genere, quos ne nosset quidem, libertatem redemit. Sed priusquam pecuniæ expedirentur, cum aliquot dies apud hostes fuisset, in tanta rerum omnium perturbatione (quæ ea mentis serenitas?) ocium etiam potuit inuenire. At quod ocium? nunquam me Hercule quam diu apud hostes fuit (uidi, interfui, possum testimonium perhibere) desiit studere, legere, lucubrare. hac semper sententia usus, posse sibi quidem cætera omnia, quod autem recte faceret, id demum auferri sibi non posse. Quem non tam sua, quam aliorum calamitas perturbabat. Qui illam quidem seuientem fortunam, nequaquam ad se pertinere existimabat. Quæ licet non modo externa bona, sed uitam etiam ipsam eripere potuisset, ad arcem tamen diuinæ mentis eius peruenire non poterat. Non uitæ integritatem corrumpere, non sanctissimos mores, non prudentiam, non sapientiam. Caietam deinde profectus, tam diu ibi mansit, quoad de suis censibus modicis quidem atque exilibus, creditoribus satisfaceret. a quibus ut se ab hostibus redimeret pecuniam mutuatus est. Pacatis deinde rebus, Romam reuersus, usque ad extremum uitæ diem quo inter diuos relatus est, ab urbe nunquam amplius discessit. Illud etiam haud quaquam prætermittendum censeo, quod medio hoc tempore iccirco euenisse crediderim, ut eius diuina uirtus, tam & si satis clara, noua tamen aliqua oblata occasione, magis illustraretur. Orta siquidem inter Britanniæ regem atque eius uxorem, Caroli Romanorum Imperatoris materteram, cum qua suscepta prole propemodum consenuerat, de matrimonio controuersia, quasi legitimum non esset, ut pellicem sibi quam unice diligebat adiungeret, cum repudium dare non liceret, per speciem sanctitatis dissolui uolebat. Obstare leges, obstare ius diuinū, quominus id matrimoniū legitimū uideretur. Nō licere defuncti fratris coniugem sibi matrimonio copulare. Diuina lege id cautū esse. Nō potuisse Romanum pontificem, cuius autoritate id matrimonium factum esset, iuri diuino derogare. His atque alijs, quasi rectitudine conscientiæ motus, amorem quo deperibat male dissimulans, ueterem coniugem

expellere

expellere cupiebat. Hinc diuersa hominum studia. Multa in gratiam regis scripta, factionibus magis quam rationibus, res ipsa geri uidebatur. Causa tandem ad Romanum pontificem delata. Xystum accersiri summus pontifex iubet. Imperat ut nouas, ac ueteres diuinas leges euoluat. Causam hanc regiam examinet. Ac demum quid in ea re tam ardua iudicandum sit diligenter perspiciat. Tum Xystus rebus omnibus qua solebat integritate, atque animi candore diligentissime perspectis, ingenti mortalium expectatione (Porro in exitum tanti certaminis uniuersus pene orbis erectus erat) uerissimum illud, atque sanctissimum matrimonium declarauit. Nihil uel humanum ius, uel diuinum obstare. Recte interpositam pontificis autoritatem. Aduersus regem denique sententiam ferendam esse pronunciauit. Ac docuit tandem mortales, regiam quidem maiestatem uenerandam, sed in primis iustitiam colendam esse. Cuius consilium sequutus diuus Clemens, criminis uiolati matrimonij regem damnauit. Hic posset fortasse quispiam suspicari, ob eam rem Xystum magnis muneribus donatum fuisse. Sed quid attinet in eum munera congerere, quem muneribus corrumpere non possis? Qui non principum gratiam, non preces, non minas, non ulla denique munera, sed ea tantum quæ recta ratio suaderet spectabat. Liberum ergo suffragium, liberam uocem, liberam denique sententiam, non uenalem, pronunciabat. Quid? quod nec gratias quidem agi sibi uolebat. Aut enim, si quid ab eo peteretur, omnino negabat, aut si quid dicendum, faciendum ue recepisset, statim (dum posset) atque hoc ipsum gratis præstabat. Sed iam tempus admonet, ut & illius sanctissimam uitam, & nostram orationem, aliquando ad exitum perducamus. Non quo me, in hoc homine laudando, materia deficiat. nam quo plura dixerimus, eo plura dicenda semper restabunt. Non quo uos fessos animaduertam, quos tanti uiri laudibus, ac memoria uideo recreari. At uereor patres amplissimi, ita me sentio conturbari, ita oculos lachrymis oppleri, ita uocem debilitari, cum de obitu heri mei, ab quid dixi heri, immo uero parentis optimi, dicere propono, ne cœptam orationem, ac propemodum absolutam, cogar occlusis faucibus imperfectam dimittere. Non ego te diue Xyste deploro, Non doleo uices tuas, Non inuideo fœlicitati. Mea damna, meas erumnas, meas lugeo calamitates. An seruus herum, an filius parentem optimum non lugebit? Quo uiuente uiuebam, quo defuncto pene defunctus sum. Utinam eodem funere prælatus, ante tuos pedes sepultus iacerem. ita enim & uiuere pariter, ac seruire desijssem. At saltem manumisisses, tecum & meam libertatem sustulisti. Ita me pauperem, ita rebus omnibus egentem reliquisti, ut æternum mihi seruire necesse sit. At pauper eras, paupertatem accuso, non uoluntatem. Nam aud secus quam filium & diligebas plurimum, & benefacere plurimum cupiebas. Nec in domo tua postremum seruitutis locum tenebam. Nec minus fortunam incusauerim, quæ te eo potissimum tempore surripuerit, quo non modo mihi, sed omnibus fortasse mortalibus, benefacere potuisses. Cui ne mortuo quidem, seruare unquam desinam (Non enim iugum detrecto) Tibi quot annis pia mente, supplicibus uocibus (quando aliud non possum) iusta persoluam. Hic mihi amplissima latera, hic uocem ferream mihi dari

optarem, hic

optarem, hic mihi tandem auxilio opus est tuo. Ad te iterum diue Xyste mi here, mi domine mi pater optime confugio. Erige labantem mentem. Absterge oculis lachrymas. Excita uocem debilitatam. Tuis auspicijs cœpta est, tuis auspijs finiatur oratio. Anno igitur ætatis eius sexagesimo sexto, tot ac tantis rebus præclarissime gestis, cum diuus Clementes Pontifex Maximus grauiter egrotare cœpisset, omnes in Xystum oculos conijciebant, omnes illum Pontificem Maximum designabant. Hunc unũ aut aliũ neminẽ posse rẽ publicã Christianã, ac Pontificiam autoritatem, uitio temporum labefactatam, humanarum ac diuinarum rerum scientia, Vitæ ac morum integritate, omni denique uirtutum genere conflata sapientia, ad integritatem pristinam restituere. Pluris equidem fecerim istum omnium mortalium consensum, atque iudicium, quam si fuisset Pontificatum assecutus. Nam plerique, uel pessimi quidem homines, principatus ac summas dignitates adepti sunt, qui uero ijs digni iudicati fuerint, quam paucissimi. At ille longe aliter sentiebat. Se indignum tanto munere iudicabat. Quid? quod toto illo anno, qui illius obitum præcessit, nunquam quicquam aliud quam de futura morte cogitabat. Nihil nisi de morte loquebatur. Huc se parabat. Ad futuram uitam omnes suæ cogitationis neruos intendebat. Satis annorum, Satis dignitatum. Nihil sibi amplius optandum asseuerabat quam ab hac luce, quin potius ab ijs tenebris, ad illam cœlestem lucem, atque æternam patriam, si ita sua merita postularent, migrare. Senex sum inquit, iam inutilis, & fortasse etiam grauis. Quæ ea modestia? se grauem, se inutilem appellabat, qui totum orbem suo splendore, uelut alter sol, fœcundissimis sapientiæ radijs illustrauerat. Procuratorẽ ordinis uocari iubet. Imperat scilicet Sepulchrũ sibi spetiosissimũ cõstrui. Paria mamora cõquiri. Praxiteles & policletos qui pulcherrimas uirtutum statuas inciderent accersiri. Hinc prudentiam ac temperantiam, Inde iustitiam ac fortitudinem, Superne, magni dei patris barbatam imaginem, sinistra manu orbem gestantem, dextera prælatis duobus digitis omnia moderantem. Inferue, sua insignia. Se uero medium dormienti similem, eleganti manu sculptum collocari. Argentum, aurum, lapides preciosos, quibus exornari maxime posset. In sumptum denique uim magnam pecuniarum expediri. Optabat fortasse uiuens tam spectosam Sepulchri molem spectare. At inquit extra templum olim Mineruæ, nunc deiparæ Virginis Consecratum, ubi gradus ascenderis, in ipso templi uestibulo, faueam effodito, intus opere tectorio leuigato. In eam nullis sumptibus, nulla funebri pompa, meum cadauer conijci iubeo. Ridebamus omnes quasi ioco, non serio dixisset. Si nobis superstitibus moreretur id nequaquam esse passuros affirmabamus. Habendam esse dignitatis rationem, dandum aliquid consuetudini. In ipso templo, loco aliquo illustri, ponendum Sepulchrum, non magnis quidem, sed tamen honestis sumptibus exornatum. Ille nobis leniter subirasci. Non æquum esse in ipsis templis, quæ quam mundissima esse decet, ut in quibus diuinus cultus celebratur, olentia cadauera inferri. Nullum esse locum, non Sepulchris, non cadaueribus occupatum. Partetes, pilas, columnas, pauimenta, dehonestari. Sæpe etiam fœtoribus e putrefactis cadaueribus excitatis, aerem pestilentem creari. Non sic ueteres. In Cœmiterijs, circa tẽpla, sub diuo, loco sacro, cadauera sepeliebant. In ijs, diuitibus et ac nobilibus, quos ea cura tãgebat, sepulchra magnifica erigebatur. Passim per oẽs christianorũ Prouincias, per oẽs Ciuitates, per omnia loca, circa omnia tẽpla, uetustissima sepulchra intueri licere. Nõ cõsuetudinẽ esse hac

nostrum,

noſtrum, ſed abuſum. Funebres ſumptus, nihil ad mortuos pertinere. rectius illos in uſum pauperum erogari. Proinde deſineremus moleſti eſſe. ſcire ſe tandem quid facere. Non uerbis tantum, aut ſcriptis, ſed factis etiam, atq; exemplis, populos inſtruendos eſſe. Non denique tantum nobis pecuniarum relicturum, unde iſtæc magnifica facere poſſemus. Vicit autoritate, uicit rationibus. Tandem ſepulchrum illud ſpetioſiſſimum, quale quidem uidere potuiſtis, erectum eſt. Mens futurorum præſaga, ac diuino numine illuſtrata, eius fœliciſſimum exceſſum inſtare prænunciabat. Igitur diuo CLEMENTE adhuc egrotante, de cuius ſalute iam medici deſperauerant, ecce Xyſtus, quaſi ſe tanto oneri ſurriperet, cui ſe imparem exiſtimabat, ut cederet uidelicet meliori, profluuio uentris debilitatus, ac leui febricula correptus, non tam magnitudine morbi, quàm ſua met ipſius ſponte, aut certe non inuitus, quarto idus auguſti, fœlicem illam animam, deo optimo maximo a quo profecta erat, reſtituere feſtinauit. Cuius ſanctiſſimum Cadauer, omnibus quidem ſeculis uenerandum, in eo ipſo ſepulchro conditum eſt, quod ipſe iam uiuens effodiendum curauerat. Valtis fortaſſe ſcire quid ille fecerit moriens? Vultis ſcire quid moriens loqueretur? Vbi morbum ingraueſcere animaduertit, non terrore aliquo perturbatus, ſed læta fronte, atq; alacri uultu, ad ſuos familiares conuerſus, qui ſedulo aſtabamus, Video inquit inſtare diem reſolutionis meæ. Vtinam mihi hoc potiſſimum tempore, ad illam cœleſtem uitam, poſita hac putri mortalis corporis mole, liceat migrare. Inſtabat ſolenne feſtum aſſumptionis deiparæ uirginis, eo potiſſimum die quaſi cum ipſa uirgine cœlum aſcenſurus, expirare cupiebat. Nihil eum terrebat mortis cogitatio. Sæpe ad cœlum ſublatis manibus atq; oculis, hæc uerba dicere ſolebat. Tu ſcis domine, tu ſcis. cætera ſupprimebat. Quid. n. illum dicere uoluiſſe exiſtimatis? Ego uero ſic opinor. Tu ſcis domine, tu ſcis hominem eſſe me atq; mortalem, at peccant homines, peccaſſe fateor, tu peccantis hominis miſerere. pro quo & fieri mortalis, & mortem obire non dubitaſti. Tu ſcis inquã domine, tu ſcis nihil boni unquã, niſi tuo adiutos præſidio, non modo facere, ſed ne cogitare quidem mortales poſſe. Si quid ergò unquã recte dixi, ſi quid feci, ſi quid ſcripſi, non id mihi quidem arrogo, ſed tibi acceptum referri oportere confiteor. Hæc itaq; atq; ijs etiam meliora, illum arbitror dicere uoluiſſe. Inſtabamus cibum hauriret, Reſumeret uires, in tantum ſpem, atq; omnium expectationem, uiuere non recuſaret. Inepti inquit, quid petitis ignoratis, niſi forte ueſtra commoda, meos labores. Annos natus ſex ſupra ſexaginta, in laboribus ſemper uerſatus ſum, nunquã ne erit quieſcendum? An de futuros exiſtimatis, qui me longe meliores, humeris ualentioribus, tantum poſſint oneris ſuſtinere? Vos corticem tantum, ac ſpetioſam pontificatus faciem intuemini, quæ curæ, quæ ſolicitudines, qui denique labores intus lateant, non uidetis. Nocte illa quæ diem mortis præceſſit, accito ſacerdote conſcientiam diligentiſſime expurgauit. At quibus criminibus, quibus ue ſordibus? Qui illam ſingulis ſeptenis diebus diſcutere conſueuerat. Exiguam ſuam ſupellectilem pauperibus erogandam. Se uero ſine ullo honore, ſine funebri pompa, ſine ſumptibus, noctu, ſepeliendum teſtamento mandauit. Mane (quid enim aliud uir ille ſanctiſſimus poterat cogitare?) SACERDOTEM iterum uocari iubet, Sacratiſſimum CHRISTI Corpus afferri. Quod ubi præſto fuit ſuis met ipſius uiribus innixus, in genua ſenile corpuſculum, egritudine confectum, repente quaſi nunquã egrotauerit erexit. Ac tanti

numini

numinis maiestatem ueneratus, præ lætitia manantibus lacbrimis, in hæc pauca uerba prorupit. Tu uere es mortalium cibus, quem qui pie sumpserint nunquam amplius esuriant. Tu hinc abeuntibus præbes uiaticum saluberrimum. Te colo, te ueneror, te adoro, te deum esse confiteor. Non eram dignus ut intra meos lares uenires, qui me uel uno tantum uerbo, seruare potuisses. flebat ipse spei plenus ac lætabundus, nos miseri ingenti dolore perculsi etiam lugebamus. His dictis summa pietate, ac reuerentia, hausto illo diuino nectare, paulo post fœlicem illam animam expirauit. Videte obsecro patres amplissimi quam parem uitæ exitum præbuerit. Quod si ex solonis sententia, nemo ante hominis fœlicitatem iudicare debemus, quam extremum uitæ diem obierit, quid tandem obstat, quo minus hunc hominem fœlicissimum iudicetis? Nam si illius uitam, cum morte conferre uoluerimus, illum sane fœlicissimum fuisse comperiemus. Primum quidem illustri patria, atque honestissimis parentibus genitus, diuorum auspicijs educatus, non humana quidem, sed diuina castra sectatus, omnibus muneribus cum summa laude atque integritate perfunctus, summum religionis suæ fastigium est consecutus. Deinceps non principum fauoribus, non factionibus, non generis nobilitate, quippe qui non ab atauis regibus, sed ab honestissima familia genus ducebat, non muneribus, non pecunijs, sed uirtutibus tantum innixus, poscentibus suis meritis, cardinalis creatus in eodem semper tenore uitæ perseuerauit. Qui ne si Cardinalis quidem unquam fuisset, aut nullam fuisset aliam dignitatem adeptus, non iccirco tamen illum minus fœlicem existimauerim. Quem non magistratus, non dignitates, non ulla denique externa bona, sed illius diuinæ uirtutes fœlicem atque beatum faciebant. Quas usque ad extremum uitæ diem incorruptas seruauit. Nam iustitiam quis unquam Constantius coluit? Quem non minæ, non preces; non gratia, non odium, non munera denique ulla, unquam corrumpere potuerunt. Fortitudine quis unquam fortius? Quem aduersa fortuna nunquam infregit, prospera nunquam inflauit. Cuius diuinam uirtutem labores, erumnæ, pericula, non modo non frangebant, sed potius acuebant. Prudentiam uero quis unquam prudentius? Qui nunquam quicquam temere uel dicebat uel faciebat. At temperantiam nemo unquam effusius, atque etiam (ut ita dicam) intemperantius coluit. Etenim hæc uirtus, cum modum rebus omnibus alijs statuat, ipsa sibi finem nunquam præscribit. In qua excolenda Xystus noster nunquam finem ullum faciebat. Nam castitatem ab ipso natali die, usque ad extremum uitæ exitum inuiolatam seruauit. Nulla post illius fœlicissimum excessum fœda libidinum relicta uestigia. Iram, ad quam naturali quodam impulsu propensior uidebatur, nemo diligentius compescuit. ut ne in suos familiares quidem, uerbum unquam ullum atrocius protulerit. Cæteras passiones ita calcabat, ut nunquam supra rectam rationem illas erumpere pateretur. Paucis quidem, ac minimis contentus, tantum sibi ac potus hauriebat, quantum naturæ satis esse existimabat. In paupertate ditissimus. In consilijs capiundis prudentissimus. In rebus cum priuatis, tum publicis administrandis, iustissimus. In aduersis ac prosperis æquæ fortissimus. In libidinibus, ac uoluptatibus temperantissimus, atque castissimus. Simplex, Verax, Gratus, Liberalis, ut nullam in hoc homine uirtutem non fuisse contendam. Quod si ad aliquam partem fœlicitatis ad posteros transmissam memoriam pertinere existimatis? quis tandem XYSTO nostro fœlicior unquam fuit, atque beatior? cuius nomen

tot suis

tot suis castigatissimis lucubrationibus, ac propemodum infinitis uoluminibus, per omnes scholas, per omnia gymnasia, apud omnes gentes, apud omnes nationes, per totum denique orbem terrarum, celebratur. Vixit itaque semper fœlix suis tantum uirtutibus contentus. Fœlicissime etiam uitam finiuit. Non illum scelerum conscientia stimulabat. non terrore mortis cruciabatur. nihil quod ad Christianum hominem, ac uirum sanctissimum pertineret, prætermisit. Omnia dixit, omnia fecit quibus illum ad cœlestem illam patriam inter diuos relatum, ascendisse credamus. Expectabatis fortasse, quando scilicet tam multa de hoc homine dicta sunt, cuius tanta esset opinio sanctitatis, ut aliqua miracula, quibus uitæ sanctitas declarari creditur, enumerarem? At quæ miracula? subcreuisse uidelicet pilos, Auiculas sponte aduolasse, Odorem aliquem suauissimum e cadauere excitatum? Puerilia inquis sunt hæc, & quæ sæpe homines mentiantur. Quæ igitur? loripedes recte ambulasse? audiuisse surdos? Cecos uidisse? Etsi ma ultis, mortuos etiam ab inferis reuocatos? Sunt quidem hæc magna, & quæ non nisi diuina quadam uirtute fieri posse creduntur. Sed tamen audiui sæpe, præstigijs quibusdam, ab improbissimis etiam hominibus, hæc, aut certe ijs similia, fieri posse. An ullum maius miraculum esse potest, quam in tam corrupto orbe, in tam perditissimis moribus, in tanta libidinum ac uitiorum omnium licentia, sese immunem, atque incorruptum seruasse. Id siquidem magis admiror quam recte loripedes ambulare, quam surdos audire, quam cecos uidere, quam denique mortuos ab inferis reuocari. Quæ ut non sunt ab hominibus sapientibus cōtemnenda, sic ubi potissimum de sanctitate uitæ, ac morum integritate constat, non sunt admodum requirenda. Quo circa patres amplissimi, cum satis signorum, satisque miraculorum habeatis, quid tandem cessatis hunc hominem uere sanctum, in albo sanctorum ascribere? atque illi meritos honores decernere? Num ad probandam huius hominis sanctitatem, sunt uobis trecentorum annorum testimonia requirenda? Num uetustissimi annales euoluendi? An plus aliorum testimonijs quam uobismet ipsis credetis? Vidistis, collocuti estis, inter uos unus ex uestro ordine quotidie uersatus est. An multis hanc prouinciam posteris demandare? Vultis inquam hanc palmam uobis de manibus extorqueri? Non enim dubito, si nunc cessatum fuerit, aliquando tamen tantæ uirtutis habendam esse rationem. Non patietur (mihi credite) posteritas, tantam uirtutem inhonoratam iacere, Crescet in dies illius sanctitatis opinio. Addet etiam aliquid potius, quam quicquam detrahat ipsa dies, Nunquam erit tanti uiri memoria interitura. At ego, si omnes essent, ut ad te tandem diue Xyste me conuertam (non enim inane sepulchrum sed cœlum ipsum intueor ubi te uelut fulgentissimum uirtutum omnium sydus, inter beatissimos illos heroas, ac fœlicissimas animas, quæ Christum pie ac sancte coluerunt, non his quidem lippis, ac caligantibus oculis, sed certissimo mentis lumine, locatum esse conspicio) nequaquam cessabo pro sanctissimo numine, quicquid mihi superest uitæ, te colere, te uenerari. Nunquam ego te (quippe qui tuarum uirtutum locupletissimus testis sum) quicquid ponderis, quicquid autoritatis, quicquid denique fidei mea uox unquam est habitura, certissimo, ac uerissimo testimonio, defraudabo. Dixi.

FINIS.

Augustino

AVGVSTINO TRIVVLTIO PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, Sacrosante Romanæ Ecclesiæ, Sancti Hadriani Diacono Cardinali amplissimo, omnium bonarum artium cultori, Io. Baptista Flauius Aquilanus hero suo . S . D .



POST obitum Sanctissimi uiri, Thomæ de Vio Caietani, Tituli Sancti Xysti, Cardinalis amplissimi, ab herilibus obsequijs aliquantulum ocij nactus, tametsi in colligendis meis sarcinulis non parum fuerim occupatus, sopitas iampridem, ac torpentes musas, ne luti ab inferis reuocatas, excitaui. ne id quidem satis meo genio. Sed tantumdem apud me, cum dolor, tum officium ualuere, quantum apud alios indignatio. Cecini itaque rustica sane musa, sed non (ut reor) inofficiosa, heri olim mei uitæ seriem, obiter nempe, ac tumultuose uiri quidem mea, atque adeo omnium qui illum recte norunt sententia, doctissimi atque integerrimi. Non sum omnes eius laudes prosequutus. plures, n. ommisi de industria. Creuisset quippe in immensum opus, ac ueritatis fidem diligens officium corrumpere potuisset. Quicquid autem hoc est ineptiarum mearum iccirco tibi lubens dicare constitui, quod & herus meus es, & illum sanctissimum uirum præ cæteris omnibus diligebas. Leges itaque cum uoles, non tam mea hac musa allectus, quam tanti uiri, tuique uicissim amantissimi, memoria delectatus. Vale.

Omnia misceri bello cum Xyste uideres,
Et nutare orbem, uastasque instare ruinas,
Religione patrum extincta, moresque iacere,
Nec quicquam sanum, aut tutum appareret in orbe,
Cœlum ipse ascendisti. Et qua est rapidissimus orbis,
Inter utrumque polum radiantis sydere fulges.
At quæret fortasse aliquis, quibus artibus astra
Intrasti, aut quæ tandem admota est machina cœlo,
Num aggestis montes, olim ut fecere gigantes?
Aut aptasti humeris, ceu quondam dedalus, alas?
Hic mihi prestari uellem latera ampla, Canorum
Pectus, & immensam uocem, lachrymasque perennes.
Hic mecum tantam iacturam defleuat orbis.
Musarumque chorus dictent mihi flebile carmen,
Dum tibi iusta cano, & cineri pia munera soluo.
Atque tuas strictim percurro carmine laudes.
Non fictas laudes, turpi mercede locatas.
Liuor edax procul hinc, procul hinc mala lingua, uel auris,
Audiet inuita hæc, inuitaque lingua loquetur.
Ni procul hinc aberint cogentur uera fateri.

Auribus

Auribus admiscet fremis liuore carentes.
Natus in excelsa tyrrheni litoris arce,
Cui nomen Caieta dedit, tumuloque perenni
Reddidit insignem. hunc clari genuere parentes.
Quæ uisa in somnis mater? quæ fata canebat?
Diuus adesse Thomas in somnis uisus aquinas,
Qui puero rudimenta daret, moresque doceret.
Et tandem in cœlum sanctis gestaret in ulnis.
Religio huic primum placuit. quam pectore toto
Hausit. & hæc primum quamuis puer induit arma.
Non inter lixas, aut segnes miles agebat.
Primus inire aciem, postremus cedere bello.
Munera militiæ Christi, uirtute subibat
Intrepidus. Noctem insomnem, lucisque labores
Pertulit. atque alacris, quoties rem cum hoste gerebat,
Terga dedit nunquam, nunquam nisi uictor abibat.
Quin etiam grauibus quantum de rebus agendis
Cessabat, studijs tantum impendebat honestis.
Hic logicen, physicenque, & mystica sacra deorum
Perdidicit, Docuit, scripsit, simul omnia nouit.
Nec uacat in terris usque locus, omnia plena
Librorum, summo quos scripserat iste labore.
Indolis hunc tantæ, tantæ uirtutis amore,
Nec dum plena ætate uirum, iuuenilibus annis,
Præficiunt, patremque uocant, dominumque, magistrumque.
At quibus auspicijs, aut qua pietate regebat
Religionem ipsam, nulli nisi forte proteruis
Ignorare licet, quæ iam custode remoto,
(Mentiri cupio) tandem laxata iacebit.
Et priscos mores, mandataque prisca relinquent,
Quæ ueterum ad normam Xystus seruare coegit.
Iulius hunc primum diuus, ni fata negassent,
Virtutem admiratus, uitam, & fortia facta,
Incorruptam mentem, & mores, Castaque semper
Pectora, puniceo uoluit decorare galero.
Quam multus fueras olim? nomenque sonabat
Cuncta per ora tuum? tunc cum uelut agmine facto

Secessere

Secessere patres, ciuilia bella parantes,
Dum trepidant alij, atq; in primis Iulius, ipse
Consilio occurris, molem uirtutis & alti
Ingenij opponis, Quam fert pectore solus;
Ceu quondam Cocles, uirtus Romana, ruentem
Sustinuisti aciem; atq; ut pons defensus ab illo,
Pontificum uirtute tua firmata potestas.
Apparet clypeus totum monumenta per orbem
Visuntur, uigili lucubrata uolumina nocte.
Iulius ut cessit fatis, leo maximus urbem
Excipit. atq; Thomam (namq; id tunc nomen habebat)
Consilijs adhibet. sacrumq; intrare senatum
Cardinea clamyde indutum, falerisq; superbis
Inter purpureos patres incedere iussit.
Et titulum adiecit diui cognomine Xysti.
Mox ad germanos mittit, sedare tumultus
Imperat excitos, dirum calcare lutherum.
Fecissetq; satis, Cessissent omnia uotis,
Ni superi obstarint. Mors cæsaris improba magni
Omnia turbauit. manibusq; elabitur hostis.
Inde noua insurgunt studia, & pars altera regem
Gallorum imperio, pars altera parthenopeum
Destinat. Huic Carlo nomen, genitorq; Phylippus
Austria quem genuit domus inclyta germanorum.
Par uirtus, par forma, ætas, paria omnia, uterq;
Imperio dignus, dispar fortuna, fauorq;.
Ipse leo gallis fauet, & germania alumno.
Obstabant leges, iurataq; numina regi
Parthenopeo, odio insequitur germania gallum.
Certatum utrinq; est magno conamine, tandem
Consilium mutat leo, legem & uincula soluit.
Sic uisum superis, cessit uictoria carlo.
Qualis in hoc ludo fortunæ Xyste fuisti?
Non ullis precibus, nullo corruptus ab auro,
Officio insistis. Seruantur iussa leonis.
Cæsar agit grates. non est offensus ab illo
Gallus. & ancipitem uicit prudentia casum.

Inde

Inde urbem rediit. Leo maximus astra subiuit.
Mutatur rerum facies, coguntque senatum.
Disceptantque patres. Uicit sententia Xysti.
Pontificemque creant, cui tradidit Hadria nomen.
Uix dum urbem ingressus, uix regni sceptra tenebat,
(Nam procul hinc aberat, populosque regebat hyberos)
Xystum ad se uocat, & suspensus talia fatur.
Audio pannonios turcæ uexarier armis.
Quod nisi suppetias cito mittimus, opprimet hostis
Pannoniam, regemque pium, populumque ferocem.
Imminet italiæ, christumque extinguere tentat.
Uade celer, cessare nephas, pelle ocia Xyste.
Hæc fatus lacbrymans, uim magnam tradidit auri.
Pauca refert Xystus quæ tempus postulat, & rex.
Nec mora carpit iter, montes atque inuia saxa,
Fluminaque, & quicquid tandem cupientibus obstat
Peruicit pietas, nullo superata labore.
Preterit Italiam, germanas preterit alpes.
Tantum iter emensus, tandem peruenit ad istrum.
Excipiunt læti uenientem, occurrere campis
Pannonij gaudent, peragit mandata, pluresque
Consilio, atque opibus, regem confirmat, & omnem
Pannoniam. ultro alacres hostem iam incessere tentant.
Inuictt semper rebus fortuna secundis.
Uix bene pannoniam attigerat (sic dij uoluere)
Nuntia fama mali uolucres inuecta per auras,
Pontificis mortem, turbasque omnia Romæ
Nuntiat. Incertum quid agat, remearet ad urbem?
Longum iter est, tempusque breue, expectare molestum.
Expectare libet tamen. hæc sententia uicit,
Pontificis ueniant donec mandata futuri.
Interea patres ineunt suffragia, Clemens
Septimus eligitur. Postquam est in sede locatus
Pontificum, statim Xystum uocat, ille remenso
Tam uasto spatio terrarum, uenit ad urbem,
Pontificemque adit, & pedibus sacra oscula figit.
Excepit hunc lætus Clemens, ueneratus amicum.

Multa

Multa inter sese de bello & pace loquuti.
Pann. nij quid agant, & quid germania tentet,
Quoue loco sit sacra fides; quid forte lutherus,
Molitur, quid turcha ferox, quae denique sit spes,
Et quae sit tandem Xysti sententia poscit.
Nec quicque occultum, palam nihil, omnia Xysti
Consilio, quaecunque fidem, moresque, deumque,
Tangebant, summa tractans pietate gerebat.
Et si quod monstrum Christi uastaret agellum,
Xystum opponebat, tanque sthenelejus alter.
Hic uelut alcides alter, monstra omnia uicit.
Quot Christi hostes prostrarit, germania testis,
Testis seiuncti penitus toto orbe britanni.
Semper in aduersis idem, rebusque secundis.
Qualis in urbe fuit capta, quam pectore forti,
Ipse ego sum testis, Vidi, piguitque uidere
Vrbem direptam, & spumantem sanguine tibrim,
Et seuire hostes nullo discrimine passim
Caedibus infandis, turbarique omnia luctu.
Tum Xystus, licet ante oculos instare uideret
Mortem atram, & gladios conspersos caede recenti,
Virtutis clypeum obiectans, fortissimus unus,
Armatos stetit ante hostes, atque increpat ultro.
Siccine uos sanctam uastatis caedibus urbem?
Haec tellus quam uos pedibus calcatis iniquis,
Sanctorum patrum sacris tegit ossa sepulchris.
An nulla est uobis pietas? num defuit hostis
Impius? En uestris uacat impia terra triumphis.
Nos Christum colimus. quae uos dementia coepit?
Hostibus hunc decuit ueris haurire cruorem.
Talibus, atque alijs dictis audacibus, hostem
Terruit. Ille uirum sanctum ueneratus adorat,
Pauperiem excusans quod tam impia sumpserit arma.
Nec quisque est ausus manibus tractare nephandis,
Virtutis tanta est, rectaeque potentia mentis.
Quid quod in immensa urbis strage, arma inter, et hostes,
Incensasque domos, mactataque corpora passim,
Horrendos

Horrendos inter strepitus, uastosque fragores,
Aere cauo excussosque inclusis ignibus orbes,
Virtutum intrepidus, tutam collectus in arcem,
Abstrusos aperit sensus, diuinaque regis
Carmina, qui cecinit magni primordia Christi.
Extat opus toto nullum praeclarius orbe.
Sed parum externos hostes uicisse putandum,
Inuictum uictor ni se quoque uinceret ipsum.
Hic quanquam summo fuerat decoratus honore,
Nunquam habitum sacrae mutauit religionis,
Qua semel hic teneris puer est imbutus ab annis.
Perpetuusque tenor uitae, immutata uoluntas.
Non unquam flecti precibus, precioque, minisque
Hic potuit, tantum rectum iustumque colebat.
Atque animi motus, mira uirtute repressit.
Nec regnare illos passus, seruire coegit.
Nec simulare unquam, nec dissimulare sciebat.
Cuncta in aperto, eadem in corde, atque in fronte gerebat.
Diuitias contempsit inops, sed ditior ipso
Pauper erat chroeso, atque myda, crassoque superbis.
Non opibus, gemmisque, aut fuluo ditior auro,
Sed modicis contentus erat, fictilibus usus,
Et tenui mensa, qualem natura poposcit.
Virtutum omnium erat specimen, morumque magister.
Quid mihi fabritium narras? aut forte Catonem?
Aut illos septem quos iactat graecia mendax?
Et quoscunque alios quos est ueneratá uetustas?
Hos facile equauit, uel (si fas dicere) uicit.
Artibus his tandem Coelum conscendit & astra.
Hos igitur montes, has uirtus tradidit alas.
Hae uires, haec tandem admota est machina caelo.
Religio, sancti mores, & casta per omnem
Aetatem uita acta, pii, duriique labores,
Ad superos peperere uiam, caeloque locarunt.
Faelix o nimium faelix, nimiumque beatus,
Mortalem exutus uitam, nunc denique uiues.
Et fructum uitae innocuae si fine frueris.

Nos miseri qui uiuimus extrema omnia passi,
Sed quæ iam impen[illegible] longe maiora timen[illegible]s.
Ergo inter diuos meri[illegible] poscentibus ultro
[illegible]scitus, ueniam nostris mo[illegible]ibus ora.

Finis.

Flauius ista tibi Cecinit Iouis alite natus,
Officium uiuo præstitit & cineri.

Idem


Ponite uirtutes alijs de marmore fictas
Vel pario, aut multo auro alijs o[illegible]ate sepulchra.
Exiguo hoc tumulo, quicquid [illegible]rtutis ubiq;
Inter mortales unq; fuit, aut erit unquam
Conditur, hunc ueræ uirtutes, ueraq; pallas
Circunstant, & ueræ ornant monumenta mineruæ.

Idem

Virtutem & mores si spectem, hominem esse negabo,
Esse [illegible]minem ut fatear, mors tua Xyste facit.
Infra mortales [illegible] at tibi [illegible]ebile corpus,
Supra mortale[illegible] uis fuit ingenij.
Ergo nulla fuit uarii tibi cura sepulcbri,
Astra petis, nullum pulchrius esse potest.

¶Impressum Romæ Apud Antonium Bladum Asu
lanum.





expellere cupiebat. Hinc diuersa hominum studia. Multa in gratiam regis scripta, factionibus magis q̃ rationibus, res ipsa geri uidebatur. Causa tandem ad Romanum pontificem delata. Xystum accersiri summus pontifex iubet. Imperat ut nouas, ac ueteres diuinas leges euoluat. Causam hanc regiam examinet. Ac demum quid in ea re tam ardua iudicandum sit diligenter perspiciat. Tum Xystus rebus omnibus qua solebat integritate, atq; animi candore diligentissime perspectis, ingenti mortalium expectatione (Porro in exitum tanti certaminis uniuersus pene orbis erectus erat) uerissimum illud, atq; sanctissimum matrimonium declarauit. Nihil uel humanum ius, uel diuinum obstare. Recte interpositam pontificis autoritatem. Aduersus regem deniq; sententiam ferendam esse pronunciauit. Ac docuit tandem mortales, regiam quidem maiestatem uenerandam, sed in primis iustitiam colendam esse. Cuius consilium sequutus diuus Clemens, criminis uiolati matrimonij regem damnauit. Hic posset fortasse quispiam suspicari, ob eam rem Xystum magnis muneribus donatum fuisse. Sed quid attinet in eum munera congerere, quem muneribus corrumpere non possis? Qui non principum gratiam, non preces, non minas, non ulla deniq; munera, sed ea tantum quæ recta ratio suaderet spectabat. Liberum ergo suffragium, liberam uocem, liberam deniq; sententiam, non uenalem, pronunciabat. Quid? q̃ nec gratias quidem agi sibi uolebat. Aut enim, si quid ab eo peteretur, omnino negabat, aut si quid dicendum, faciendum ue recepisset, statim (dum posset) atq; hoc ipsum gratis præstabat. Sed iam tempus admonet, ut & illius sanctissimam uitam, & nostram orationem, aliquando ad exitum perducamus. Non quo me, in hoc homine laudando, materia deficiat. nam quo plura dixerimus, eo plura dicenda semper restabunt. Non quo uos fessos animaduertam, quos tanti uiri laudibus, ac memoria uideo recreari. At uereor patres amplissimi, ita me sentio conturbari, ita oculos lachrymis oppleri, ita uocem debilitari, cum de obitu heri mei, ab quid dixi heri, immo uero parentis optimi, dicere propono, ne cœptam orationem, ac propemodum absolutam, cogar occlusis faucibus imperfectam dimittere. Non ego te diue Xyste deploro, Non doleo uices tuas, Non inuideo fœlicitati. Mea damna, meas crumnas, meas lugeo calamitates. An seruus herum, an filius parentem optimum non lugebit? Quo uiuente uiuebam, quo defuncto pene defunctus sum. Utinam eodem funere prælatus, ante tuos pedes sepultus iacerem. ita enim & uiuere pariter, ac seruire desissem. At saltem manumisisses, tecum & meam libertatem sustulisti. Ita me pauperem, ita rebus omnibus egentem reliquisti, ut æternum mihi seruire necesse sit. At pauper eras, paupertatem accuso, non uoluntatem. Nam aud secus q̃ filium & diligebas plurimum, & benefacere plurimum cupiebas. Nec in domo tua postremum seruitutis locum tenebam. Nec minus fortunam incusauerim, quæ te eo potissimum tempore surripuerit, quo non modo mihi, sed omnibus fortasse mortalibus, benefacere potuisses. Cui ne mortuo quidem, seruire unq̃ desinam (Non enim iugum detrecto) Tibi quot annis pia mente, supplicibus uocibus (quando aliud non possum) iusta persoluam. Hic mihi amplissima latera, hic uocem ferream mihi dari

optarem, hic

optarem, hic mihi tandem auxilio opus est tuo. Ad te iterum diue Xyste mi here, mi domine mi pater optime confugio. Erige labantem mentem. Absterge oculis lachrymas. Excita uocem debilitatam. Tuis auspicijs cœpta est, tuis auspitijs finiatur oratio. Anno igitur ætatis eius sexagesimosexto, tot ac tantis rebus præclarissime gestis, cum diuus Clementes Pontifex Maximus grauiter egrotare cœpisset, omnes in Xystum oculos conijciebant, omnes illum Pontificem Maximum designabant. Hunc unū aut aliū neminē posse rē publicā Christianā, ac Pontificiem autoritatem, uitio temporum labefactatam, humanarum ac diuinarum rerum scientia, Vitæ ac morum integritate, omni denique uirtutum genere conflata sapientia, ad integritatem pristinam restituere. Pluris equidem fecerim istum omnium mortalium consensum, atque iudicium, quam si fuisset Pontificatum assecutus. Nam plerique, uel pessimi quidem homines, principatus ac summas dignitates adepti sunt, qui uero ijs digni iudicati fuerint, quam paucissimi. At ille longe aliter sentiebat. Se indignum tanto munere iudicabat. Quid? quod toto illo anno, qui illius obitum præcessit, nunquam quicquam aliud quam de futura morte cogitabat. Nihil nisi de morte loquebatur. Huc se parabat. Ad futuram uitam omnes suæ cogitationis neruos intendebat. Satis annorum, Satis dignitatum. Nihil sibi amplius optandum asseuerabat quam ab hac luce, quin potius ab ijs tenebris, ad illam cœlestem lucem, atque æternam patriam, si ita sua merita postularent, migrare. Senex sum inquit, iam inutilis, & fortasse etiam grauis. Quæ ea modestia? se grauem, se inutilem appellabat, qui totum orbem suo splendore, uelut alter sol, fœcundissimis sapientiæ radijs illustrauerat. Procuratorē ordinis uocari iubet. Imperat scilicet Sepulchrū sibi spetiosissimū cōstrui. Parta mamora cōquiri. Praxiteles & policletos qui pulcherrimas uirtutum statuas inciderent accersiri. Hinc prudentiam ac temperantiam, Inde iustitiam ac fortitudinem, Superne, magni dei patris barbatam imaginem, sinistra manu orbem gestantem, dextera prælatis duobus digitis omnia moderantem. Inferne, sua insignia. Se uero medium dormienti similem, eleganti manu sculptum collocari. Argentum, aurum, lapides preciosos, quibus exornari maxime posset. In sumptum denique uim magnam pecuniarum expendiri. Optabat fortasse uiuens tam speciosam Sepulchri molem spectare. At inquit extra templum olim Mineruæ, nunc deiparæ Virginis Consecratum, ubi gradus ascenderis, in ipso templi uestibulo, foueam effodito, intus opere tectorio leuigato. In eam nullis sumptibus, nulla funebri pompa, meum cadauer conijci iubeo. Ridebamus omnes quasi ioco, non serio dixisset. Si nobis superstitibus moreretur id nequaquam esse passuros affirmabamus. Habendam esse dignitatis rationem, dandum aliquid consuetudini. In ipso templo, loco aliquo illustri, ponendum Sepulchrum, non magnis quidem, sed tamen honestis sumptibus exornatum. Ille nobis leniter subirasci. Non æquum esse in ipsis templis, quæ quam mundissima esse decet, ut in quibus diuinus cultus celebratur, olentia cadauera inferri. Nullum esse locum, non Sepulchris, non cadaueribus occupatum. Parietes, pilas, columnas, pauimenta, dehonestari. Sæpe etiam fœtoribus e putrefactis cadaueribus excitatis, aerem pestilentem creari. Non sic ueteres. In Cœmiterijs, circa tēpla, sub diuo, loco sacro, cadauera sepeliebant. In ijs, diuitibus ēt ac nobilibus, quos ea cura tāgebat, sepulchra magnifica erigebātur. Passim per oēs christianorū Prouincias, per oēs Ciuitates, per omnia loca, circa omnia tēpla, uetustissima sepulchra intueri licere. Nō cōsuetudinē esse hac

nostrum,

noſtrum, ſed abuſum. Funebres ſumptus, nihil ad mortuos pertinere. rectius illos in uſum pauperum erogari. Proinde deſineremus moleſti eſſe. ſcire ſe tandem quid facere. Non uerbis tantum, aut ſcriptis, ſed factis etiam, atque exemplis, populos inſtruendos eſſe. Non denique tantum nobis pecuniarum relicturum, unde iſtæc magnifica facere poſſemus. Victi autoritate, uicti rationibus. Tandem ſepulchrum illud ſpetioſiſsimum, quale quidem uidere potuiſtis, erectum eſt. Mens futurorum præſaga, ac diuino numine illuſtrata, eius fœliciſsimum exceſſum inſtare prænunciabat. Igitur diuo CLEMENTE *adhuc egrotante, de cuius ſalute iam medici deſperauerant, ecce* Xyſtus, *quaſi ſe tanto oneri ſurriperet, cui ſe imparem exiſtimabat, ut cederet uidelicet meliori, profluuio uentris debilitatus, ac leui febricula correptus, non tam magnitudine morbi, quam ſua met ipſius ſponte, aut certe non inuitus, quarto idus auguſti, fœlicem illam animam, deo optimo maximo a quo profecta erat, reſtituere ſe ſtinauit. Cuius ſanctiſsimum Cadauer, omnibus quidem ſeculis uenerandum, in eo ipſo ſepulchro conditum eſt, quod ipſe iam uiuens effodiendum curauerat. Vultis fortaſſe ſcire quid ille fecerit moriens? Vultis ſcire quid moriens loqueretur? Vbi morbum ingraueſcere animaduertit, non terrore aliquo perturbatus, ſed læta fronte, atque alacri uultu, ad ſuos familiares conuerſus, qui ſedulo aſtabamus, Video inquit inſtare diem reſolutionis meæ. Vtinam mihi hoc potiſsimum tempore, ad illam celeſtem uitam, poſita hac putri mortalis corporis mole, liceat migrare. Inſtabat ſolenne feſtum aſſumptionis deiparæ uirginis, eo potiſsimum die quaſi cum ipſa uirgine cœlum aſcenſurus, expirare cupiebat. Nihil eum terrebat mortis cogitatio. Sæpe ad cœlum ſublatis manibus atque oculis, hæc uerba dicere ſolebat. Tu ſcis domine, tu ſcis. cætera ſupprimebat. Quid. n. illum dicere uoluiſſe exiſtimatis? Ego uero ſic opinor. Tu ſcis domine, tu ſcis hominem eſſe me atque mortalem, at peccant homines, peccaſſe fateor, tu peccantis hominis miſerere. pro quo & fieri mortalis, & mortem obire non dubitaſti. Tu ſcis inque domine, tu ſcis nihil boni unquam, niſi tuo adiutos præſidio, non modo facere, ſed ne cogitare quidem mortales poſſe. Si quid ergo unquam recte dixi, ſi quid feci, ſi quid ſcripſi, non id mihi quidem arrogo, ſed tibi acceptum referri oportere confiteor. Hæc itaque, atque his etiam meliora, illum arbitror dicere uoluiſſe. Inſtabamus cibum hauriret, Reſumeret uires, in tantum ſpem, atque omnium expectationem, uiuere non recuſaret. Inepti inquit, quid petitis ignoratis, niſi forte ueſtra commoda, meos labores. Annos natus ſex ſupra ſexaginta, in laboribus ſemper uerſatus ſum, nunquam ne erit quieſcendum? An de futuros exiſtimatis, qui me longe meliores, humeris ualentioribus, tantum poſsint oneris ſuſtinere? Vos corticem tantum, ac ſpetioſam pontificatus faciem intuemini, quæ curæ, quæ ſolicitudines, qui denique labores intus lateant, non uidetis. Nocte illa quæ diem mortis præceſsit, accito ſacerdote conſcientiam diligentiſsime expurgauit. At quibus criminibus, quibus ue ſordibus? Qui illam ſingulis ſeptenis diebus diſcutere conſueuerat. Exiguam ſuam ſupellectilem pauperibus erogandam. Se uero ſine ullo honore, ſine funebri pompa, ſine ſumptibus, noctu, ſepeliendum teſtamento mandauit. Mare (quid enim aliud uir ille ſanctiſsimus poterat cogitare?)* SACERDOTEM *iterum uocari iubet, Sacratiſsimum* CHRISTI *Corpus afferri. Quod ubi præſto fuit ſuis met ipſius uiribus innixus, in genua ſenile corpuſculum, egritudine confectum, repente quaſi nunquam egrotauerit erexit. Ac tanti*

numini

numinis maiestatem ueneratus, præ lætitia manantibus lacbrimis, in hæc pauca uerba prorupit. Tu uere es mortalium cibus, quem qui pie sumpserint nunq̃ amplius esuriant. Tu hinc abeuntibus præbes uiaticum saluberrimum. Te colo, te ueneror, te adoro, te deum esse confiteor. Non eram dignus ut intra meos lares uenires, qui me uel uno tantum uerbo, seruare potuisses. flebat ipse spei plenus ac lætabundus, nos miseri ingenti dolore perculsi etiam lugebamus. His dictis summa pietate, ac reuerentia, hausto illo diuino nectare, paulo post fœlicem illam animam expirauit. Videte obsecro patres amplissimi q̃ parem uitæ exitum præbuerit. Quod si ex solonis sententia, ne ante hominis fœlicitatem iudicare debemus, q̃ extremum uitæ diem obierit, quid tandem obstat, quo minus hunc hominem fœlicissimum iudicetis? Nam si illius uitam, cum morte conferre uoluerimus, illum tunc fœlicissimum fuisse comperiemus. Primum quidem illustri patria, atq; honestissimis parentibus genitus, diuorum auspicijs educatus, non humana quidem, sed diuina castra sectatus, omnibus muneribus cum summa laude atq; integritate perfunctus, summum religionis suæ fastigium est consecutus, Deinceps non principum fauoribus, non factionibus, non generis nobilitate, quippe qui non ab atauis regibus, sed ab honestissima familia genus ducebat, non muneribus, non pecunijs, sed uirtutibus tantum innixus, poscentibus suis meritis, cardinalis creatus in eodem semper tenore uitæ perseuerauit. Qui ne si Cardinalis quidem unq̃ fuisset, aut nullam fuisset aliam dignitatem adeptus, non iccirco tamen illum minus fœlicem existimauerim. Quem non magistratus, non dignitates, non ulla deniq; externa bona, sed illius diuinæ uirtutes fœlicem atq; beatum faciebant. Quas usq; ad extremum uitæ diem incorruptas seruauit. Nam iustitiam quis unq̃ Constantius coluit? Quem non minæ, non preces; non gratia, non odium, non munera deniq; ulla, unq̃ corrumpere potuerunt. Fortitudinẽ quis unq̃ fortius? Quẽ aduersa fortuna nunq̃ infregit, prospera nunq̃ inflauit. Cuius diuinam uirtutem labores, erumnæ, pericula, non modo non frangebant, sed potius acuebant. Prudentiam uero quis unq̃ prudentius? Qui nunq̃ quicq̃ temere uel dicebat uel faciebat. At temperantiam nemo unq̃ effusius, atq; etiam (ut ita dicam) intemperantius coluit. Etenim hæc uirtus, cum modum rebus omnibus alijs statuat, ipsa sibi finem nunq̃ præscribit. In qua excolenda Xystus noster nunq̃ finem ullum faciebat. Nam castitatem ab ipso natali die, usq; ad extremum uitæ exitum inuiolatam seruauit. Nulla post illius fœlicissimum excessum fœda libidinum relicta uestigia. Iram, ad quam naturali quodam impulsu propensior uidebatur, nemo diligentius compescuit. ut ne in suos familiares quidem, uerbum unq̃ ullum atrocius protulerit. Cæteras passiones ita calcabat, ut nunq̃ supra rectam rationem illas erumpere pateretur. Paucis quidem, ac minimis contentus, tantum cibi ac potus hauriebat, quantum naturæ satis esse existimabat. In paupertate ditissimus. In consilijs capiendis prudentissimus. In rebus cum priuatis, tum publicis administrandis, iustissimus. In aduersis ac prosperis æquæ fortissimus. In libidinibus, ac uoluptatibus temperantissimus, atq; castissimus. Simplex, Verax, Gratus, Liberalis, ut nullam in hoc homine uirtutem non fuisse contendam. Quod si ad aliquam partem fœlicitatis ad posteros transmissam memoriam pertinere existimatis? quis tandem XYSTO nostro fœlicior unq̃ fuit, atq; beatior? cuius nomen

tot suis

tot suis castigatissimis lucubrationibus, ac propemodum infinitis uoluminibus, per omnes scholas, per omnia gymnasia, apud omnes gentes, apud omnes nationes, per totum denique orbem terrarum, celebratur. Vixit itaque semper fœlix suis tantum uirtutibus contentus. Fœlicissime etiam uitam finiuit. Non illum scelerum conscientia stimulabat, non terrore mortis cruciabatur, nihil quod ad Christianum hominem, ac uirum sanctissimum pertineret, prætermisit. Omnia dixit, omnia fecit quibus illum ad cælestem illam patriam inter diuos relatum ascendisse credamus. Expectabatis fortasse, quando scilicet tam multa de hoc homine dicta sunt, cuius tanta esset opinio sanctitatis, ut aliqua miracula, quibus uitæ sanctitas declarari creditur, enumerarem? At quæ miracula? subcreuisse uidelicet pilos, Auiculas sponte aduolasse, Odorem aliquem suauissimum e cadauere excitatum? Puerilia inquis sunt hæc, & quæ sæpe homines mentiantur. Quæ igitur? loripedes recte ambulasse? audiuisse surdos? Cecos uidisse? Et si mauultis, mortuos etiam ab inferis reuocatos? Sunt quidem hæc magna, & quæ non nisi diuina quadam uirtute fieri posse creduntur. Sed tamen audiui sæpe, præstigijs quibusdam, ab improbissimis etiam hominibus, hæc, aut certe ijs similia, fieri posse. An ullum maius miraculum esse potest, quam in tam corrupto orbe, in tam perditissimis moribus, in tanta libidinum ac uitiorum omnium licentia, sese immunem, atque incorruptum seruasse. Id siquidem magis admiror quam recte loripedes ambulare, quam surdos audire, quam cecos uidere, quam demum mortuos ab inferis reuocari. Quæ ut non sunt ab hominibus sapientibus contemnenda, sic ubi potissimum de sanctitate uitæ, ac morum integritate constat, non sunt admodum requirenda. Quo circa patres amplissimi, cum satis signorum, satisque miraculorum habeatis, quid tandem cessatis hunc hominem uere sanctum, in albo sanctorum ascribere? atque illi meritos honores decernere? Num ad probandam huius hominis sanctitatem, sunt uobis trecentorum annorum testimonia requirenda? Num uetustissimi annales euoluendi? An plus aliorum testimonijs quam uobismet ipsis credetis? Vidistis, collocuti estis, inter uos unus ex uestro ordine quotidie uersatus est. An uultis hanc prouinciam posteris demandare? Vultis itaque hanc palmam uobis de manibus extorqueri? Non enim dubito, si nunc cessatum fuerit, aliquando tamen tantæ uirtutis habendam esse rationem. Non patietur (mihi credite) posteritas, tantam uirtutem inhonoratam iacere, Crescet in dies illius sanctitatis opinio. Addet etiam aliquid potius, quam quicquam detrahat ipsa dies, Nunquam erit tanti uiri memoria interitura. At ego, si omnes cessent, ut ad te tandem diue Xyste me conuertam (non enim inane sepulchrum sed cælum ipsum intueor ubi te uelut fulgentissimum uirtutum omnium sydus, inter beatissimos illos heroas, ac fœlicissimas animas, quæ Christum pie ac sancte coluerunt, non his quidem lippis, ac caligantibus oculis, sed certissimo mentis lumine, locatum esse conspicio) nequaquam cessabo pro sanctissimo numine, quicquid mihi superest uitæ, te colere, te uenerari. Nunquam ego te (quippe qui tuarum uirtutum locupletissimus testis sum) quicquid ponderis, quicquid autoritatis, quicquid denique fidei mea uox unquam est habitura, certissimo, ac uerissimo testimonio, defraudabo. Dixi.

FINIS.

Augustino

AVGVSTINO TRIVVLTIO PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, Sacrosante Romanæ Ecclasiæ, Sancti Hadriani Diacono Cardinali amplissimo, omnium bonarum artium cult.ri, Io. Baptista Flauius Aquilanus hero suo. S. D.

POST obitum Sanctissimi uiri, Thomæ de Vio Caietani, Tituli Sancti Xysti, Cardinalis amplissimi, ab herilibus obsequijs aliquantulum ocij nactus, tametsi in colligendis meis sarcinulis non parum fuerim occupatus, sopitas iampridem, ac torpentes musas, ueluti ab inferis reuocatas, excitaui, ne id quidem satis meo genio. Sed tantumdem apud me, cum dolor, tum officium ualuere, quantum apud alios indignatio. Cecini itaque rustica sane musa, sed non (ut reor) inofficiosa, heri olim mei uitæ seriem, obiter nempe, ac tumultuose uiri quidem mea, atque adeo omnium qui illum recte norunt sententia, doctissimi atque integerrimi. Non sum omnes eius laudes prosequutus. plures, n. omnissi de industria. Creuisset quippe in immensum opus, ac ueritatis fidem diligens officium corrumpere potuisset. Quicquid autem hoc est ineptiarum mearum icirco tibi lubens dicare constitui, quod & herus meus es, & illum sanctissimum uirum præ cæteris omnibus diligebas. Leges itaque cum uoles, non tam mea hac musa allectus, quam tanti uiri, tuique uicissim amantissimi, memoria delectatus. Vale.

OMnia misceri bello cum Xyste uideres,
Et nutare orbem, Vastasque instare ruinas,
Religione patrum extincta, moresque iacere,
Nec quicquam sanum, aut tutum appareret in orbe,
Cælum ipse ascendisti. Et qua est rapidissimus orbis,
Inter utrumque polum radiantis sydere fulges.
At quæret fortasse aliquis, quibus artibus astra
Intrasti, aut quæ tandem admota est machina cælo,
Num aggesti montes, olim ut fecere gigantes?
Aut aptasti humeris, ceu quondam dedalus, alas?
Hic mihi præstari uellem latera ampla, Canorum
Pectus, & immensam uocem, lachrymasque perennes.
Hic mecum tantam iacturam defleuat orbis.
Musarumque chorus dictent mihi flebile carmen,
Dum tibi iusta cano, & cineri pia munera soluo.
Atque tuas strictim percurro carmine laudes.
Non fictas laudes, turpi mercede locatas.
Liuor edax procul hinc, procul hinc mala lingua, uel auris,
Audiet inuita hæc, inuitaque lingua loquetur.
Ni procul hinc aberint cogentur uera fateri.

Auribus

Auribus admisceret frenis liuore carentes.
Natus in excelsa tyrrheni litteris erce,
Cui nomen Caieta dedit, tumulc̄ꝑ perenni
Reddidit insignem. hunc clari genuere parentes.
Quae uisa in somnis mater? quae fata canebat?
Diuus adesse Thomas in somnis uisus aquinas,
Qui puero rudimenta daret, moresq̄ doceret.
Et tandem in cœlum sanctus gestaret in ulnis.
Religio huic primum placuit. quam pectore toto
Hausit. & haec primum quamuis puer induit arma.
Non inter lixas, aut segnes miles agebat.
Primus inire aciem, postremus cedere bello.
Munera militiae Christi, uirtute subibat
Intrepidus. Noctem insomnem, lucisq̄ labores
Pertulit. atq̄ alacris, quoties rem cum hoste gerebat,
Terga dedit nunq̄, nunq̄ nisi uictor abibat.
Quin etiam grauibus quantum de rebus agendis
Cessabat, studijs tantum impendebat honestis.
Hic logicen, physicenq̄, & mystica sacra deorum
Perdidicit, Docuit, scripsit, simul omnia nouit.
Nec uacat in terris usq̄ locus, omnia plena
Librorum, summo quos scripserat iste labore.
Indolis hunc tantae, tantae uirtutis amore,
Nec dum plena aetate uirum, iuuenilibus annis,
Praeficiunt, patremq̄ uocant, dominumq̄, magistrumq̄.
At quibus auspicijs, aut qua pietate regebat
Religionem ipsam, nulli nisi forte proteruis
Ignorare licet, quae iam custode remoto,
(Mentiri cupio) tandem laxata iacebit.
Et priscos mores, mandataq̄ prisca relinquent,
Quae ueterum ad normam Xystus seruare coegit.
Iulius hunc primum diuus, ni fata negassent,
Virtutem admiratus, uitam, & fortia facta,
Incorruptam mentem, & mores, Castaq̄ semper
Pectora, puniceo uoluit decorare galero.
Quam multus fueras olim? nomenq̄ sonabat
Cuncta per ora tuum? tunc cum uelut agmine facto
Secessere

Secessere patres, ciuilia bella parantes,
Dum trepidant alij, atq; in primis iulius, ipse
Consilio occurris, molem uirtutis & alti
Ingenij opponis, Quam forti pectore solus;
Ceu quondam Cocles, uirtus Romana, ruentem
Sustinuisti aciem: atq; ut pons defensus ab illo,
Pontificum uirtute tua firmata potestas.
Apparet clypeus, totum monumenta per orbem
Visuntur, uigili lucubrata uolumina nocte.
Iulius ut cessit fatis, leo maximus urbem
Excipit. atq; Thomam (namq; id tunc nomen habebat)
Consilijs adhibet. sacrumq; intrare senatum
Cardinea clamyde indutum, galerisq; superbis
Inter purpureos patres incedere iussit.
Et titulum adiecit diui cognomine Xysti.
Mox ad germanos mittit, sedare tumultus
Imperat excitos, dirum calcare lutherum.
Fecissetq; satis, Cessissent omnia uotis,
Ni superi obstarint. Mors cæsaris improba magni
Omnia turbauit. manibusq; elabitur hostis.
Inde noua insurgunt studia, & pars altera regem
Gallorum imperio, pars altera parthenopeum
Destinat. Huic Carlo nomen, genitorq; Phylippus
Austria quem genuit domus inclyta germanorum.
Par uirtus, par forma, ætas, paria omnia, uterq;
Imperio dignus, dispar fortuna, fauorq;.
Ipse leo gallis fauet, & germania alumno.
Obstabant leges, iurataq; numina regi
Parthenopeo, odio insequitur germania gallum.
Certatum utrinq; est magno certamine, tandem
Consilium mutat leo, legem & uincula soluit.
Sic uisum superis, cessit uictoria carlo.
Qualis in hoc ludo fortunæ Xyste fuisti?
Non ullis precibus, nullo corruptus ab auro,
Officio insistis. Seruantur iussa leonis.
Cæsar agit grates. non est offensus ab illo
Gallus. & ancipitem uicit prudentia casum.

Inde urbem rediit: Leo maximus astra subiuit.
Mutatur rerum facies, coguntque senatum.
Disceptantque patres. Vicit sententia Xysti.
Pontificemque creant, cui tradidit hadria nomen.
Vix dum urbem ingressus, uix regni sceptra tenebat,
(Nam procul hinc aberat, populosque regebat hyberos)
Xystum ad se uocat, & suspensus talia fatur.
Audio pannonios turcæ uexarier armis.
Quod nisi suppetias cito mittimus, opprimet hostis
Pannoniam, regemque pium, populumque ferocem.
Imminet italiæ, christumque extinguere tentat.
Vade celer, cessare nephas, pelle ocia Xyste.
Hæc fatus lachrymans, uim magnam tradidit auri.
Pauca refert Xystus quæ tempus postulat, & res.
Nec mora carpit iter, montes atque inuia saxa,
Fluminaque, & quicquid tandem cupientibus obstat
Peruicit pietas, nullo superata labore.
Preterit Italiam, germanas preterit alpes.
Tantum iter emensus, tandem peruenit ad istrum.
Excipiunt læti uenientem, occurrere campis
Pannonij gaudent, peragit mandata, piumque
Consilio, atque opibus, regem confirmat, & omnem
Pannoniam. ultro alacres hostem tam incessere tentant.
Inuidit semper rebus fortuna secundis.
Vix bene pannoniam attigerat (sic dij uoluere)
Nuntia fama mali uolucres inuecta per auras,
Pontificis mortem, turbatque omnia Romæ
Nuntiat. Incertum quid agat, remearet ad urbem?
Longum iter est, tempusque breue, expectare molestum.
Expectare libet tamen. hæc sententia uicit,
Pontificis ueniant donec mandata futuri.
Interea patres ineunt suffragia, Clemens
Septimus eligitur. Postquam est in sede locatus
Pontificum, statim Xystum uocat, ille remenso
Tam uasto spatio terrarum, uenit ad urbem,
Pontificemque adit, & pedibus sacra oscula figit.
Excipit hunc lætus Clemens, ueneratus amicum.

Multa

Multa inter sese de bello & pace loquuti.
Pannonij quid agant, & quid germania tentet,
Quoue loco sit sacra fides, quid forte lutherus,
Molitur, quid turcha ferox, quæ deniq; sit spes,
Et quæ sit tandem Xysti sententia poscit.
Nec quicq; occultum, palam nihil, omnia Xysti
Consilio, quæcunq; fidem, moresq;, deumq;,
Tangebant, summa tractans pietate gerebat.
Et si quod monstrum Christi uastaret agellum,
Xystum opponebat, tanq; sthenelenus alter.
Hic uelut alcides alter, monstra omnia uicit.
Quot Christi hostes prostrarit, germania testis,
Testis seiuncti penitus toto orbe britanni.
Semper in aduersis idem, rebusq; secundis.
Qualis in urbe fuit capta, q; pectore forti,
Ipse ego sum testis, Vidi, piguitq; uidere
Vrbem direptam, & spumantem sanguine tibrim,
Et seuire hostes nullo discrimine passim
Cædibus infandis, turbariq; omnia luctu.
Tum Xystus, licet ante oculos instare uideret
Mortem atram, & gladios consperfos cæde recenti,
Virtutis clypeum obiectans, fortissimus unus,
Armatos stetit ante hostes, atq; increpat ultro.
Siccine uos sanctam uastatis cædibus urbem?
Hæc tellus quam uos pedibus calcatis iniquis,
Sanctorum patrum sacris tegit ossa sepulchris.
An nulla est uobis pietas? num defuit hostis
Impius? En uestris uacat impia terra triumphis.
Nos Christum colimus. quæ uos dementia cœpit
Hostibus hunc decuit ueris haurire cruorem.
Talibus, atq; alijs dictis audacibus, hostem
Terruit. Ille uirum sanctum ueneratus adorat,
Paupertem excusans q; tam impia sumpserit arma.
Nec quisq; est ausus manibus tractare nephandis.
Virtutis tanta est, rectæq; potentia mentis.
Quid q; in immensa urbis strage, arma inter, et hostes,
Incensasq; domos, mactataq; corpora passim,

Horrendos

Horrendos inter strepitus, uastosq; fragores,
Aere cauo excussosq; inclusis ignibus orbes,
Virtutum intrepidus, tutam collectus in arcem;
Abstrusos aperit sensus, diuinaq; regis
Carmina, qui cecinit magni primordia Christi:
Extat opus toto nullum praeclarius orbe.
Sed parum externos hostes uicisse putandum,
Inuictum uictor ni se quoq; uinceret ipsum.
Hic quanq; summo fuerat decoratus honore,
Nunq; habitum sacrae mutauit religionis,
Qua semel hic teneris puer est imbutus ab annis.
Perpetuusq; tenor uitae, immutata uoluntas.
Non unq; flecti precibus, precioq; minisq;
Hic potuit, tantum rectum iustumq; colebat.
Atq; animi motus, mira uirtute repressit.
Nec regnare illos passus, seruire coegit.
Nec simulare unq;, nec dissimulare sciebat.
Cuncta in aperto, eadem in corde, atq; in fronte gerebat.
Diuitias contempsit inops, sed ditior ipso
Pauper erat chroeso, atq; myda, crassoq; superbis.
Non opibus, gemmisq;, aut fuluo ditior auro,
Sed modicis contentus erat, fictilibus usus,
Et tenui mensa, qualem natura poposcit.
Virtutum omnium erat specimen, morumq; magister.
Quid mihi fabritium narras? aut forte Catonem?
Aut illos septem quos iactat graecia mendax?
Et quoscunq; alios quos est uenerata uetustas?
Hos facile equauit, uel (si fas dicere) uicit.
Artibus his tandem Coelum conscendit & astra.
Hos igitur montes, has uirtus tradidit alas.
Hae uires, haec tandem admota est machina coelo.
Religio, sancti mores, & casta per omnem
Aetatem uita acta, p , duriq; labores,
Ad superos peperere uiam, coeloq; locarunt.
Foelix o nimium faelix, nimiumq; beatus,
Mortalem exutus uitam, nunc denique uiues.
Et fructum uitae innocuae si fine frueris.

Nos miseri qui uiuimus extrema omnia passi,
Sea quæ iam imper lent longe maiora timen s.
Ergo inter diuos merit poscentibus ultro
ascitus, ueniam miseris mo ibus ora.

Finis.

Flauius ista tibi Cecinit Iouis alite natus,
Officium uiuo prestitit & cineri.

Idem

Ponite uirtutes alijs de marmore fictas
Vel pario, aut multo auro alijs ornate sepulchra.
Exiguo hoc tumulo, quicquid rtutis ubiq;
Inter mortales unq; fuit, aut erit unquam
Conditur, hunc ueræ uirtutes, ueraq; pallas
Circunstant, & ueræ ornant monumenta mineruæ.

Idem

Virtutem & mores si spectem, hominem esse negabo,
Esse l minem ut fatear, mors tua Xyste facit.
Infra mortales at tibi cbile corpus,
Supra mortale uis fuit ingenij.
Ergo nulla fuit uarij tibi cura sepulchri,
Astra petis, nullum pulchrius esse potest.

¶ *Impressum Romæ Apud Antonium Bladum Asu lanum.*




Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA